





LEONARDI RICCII

JURECONSULTI NEAPOLITANI

PRAXIS FORMULARIA

Judiciorum omnium civilium in quatuor tomos distributa

Cum additionibus tam editis

PHILIPPI FERDINANDI DE CARO

JC. NEAPOLITANI BARONIS S. SEVERINI &c.

Quam novis, et adhuc ineditis

R. D. XAVERII GRATIANI

CLARISSIMO VIRO

D. FERDINANDO DATTILO

PATRITIO CONSENTINO, E MARCHIONIBUS S. CATHARINÆ &c.

Dicata.

TOMUS QUARTUS.





NEAPOLI MDCCLXV.

Ex Typographia Vincentii Mazzola-Vocola

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

INDEX
CAPITUM,
Quæ in hoc Quarto Tomo continentur.

Cap.

LEO-

LEONARDI RICCII U·J·D· NEAPOLITANI

Praxis Judicii Ordinarii

SECUNDÆ PARTIS.



PRÆLUDIUM.

SUMMARIUM.

Primus Tomus Auctoris in quo consistat? num.1.
Secundus Tomus Auctoris, in quo consistat? num.2.
Tertius hic Tomus Auctoris, in quo consistat? num.3.
Actor debet provisus venire ad judicium, ne perdat tempus, & condemnetur ad expensas, num.4.
Arma Actoris sunt actiones, num.5.
Quid sit causa, obligatio, actio, & alii termini judiciales explicantur, num.6.
Caussa dicitur a chaos, num.7.
Caussa obligationum, quæ sint, num.8.
Actio quid sit? num.9.
Obligatio subsistere non potest sine caussa, & exemplificatur, num.10.
Controversia quid sit? num.11.
Litis principium per quem actum dicitur fieri, nu.12.
Judicium quid sit? num.13.
Instantia quid sit? num.14.
Sententia quid sit? num.15.
Advocati advertimentum, num.16.

1 PRimum Tomum, sive Primam Praxim nos dedimus de omnibus actis, quæ sine Reo fieri possunt, quæ sunt præparatoria Judicii, & ideo cum eis incipiendum erat.

2 Secundum Tomum, sive Secundam Praxim adjunximus de omnibus judiciis executivis, & privilegiatis, quæ fieri possunt, tam per actorem contra reum, quam per reum contra actorem, ubi tam Judex, quam Advocatus, & Procurator habet formulas decretorum, petitionum, & actorum in quocumque judicio executivo, & magis privilegiato.

3 Tertium Tomum nunc vero, sive Praxim explanabimus totius Judicii Ordinarii minus privilegiati, non solum, quod per actorem fit contra reum comparentem, & sistentem in Judicio, sed quod fit in contumaciam rei non comparentis, vel in contumaciam actoris a judicio desistentis juxta ordinem, & ritum Regni, cum formulis libellorum, & decretorum, ac omnibus iis quæ fieri debent tam per actorem, quam per reum. Quomodo actor se gerat contra reum, & quomodo contra actorem excipiat reus.

4 Et quia actor debet provisus venire in judicium, nam temere litigans perdit tempus, & condemnatur ad expensas; propterea antequam ad judicium accedat, debet omnia diligenter præmeditari, ac ma-
5 ture considerare cum Advocato. Et arma actoris sunt actiones, & caussæ, quæ ipsum judicium inducunt, ut *Muscat.* advertit *in 1. part. glos. contendere num.3. 5. & 8.*

Ideo præscindendi sunt plures termini diversi.

6 1 Caussa, ex qua nascitur
2 Obligatio, & deinde
3 Actio, & sequitur
4 Controversia, & postea
5 Lis, & simul
6 Judicium, & demum
7 Instantia, & ultra
8 Sententia, sive
Justitia.

1 Sine caussa non oritur
2 Obligatio, & sine obligatione non oritur
3 Actio, & sine actione non oritur
4 Controversia, & sine controversia non
5 Lis, nec
6 Judicium esse potest,
Et sine his, nec
7 Instantia, nec
8 Sententia sequi poterit, quæ & Justitia appellatur.

Quid sit caussa, actio, lis, & judicium perfunctorie dixi in præludio primi tomi meæ praxis, nunc plenius dicam.

Multi enim confundunt caussam cum lite, & instantia, & unum pro alio sæpe accipitur, *Jodocus in prax. civil. cap. 102.*

Sed re vera caussa non est lis, sed principium, a quo lis, & omnes alii supracitati termini dependent.

Caussa enim est ipsum negotium, sive partium conventio, aut contractus, a quo nascitur obligatio.

7 Et caussa dicitur a Chaos, quod principium fuit omnium rerum in Mundo: Ita caussa dicitur principium judicii civilis, vel criminalis, & dicitur caussa civilis, & criminalis, idest negotium civile, & criminale; & caussa est nomen generale comprehendens omnes alios subsequentes terminos.

8 Hinc obligationum caussæ esse dicuntur contractus, quasi contractus, delicta, & quasi delicta, ut habetur ex toto titulo *de obligat.* Et propterea obligatio oritur ex caussa, & actio oritur ex obligatione, *l. licet §. ea obligatio ff. de procurat.*

9 Unde actio dicitur jus, quod ab obligatione, sive caussa oritur agendi, sive persequendi in judicio, id, quod sibi debetur ex illa obligatione, sive caussa, sive negotio, *Cicer. lib. 1. ad Herennium.*

Infertur hinc, quod a caussa cadit is, qui agit, nisi habeat actionem; & actionem, sive jus agendi habere non potest, sive ei non competit, qui non habet adversarium sibi obligatum.

10 Et obligatio non potest subsistere sine caussa, adeo quod si quis se obligat ad solvendum sine caussa, obligatio est invalida.

Imo si quis solvit vigore obligationis factæ sine causa, repetit solutum ex condictione indebiti, tanquam indebite solutum.

Exempli gratia; Promisi tibi solvere centum, non adjecta causa dictæ promissionis, non tenet hæc obligatio, & consequenter, ex dicta obligatione non potes habere actionem agendi contra me.

Sed si adiicerem causam; exempli gratia: Promitto tibi centum ex causa equi a te mihi venditi; tunc obligatio est valida, & consequenter vigore dictæ obligationis tibi competit actio, sive jus agendi contra me.

Et ex actione, quæ tibi competit vigore dictæ obligationis natæ ex causa venditionis equi mihi a te factæ, nascitur consecutive controversia inter nos.

11 Controversia proprie' dicitur quæstio, quæ inter partes controvertitur extra judicium. Nam quando illa in judicio deducitur, tunc lis dicitur.

12 Lis itaque incipit ab introductione caussæ, sive negotii, de quo controvertitur coram Judice per citationem. Unde per solam citationem incipit lis pendere, ex litis pendentia inducitur vitium litigiosi, & perpetuatio jurisdictionis oritur.

13 Judicium est actus legitimus trium personarum, Judicis, Actoris, & Rei. *c. forus de verb. sign. Bald. in rubr. de judic.* & proprie est illa discussio caussæ, quæ fit a citatione usque ad sententiam; sive cursus actorum, quo mediante caussa a Judice cognoscitur, lis discutitur, & judicatur, *Bertachin. in verb. Judicium est nomen æquivocum, & in l. ubi captum ff. de judic.* Judicium dicitur quasi juridicium, secundum *Cassiodor. 11. variar. 9.* hoc est, quasi ibi jus dicitur, sive discutitur, & cuique tribuitur.

14 Instantia dicitur jus instandi, exercendi in judicio actionem intentatam, & incipit a lite contestata, usque ad sententiam latam, sive usque ad finem triennii, quando non fertur sententia infra triennium in caussa civili, & infra biennium in criminali. Et sic illa exercitatio judicii dicitur instantia, *l. properandum 11. C. de judiciis.*

15 Sententia est finis judicii, & instantiæ, ideo parit exceptionem rei judicatæ. Unde non poterit quis iterum in judicio deducere, & coram Judice amplius instare, & instantiam facere super dicta re judicata; & hæc est, quæ justitia appellatur.

16 His jactis fundamentis debet bonus Advocatus perquirere negotium, sive caussam, & videre, quæ obligatio ex illa oritur, & quæ actio suo clienti competat. Quia licet non sit necesse actionem exprimere in libello; debet tamen Advocatus eam scire, ut secundum naturam ipsius actionis adaptare sciat verba libelli, & sciat bene articulos formare, ut extrema necessaria probentur.

Propterea antequam ad telam judiciariam, sive ad ordinem judicii deveniamus, puta vi compendiosissime de actionibus Juvenes instruere pro faciliori Praxis dilucidatione.

C A P. I.

De Actionibus ad hodiernam praxim aptis.

S U M M A R I U M.

Actio quid sit; num. 1.
Actionum divisio, num. 2.
Actio personalis, altera executiva, altera ordinaria, nu. 3.
Actio realis, altera possessoria, altera petitoria in bonis corporalibus; altera confessoria, & altera negativa, num. 4.
In Practica hodie necesse non est, ut nomen actionis exprimatur in libello, num. 5.
Actio est principium, ex quo oritur controversia, lis, & judicium, num. 6.
Principium habere expedit illi, qui vult artem aliquam perfecte cognoscere, num. 7.
Dominium datur in rebus corporalibus, sed largo modo etiam in incorporalibus, num. 8.
Hæc est prima divisio actionum respiciens caussam materialem, ex qua fit actio, sive realis, sive personalis, num. 9.

1 Actio nihil aliud est, quam jus persequendi in judicio, quod sibi debetur, *Instit. de act. in princ. & l. nihil aliud, D. de action. & oblig.*

2 Multæ, & diversæ sunt actiones in specie, quibus in praxi nunc non utimur, cum sufficiat simplex libellus, vel talis, qualis petitio, quæ concludat realiter, aut personaliter, ita ut tam Judex, quam Reus cito possint intelligere, quid actor petat; teste *Jodoco Dambanderio in praxi civili cap. 28. num. 9.*

In practica omnes actiones ad tres reducuntur, ad Personalem, Realem, & Mixtam; quando enim aliquis sequitur personam, dicitur actio personalis, & est illa, per quam personas obligatas habemus ex contractu, vel quasi contractu, ex delicto, vel quasi delicto.

Quando sequitur rem, dicitur actio realis, & est per quam ratione dominii, vel alterius juris persequimur possessorem, vel quasi possessorem.

Quando sequitur rem, & personam dicitur actio mixta, & est quæ participat de reali, & personali, ut actio familiæ erciscundæ, quæ datur hæredibus, ut communis hæreditas dividatur, & sic in quantum hæres petit partem suam dicitur actio realis, sed in quantum petit partem fructuum ab alio perceptorum, vel expensas factas, est actio personalis, quæ ex quasi contractu oritur. Idem erit in actione communi dividundo, Finium regundorum, & similibus, in quibus immiscetur petitio illius rei, quæ mea est, sive quæ ad me pertinet ratione dominii, quod in re illa habeo contra possessorem; & petitio ejus, quod meum non est, sive quod ad me non pertinet ratione dominii, sed mihi debetur, quia habeo personam obligatam, ea obligatione, quæ nascitur ex quasi contractu aditionis hæreditatis; & ideo mixta dicitur, quia partim respicit rem, & partim personam.

Et in his tribus reducitur tota Praxis actionum, teste *Iodoc. loc. cit.*

3 Actio Personalis duobus modis practicatur, vel per executionem, vel per citationem. Per executionem, quando caussa est executiva. Per citationem, quando caussa non est executiva, & sic ordinaria.

4 Actio realis practicatur similiter duobus modis, possessorie, & petitorie. Possessoria triplex est, adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ. Petitoria in bonis corporalibus practicatur, sive instituitur per propriam vendicationem, & arrestum. In bonis vero incorporalibus, per confessionem, & negatoriam, ut quando actor confitetur, quod ad talem fundum, ad tales piscarias, jus aliquid, vel servitus aliqua sibi debetur. Tunc dicitur confessoria.

Et per negatoriam, quando dico te nullum jus habere in fundo meo.

5 Et licet in practica pro formatione libellorum aliæ divisiones necessariæ non sint, quia intricant potius, quam extricant praxim; nec hodie est necesse, ut exprimatur nomen actionis in libello, *tex. in cap. examinata de judiciis*; tamen revera actio est fundamentum, in quo superædificatur lis, & judicium, cum sine actione, nec lis, nec judicium esse potest, ut in præcedenti capitulo dictum est.

6 ideo, cum actio sit principium, ex quo oritur controversia, lis, & judicium, & ubi ignota sunt principia, ignorantur ea, quæ sequuntur, ut ait *Abb. in* ru-

rubr. extr. de jur. juran. per capitulum cum Paulus 26.cau.1.qu.1.

7 Et quia expedit illi principia artis tenere, qui vult artem aliquam perfecte cognoscere, merito compendiosius, quam potero, ultra hanc primam divisionem, alias sequentes pro fundando judicio, magis practicabiles hic ponam. Et antequam ad alia transeam, observa:

8 Quod licet dominium proprie detur in rebus corporalibus, tamen largo modo datur etiam in rebus incorporalibus, *Montan.controv.43.num.2.*

Et Dominium, vel saltem jus hypothecæ quæsitum super re parit actionem realem; & sic dominium, sive jus quæsitum est materia, sive mater dictæ actionis realis, sicuti contractus, vel quasi contractus, delictum, vel quasi delictum est materia, ex qua deducitur actio personalis.

9 Et hæc est prima divisio, quæ respicit caussam materialem, ex qua fit actio, sive realis, sive personalis, nam dictæ actiones fiunt ex eadem materia, ex eadem potentia. Et hæc sufficiant pro nunc, alia dicam latius in 9.divisione.

C A P. II.

De Actionibus Civilibus, & Prætoriis.

S U M M A R I U M.

Secunda actionum divisio respicit caussam efficientem, nam aliæ sunt Civiles, aliæ Prætoriæ, num.1.
Civiles, quæ sint, & quæ prætoriæ num.2.
Prætoriæ reales sunt quinque, & prima dicitur Publiciana, & exemplificatur, num.3.
Secunda actio rescissoria, & exemplificatur, num.4.
Tertia Pauliana, & exemplificatur, num.5.
Quarta Serviana, & exemplificatur, num.6.
Quinta dicitur quasi serviana, & exemplificatur, nu.7.
Personales actiones prætoriæ referuntur; & Prima de constituta pecunia, & exemplificatur, num.8.
Secunda prætoria personalis est actio de peculio adversus Patrem, vel Dominum pro quovis contractu, excepto voto & mutuo, num.9.
Macedoniani exceptio, quibus competat, & in quibus de jure Communi, & de Jure Regni, num.10.
Contractus (vulgo dicti) di robe a partito (*& vulgo* delle scommesse) *declarantur cum Pragm.in* Regno *emanatis*, num.11.
Macedoniani beneficium est exceptio, ideo inter exceptiones dabitur praxis dicti Macedoniani, nu.12.
„ *ubi aliquid observatur ex nov.Constit.*
Actio de peculio datur ex contractu, vel quasi contractu, ex delicto, vel quasi delicto, & exemplificatur, num.13.
Actio de peculio locum habet contra patrem, quando filius contraxit patre invito, & ignorante, & non ratificante, & ubi pecunia non sit versa in utilitatem patris, num.14.
Pater tenetur insolidum cum filio, si filius ex jussu patris contraxit, vel in utilitatem patris, num.15.
Pater sciens, & patiens, ut filius in emendis lanis, vel equis contrahat, tenetur pro rata, secus si permittat gerere omnia negotia, tunc tenetur insolidum, nu.16.
Actio in factum, quando quis deferente Adversario juravit, declaratur, num.17.
Actiones pœnales declarantur, num.18.
Actiones præjudiciales sunt tres, exemplificantur, & declarantur. & de Jure Communi una facit supersedere aliam, secus de Jure Regni, cum suis limitationibus, num.19.
Actiones contra furem quot sunt, & in quibus differunt, num.20.

1 Secunda divisio actionum respicit caussam efficientem, idest a quo fonte descendunt, nam aliæ sunt Civiles, aliæ prætoriæ actiones.

2 Civiles sunt, quæ oriuntur ex quinque partibus Juris Civilis; *Prima* scilicet. *Legibus. Secunda Senatus Consultis. Tertia Plebiscitis. Quarta Principum placitis. Quinta Responsis prudentum*, & sic *ex l. duodecim tabularum*, in quibus totum est jus civile.

Cum enim actiones civiles fiant, sive dentur a lege Civili, ipsa lex civilis efficit, sive efficiens caussa est dictarum actionum sumentium nomen a sua lege, a qua fuerunt inventæ, & ideo lex dicitur caussa efficiens actionum quia eas fecit, sive invenit.

Prætoriæ Actiones sunt, quæ descendunt ex Prætorio edicto, idest a magistratibus, & adsumunt nomen a *d. l. prætoris*, quæ fuit caussa efficiens, idest, quæ invenit, quæ fecit, quæ dedit actiones prætorias, *gloss. instit. de action. tit.6.§.sed ista.*

3 Ubi quinque numerantur actiones Prætoriæ reales:

Prima est actio in rem *Publiciana*, sic dicta a Publicio Prætore, qui primo eam introduxit, & ideo dicitur Prætoria realis, quia petimus id, quod nobis ex justa causa a non Domino bona fide traditum est, & non dum usu captum, *l. 1. D. de action.*

Casus dictæ Publicianæ figuratur.

Tu emisti equum, vel domum, vel alio titulo habuisti equum ab eo, quem credebas esse Dominum, cum in rei veritate non esset, postea casu amittis possessionem dicti equi antequam illum usucapias.

Hinc tibi non competit reivindicatio contra possessorem, quia venditor non Dominus, non potuit in te transferre dominium, quod ipse non habuit, & ex parte actoris requiritur dominium, ut reivindicatio competat, *l. in rem 23. D. de reivind.* transtulit tamen in te usu capiendi conditionem, *l. clavibus 74. D. de contrah. empt.*

Et quia usucapionem non complevisti, & de jure civili nulla data tibi fuit actio ad reivindicandum, & recuperandum equum, ideo de æquitate Publicii Prætoris introducta fuit actio ei, qui bona fide, & justo titulo a non Domino habet rem, quam nondum usu cepit, ad eam vindicandam a possessore, si forte casu eam amisit, ut *in d. tit. 6. de action. §. namque, & l. 1. D. eod.* & hæc Publiciana datur pro mobilibus, & immobilibus, corporalibus, & incorporalibus; DD. ubi supra, contra omnem detentorem, & dolo desinentem possidere, & in omnia ad instar reivindicationis.

4 Secunda actio est *rescissoria* in rem, quæ est actioni Publicianæ contraria; nam per Publicianam, qui rem nondum usucaptam amisit eam vindicat, perinde ac si usu cepisset.

Sed per hanc rescissoriam actionem è contra Actor petit rem a possidente usucaptam, quasi nunquam esset usucapta.

Casus figuratur. Titius emit meum Codicem a Cajo bona fide, & per traditionem accepit, postea cum ultra mare transierat, vel causa reipublicæ, vel caussa studiorum absuit per triennium, & usucapionem complevit, quia res mobiles per triennium præscribuntur, *l. unica, C. de usucap.*

Reverso Titio obstat exceptio præscriptionis, ideo succurritur mihi, ut possim implorare officium Judicis nobile, ut restituat me in integrum, ne amittam Codicem meum propter absentiam Titii, & rescindatur illa usucapio in absentia completa, per remedium rescindens obstaculum usucapionis, quo rescisso mihi competit actio rescissoria ad vindicandum Codicem non obstante usucapione, & similiter datur pro corporalibus, & incorporalibus, mobilibus, & immobilibus, & competit læso, & ejus successoribus, ut *Pinellus loc. cit. in §. rursus.*

5 Tertia est actio in factum *Pauliana*, sic dicta a Paulo Prætore, qui eam introduxit, & ideo prætoria dicitur, per quam Creditores revocant id quod per debitores in fraudem creditorum non simulate, sed vero in tertiam aliquam personam alienatum, ac illi traditum est, ut res a quocumque possessore revocetur, perinde ac si illa alienatio, & traditio a debitore nunquam facta esset, etiam non restituto pretio, & habet locum tam circa res corporales, quam incorporales, mobiles,& immobiles;ut si quis alienet usumfructum, vel servitutem sibi debitam, & quando liberat debitorem suum acceptilatione, vel facit debitori pactum de non petendo, vel remittit debitori pignora, aut præbet illi exceptiones, quas in veritate non habebat, aut patitur litem moveri, aut rem aliquam pro derelicto habet, ut alius eam occupet; quæ tamen actio locum non habet, quando debitor repudiat legatum, vel hæreditatem in fraudem creditorum, *l.qui autem 6.in princ.de action.*

6 Quarta *Serviana* est actio Prætoria realis, quâ locator agit ad res, quæ a conductore in rem locatam, ut perpetuo illic essent,invectæ, & illatæ, sibique pro pensione, & deterioratione rei tacite obligatæ sunt, & a quocumque possessore, quasi pignus avocat, & donec ei ex integro satisfiat, retinet, ut *in §. item serviana Institut.tit.6.lib.4.de action.*

Et dicitur Serviana a *Servio*, qui eam introduxit, secundum Plateam *in d.§.n.38.* & non ut alii putant a *servando*, quasi per eam locatores serventur indemnes; nec a *serviendo*, quasi deserviat actioni personali locati.

7 Quinta est *quasi Serviana* actio prætoria realis,quæ competit contra possidentem rem, quæ expresse in specie, vel generaliter, & tacite ei est obligata, ad consequendam ejus rei possessionem, ad hoc ut eam retinere, vel alienare possit, si a debitore non fuerit redempta, & dicitur *quasi Serviana*, idest ad instar Servianæ, quæ locatori tantum datur, sed hæc cuilibet creditori competit,cui res obligata est.

Hypothecaria actio idem est ac Serviana,*Oinotim. in d.§.item serviana num.72.*

De Actionibus Prætoriis Personalibus.

8 Explicatis quinque actionibus Prætoriis realibus, explicandæ restant actiones prætoriæ personales, quorum tres referuntur *in d.lib.4. Instit.de action.§.in personam*, nempe actio *de const.pecun.*actio *de peculio*, & actio *in factum* ex juramento *Oinot.ibi.*

De Constitutu Pecunia.

Prima itaque actio de constituta pecunia est prætoria personalis, quæ a Prætore fuit introducta adversum eum, qui per nudum pactum constituit se soluturum, id quod prius ipse, vel alius quidam ex nudo pacto, vel alia causa debebat, ut *in §. de Const. pecun.instit.de action.& l.1.C.de const.pecun.*

Et hædicta actio competit, quando quis constituit se solvere nulla stipulatione interposita; nam si stipulanti promiserit, tunc tenetur jure civili actione ex stipulato.

Actio de Peculio.

9 Secunda Prætoria personalis est actio *de peculio*, quæ datur adversus Patrem, vel Dominum, ut solvat pro filio vivente, vel servo, nobis contractu obligato, quatenus sunt vires peculii, & non ultra vires. Et hoc ex quocumque contractu filii, vel quasi contractu, excepto voto, & mutuo, *Oinotim. lib.4.Instit.de action.§.actiones de pecul.num.18.*

10 Nam in odium Macedonis Usurarii inducta fuit exceptio non translativa contractus mutui, ne filiusfamilias obligari possit pro mutuo, quæ exceptio competit etiam Patri, & ad Patris instantiam invalidatur, *Oinotim. loc.cit.num.5. per tex. in l.1. & tot. tit. D. & C.ad Senat.Cons. Maced.* & in Regno habemus *pragm. unic. de Senat.Consul.Macedon.* quæ non est propria pragmatica, sed decretum Magnæ Curiæ Vicariæ, registratum inter pragmaticas die 30. Augusti 1534. Ne recipiantur obligationes a filiisfam. nisi in præsentia Patrum, vel sint emancipati, vel habitent seorsum cum familia, & interrogati cum juramento de his circumstantiis si pejeraverint, imputetur ipsis filiisfamilias pejerantibus, qui puniuntur propter perjurium; & imputetur stipulantibus, quia obligatio non tenet.

Hic nota, quod per dictum *text.*de jure Communi erat prohibitus contractus mutui tantum, sed per hanc *pragmaticam* de jure nostri Regni prohibetur omnis contractus; & quia Pater probando assertionem falsam filii, cogebatur desistere a lite, ne filius puniretur pœna falsi, sive perjurii; ideo per *Pragm. 63.de offic.proc.Cæsar.* editam anno 1688. die 15. Januarii per D. Joan. de Tunica *in §. 8.* fuit reformata dicta *pragm.unicu de Senat.Cons.Maced.* circa pœnam perjurii, quod filii non puniantur per assertionem falsam, asserendo vivere seorsum a Patre, sed contrahens cum filiofamilias debeat scire conditionem illius an vere vivat seorsum, vel non; *Imol. in §.4. d.prag. 62. de off. proc. Cæsar.* Pro parte vero Civitatis, & Regni fuit supplicatum, quod non possit Notarius apponere clausulam, quod vivunt seorsum a Patre, sed per S. C. non fuit dicta supplicatio admissa, sed dixit *providebitur*.

Infertur hinc, quod statur dictæ assertioni factæ in contractu, donec Pater probet contrarium, quo non probato valde tenet dicta assertio facta, quod tempore contractus vivebat seorsim a Patre.

Infertur etiam, quod dum *in pragm. præced.* non determinatur tempus requisitum ad habitationem separatam à Patre, satis esse filium momento quasi habitasse seorsum a Patre tempore obligationis, ut teneat obligatio per ipsum facta, dum *pragm.* simpliciter loquitur, ut tempore obligationis, vel interveniat Pater, vel sit emancipatus, vel vivat seorsim; nec est curandum si per multum tempus, vel si per momentum sit vera dicta habitatio. ita perpulchre advertit *Ursil.decis.308.num.18.Thor.in comp.ver.filius fam. fol.235. Paul. Gulterius de liquid. instrum.in 2. parte num.29.*& sequitur *Sabell.verb. filiatio num.58. de Luca ad Latrum cons.16.num.4.*

Imo ubi pecunia fuerit ad usum necessarium mutuata, & non male expensa, peccat Pater, & filius utendo exceptione Macedoniani, *Sabel.loc.cit.nu.55. & in verbo Sen.Con.Maced.Menoch.lib.3. præsump.68. n.17.Christin.in dec.belgic.34.vol.3.n.4.*

11 Adest in Regno alia *pragm.1. de contractibus* edita 28. Julii 1671. per Cardinalem Granuela cum insertione *pragm.*editæ per D. Parafan die ultima Augusti 1559.in qua prohibetur dare pecuniam filiisfam. cum obligatione solvendi post mortem Patris, & per dict. Granuela ampliatur, etiamsi non pecunia, sed detur res mobilis, vel stabilis, habita fide de pretio, quæ deinde emptor retrovendit eidem venditori, vel aliis pro minori pretio, qui contractus vulgo dicitur *dar roba a partito*, & est prohibitus etiam cum Patribus factus;ut per *d.Pragm.*

Et adest *pragm.3.de dispositionibus* edita per D.Petrum Giron die 4.Februarii 1583.quæ mandat, quod nummi non possint dari filiisfam. occasione faciendi spositiones, vulgo dictas *scommesse*, etiam quod allegassent,se non esse filiosfam. vel quod vivant seorsum sub pœna nullitatis, & amissione pecuniæ datæ.

Ex his itaque contractibus prohibitis in Regno, Pater non tenetur actione peculii, quod nota bene.

12 Hactenus dictum est quantum sufficit ad praxim contra Patrem, quando cogitur actione peculii solvere debita contracta per filium. Restat nunc praxis contra filium, quando gaudet beneficio Macedoniani, & quando non; at quia Macedonianum beneficium

citum non est actio, sed est exceptio, quæ competit filio adversus creditores; ideo non est aptus locus in hoc titulo de actionibus, sed de hoc dicemus in titulo de exceptionibus, inter quas numeratur dicta exceptio Macedoniani.

,, Si Auctor, ut pollicetur, de Macedoniani exce-
,, ptione inter exceptiones tractaret, illic potius for-
,, san quam hic ea subnecterem, quæ breviter adno-
,, tanda veniunt ex *nov. Constitutione*, ut ratio institu-
,, ti nostri requirit; at quoniam promissionis oblitus
,, de ea nulla amplius mentio est, ideo hoc loco, non
,, extra aleam advertendum, quod hodie non potest
,, in beneficium filiorum familias vigore S. C. Macedo-
,, niani expediri Salvaguardia, nisi citatis, & au-
,, ditis prius omnibus ejus creditoribus; quo decreto
,, interposito debet notificari infra sex dies, alias illis
,, elapsis nullum robur, & vim habet; quo fit, ut si
,, aliqua fraus, vel malitia inter Patrem, & filios dete-
,, gatur in damnum creditorum, ut sæpissime antea
,, eveniebat, Judex Macedoniani beneficium concede-
,, dere recusabit. Verba *Constitutionis §. V. num.* 16.
,, hæc sunt. *Per le Salvaguardie in vigore del Senatus*
,, *consulto Macedoniano in beneficia de' figli di famiglia,*
,, *ordiniamo, che da oggi avanti non si possa far decre-*
,, *to di* non molestetur, *se non prima citati, ed intesi*
,, *i creditori; e fattosi detto decreto si debba il medesi-*
,, *mo notificare fra lo spazio di giorni sei; altrimenti*
,, *elasso detto termine non vaglia detta Salvaguardia.*

13 Et redeundo ad propositam actionem de peculio, hæc de jure communi datur ex contractu, vel quasi contractu.

Ex contractu exemplificatur in deposito facto penes filium fam. pro quo Pater tenetur peculiotenus, *l. 1. §. filium fam. ff. depositi, Oinot. inst. de action. §. sequens num.* 30.

Ex quasi contractu obligatur filius, ut quia gessit negotia absentis, *l. si filius fam.* 15. *ff. de negot. gest.* & pro filio obligatur Pater pro viribus peculii.

Ex delicto, & quasi delicto in duobus casibus locum habet, primo quando ex furto, e. g. locupletior factus est Pater. *L. 3. §. re furtiva causa ff. de pecul.*

Secundo, quando pro delicto contestata est lis cum filio, si condemnetur in certa quantitate filius, etiam absens, tenetur Pater actione in factum, ut fiat executio in peculio profectitio, *l. 3. §. idem & scribebit ff. de peculio, & l. si condemnatus ff. de noxal. action.*

14 Hæc actio locum habet, quando invito, vel ignorante Patre contraxit filiusfam. & quando Pater non habuit ratum contractum filii, nec pecunia sit versa in utilitatem Patris.

De actione, quod jussu Patris.

15 Nam quando Pater jussit cum filio contrahi, tunc actione, quod jussu, Pater tenetur insolidum cum filio, ut *in tit. ff. quod jussu.*

De actione de in rem verso.

Et pro pecunia versa pro utilitate Patris tenetur Pater insolidum actione de in rem verso, *l. 1. ff. de in rem verso.*

De tributaria actione.

16 Et quando absque jussu, sed sciente, & patiente Patre filius in aliqua emenda merce, ut in emēda lana, vel emendis equis contraxit, tunc tributaria actio locum habet, per quam Pater potest concurrere cum aliis creditoribus, ut fiat distributio peculii inter Patrem, & cæteros creditores pro rata crediti.

Nam ubi non sciente, nec patiente Patre contrahit, non fit distributio, sed Pater ante omnia detrahit a peculio creditum suum, & reliquum dat creditoribus, ut late apud *Oinot. loc. cit. num.* 38.

Imo quando Pater promisit filium suum gerere omnia negotia domi in emendis, & vendendis, & contrahendo, & negotiando mercantias, tenetur insolidum, *Affl. decis. 308. Boer. decis. 231. n. 14. Blasius Michelorus de fratrib. cap. 48. in fin.*

De actione in factum ex juramento.

17 Tertia est actio in factum ex juramento, quæ similiter est prætoria personalis, qua agit is, qui deferente adversario deberi juravit, ut solvatur pecunia quam sibi deberi jure jurando confirmavit, & datur ad consequendam rem una cum fructibus, si in actione reali sit juratum, *l. sed & si possess. ff. de jure juran.*

Ad consequendam quantitatem, si in actione personali sit juratum, & ad consequendam æstimationem, si res super qua sit juratum per moram Adversarii periit, *l. nam §. 1. ff. de jure juran.*

De actionibus pœnalibus.

18 A Prætore fuerunt introductæ non solum actiones reales, & personales persecutoriæ rei; sed pœnales quoque actiones, per quas non petitur res tamquam principale debitum, sed tamquam pœna; ideo dicuntur pœnales actiones prætoriæ.

Prima actio prætoria pœnalis, est actio in factum de Albo corrupto, & est popularis, quia cuilibet de populo competit; & rejectis antiquis, & superfluis distinctionibus, & limitationibus, sciendum est, quod ideo dicitur de albocorrupto, quia edicta Prætorum describebantur in muro, vel tabula dealbata. Ideo corrumpens, vel amovens id, quod in album erat scriptum, puniendus erat pœna quinquaginta aureorum accusanti parti applicanda, sed si criminaliter accusabatur, erat pœna falsi, *text. est in l. penult. ff. ad leg. corn. de fals.*

Hodie autem corrumpens citationem affixam in valvis, vel aliud edictum, aperiens literas alienas, abradens aliquid in scriptura, vel corrumpens insignia, vel statuas familiæ, punitur pœna falsi arbitrarie, secundum qualitatem personæ, loci, & alias circumstantias, ut *DD. in l. si quis id quod ff. de jurisd. in l. 1. ff. de jure delib. in c. de causis extra de jud. delegati, Menoch. de arbitr. jud. casu* 281.

Secunda actio in factum, ne quis vocet in judicium ejus Patrem, aut alios, cui reverentia debetur, absque venia obtenta a Prætore, alias incurrit ad pœnam quinquaginta aureorum.

Hæc actio a Practicis numeratur inter exceptiones, quia Pater conventus a filio opponit exceptionem veniæ non petitæ; ideo quomodo hodie practicetur, suo loco in exceptionibus dicemus.

De actionibus præjudicialibus.

19 Actio præjudicialis est illa, quæ præjudicat alteri, vel ratione contingentiæ, vel ratione præeminentiæ, sive ordinis, vel ratione status personæ.

Et licet plures aliæ dici possint præjudiciales, tamen lex semper intelligit has tres actiones, ut supra divisas, ut late *Oinot. lib. 4. inst. de actionib. §. præjudiciales num.* 4.

Præjudicialis actio ratione contingentiæ exemplificatur, quando intento contra te actionem familiæ erciscundæ, quia peto, ut dividas mecum hæreditatem Sempronii; Tu vero negas me esse Sempronii hæredem. Prius igitur declarandum est, an sim hæres, quia si contingit me esse exclusum ab hæreditate, hæc sententia parit exceptionem rei judicatæ in alio judicio familiæ erciscundæ.

Secunda præjudicialis ratione præeminentiæ, sive ordinis est, quando facit majorem silere, donec major expediatur, ut est in causa criminali, quæ ratione majoritatis prius debet terminari, & hoc de jure communi, & in Curiis publicis, nam de jure Regni sunt sublatæ hæc præjudicialia, quoad effectum suspensivum, ut infra dicemus.

Tertia præjudicialis actio ratione status personæ, est, ut si quis agat, ut filius, vel ut hæres, & tu opponis, non es filius, non es hæres, vel non es de illa familia, vocata in monte maritagiorum.

Et

Et tandem caussa primo mota supersedetur, si moveatur altera, quæ est exclusiva juris agentis, sive ambæ civiles, sive ambæ criminales sint; vel una civilis, & altera criminalis. Proceditur namque in illa, quæ est absorbens, & sui natura postulat, ut prius examinetur in concursu aliarum, *Angelus in l. qui prior 29. num. 2. D. de jud. Aucher. cons. 62. nu. 1. Cravet. cons. 280. num. 1. Farinac. qu. 99. num. 69.*

Hæc omnia intellige habere locum de jure communi, & in foro Ecclesiastico; secus de jure Regni in foro laicali, ubi una non suspenditur per alteram, sed simul examinantur, juxta *Constitutionem exceptionem filiationis*, ubi *Affl. in rubr. 22. lib. 2. tit. 23.*

Et per *Constitutionem Si civiliter ages*, ubi *Affl. dict. lib. 2. tit. 23. &* per has duas *Constitutiones*, sublatæ sunt in Regno omnia præjudicialia.

Concordat *prag. 2. de falsis in principio*, per quam statuitur, ne impediatur cursus caussæ civilis ex supervenientia accusationis criminalis de falsitate, sed in utraque simul procedatur. Et per *dictam pragm.* corrigitur jus commune. *Trentacinq. resol. 7. nu. 10. post Gram. decis. 60. num. 12. Mastrill. dec. 220. num. 1.*

Et qui prius obtinet sententiam præstat fidejussionem de restituendo una cum expensis, *d. pragm. 2.*

Verum si constat ex eisdem actis de falsitate, tunc supersedetur in caussa civili, donec fiat pronunciatio super falsitate, ut *in d. pragm. 2.* & sic servari testatur *Gram. d. dec. 60. n. 34. Mastril. dec. 220. nu. 7. Carlev. lib. 1. tit. 2. disp. 6. n. 42. &* vide *Muscat. glos. actorem par. 1. Ursil. ad Affl. dec. 229. de Franch. dec. 147. Capyc. decis. 25. Ricc. coll. 1775. de Marin. resol. 78. lib. 2. n. 7.*

De Actionibus contra Furem.

20 Contra Furem plures sunt introductæ actiones, v. g. differunt inter se actio furti, reivindicatio, condictio furtiva, actio quadrupli, vel dupli, & actio ad exhibendum.

Actio furti est mere pœnalis, & solam pœnam persequitur, cui non inest rei persecutio, *§. fin. de oblig. quæ ex delicto nascuntur.*

Et non solum dicta actio competit Domino, sed omnibus, quorum interest rem non esse subtractam, *l. cujus cum duobus sequentibus D. de furt.*

Reivindicatio persequitur rem, & non pœnam contra quemcumque possessorem rei furtivæ, *d. §. fin.* etiam si bona fide empta sit, qui non refuso pretio rem Domino restituere cogitur, *l. incivilem 2. C. de furtis.*

Condictio furtiva solum contra furem, & ejus hæredes datur, licet ad hæredem nihil pervenerit non contra possessores, *l. si pro fure §. fin. & l. ex furtiva causa D. eod.*

Et sic dicta condictio furtiva est actio personalis rei persecutoria, ita ut si res furtiva extet, condicatur cum Domino interesse, *l. 3. D. de cond. furtiva*; si vero non extat, æstimatio rei præstanda est, *l. in re furtiva ff. de cond. furt.*

C A P. III.

De Actionibus rei persecutoriis pœnalibus, & mixtis in simplum, vel in duplum, & de actionibus bonæ fidei, & stricti Juris.

S U M M A R I U M.

Actiones rei persecutoriæ pœnales, & mixtæ respiciunt caussam finalem, num. 1.

Actiones in simplum, duplum, triplum, & in quadruplum, concipiuntur, nec ultra extenduntur, & respiciunt caussam formalem, num. 2.

Actiones bonæ fidei, & stricti juris respiciunt caussam substantialem, & explicantur, num. 3.

Actiones bonæ fidei numerantur decem, & octo, & præter dictas decem, & octo, omnes aliæ actiones de mundo dicuntur esse stricti juris, num. 4.

Actio ex stipulatu pro dote separate proposita in §. fuerat, competit pro dote promissa non tradita in locum uxoriæ actionis, quæ hodie est sublata, & declaratur, num. 5.

Dos habet privilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis contra Creditores anteriores, tacitam hypothecam habentes, secus habentes expressam, num. 6.

Actio singularis, universalis, & generalis, quæ sint? n. 7.

Actio directa, & contraria, quæ sint? num. 8.

Actio directa, & utilis, quæ sint? num. 9.

Actio noxalis de pauperie directa competit adversus Dominum quadrupedis, num. 10.

Actio in factum de pauperie utilis competit adversus Dominum bipedis num. 11.

Actio noxalis Laquiliæ directa datur adversus injuriantem, vel occidentem servum, vel quadrupedem alienum, num. 12.

Actio Laquiliæ utilis competit de corpore ad corpus, & de non corpore ad corpus, & exemplificatur, num. 13.

Lex est caussa efficiens actionis directæ, & utilis, nu. 14.

Cessio actionum quando efficit, ut non possit exigere ad utilitatem propriam, sed possit exigere ad utilitatem Cessionarii, num. 15.

Actio directa a persona cedentis separari non potest, secus actio utilis; quæ conclusio limitatur in actis judicialibus, & in sententia, & in obligatione penes acta, quæ stipulata per Procuratorem potest accusari per Dominum, & stipulata per Dominum, potest accusari per Procuratorem, num. 16.

Obligatio extrajudicialiter stipulata coram Judice Chartulario, & Notario non potest via ritus præsentari, nisi in præsentatione interveniat, qui intervenit in stipulatione, num. 17.

Hæredes active, & passive non tenentur insolidum, sed quilibet tenetur pro rata sua, num. 18.

Debitores quando sunt plures, solent renunciare, l. de duobus, vel pluribus reis debendi, vel leg. de duobus, vel pluribus reis obligatis, vel authentic. hoc ita C. de duobus reis stipulandi, & promittendi, vel beneficio novæ constitutionis de pluribus reis debendi, quæ sinonima sunt, & declarantur, num. 19.

Mercator vendens merces habita fide de pretio, quam actionem habet consequendi pretium, cum suis limitationibus, num. 20.

Actio nativa nascitur ex materia efficiente, idest ex conventionibus, & contractibus, num. 21.

Actio dativa est, quæ non nascitur ex conventione, & ex contractu, sed auxilio legis, vel Prætoris datur, ideo dativa dicitur, ut in pacto nudo, num. 22.

Actiones, vel sunt mere reales, vel mere personales, vel mixtæ, num. 23.

Actiones personales in rem scriptæ sunt, quæ competunt contra detentorem, & exemplificatur, num. 24.

Actio mixta in rem scripta competit inter eos, qui rem habent communem, num. 25.

Actionis nomen est generale comprehendens reales, & personales, num. 26.

Actiones reales, sunt vindicationes tam pro rebus corporalibus, quam incorporalibus, num. 27.

Actiones personales appellantur condictiones, sic dictæ a condicendo, idest a colloquendo, quia antiquitus collocutio, sive requisitio erat necessaria in actione personali, num. 28.

Condictio ex illa lege datur, quando non cavetur de nomine actionis ex Civili obligatione. Et datur actio in factum, quando a Prætore non datur nomen actionis, itaque condictio est actio civilis, in factum est actio prætoria, num. 29.

Actiones descendentes ex statutis Superiorem non habentis, sunt civiles, & quæ statutis Baronum, & Titu-

tulectorum Regni, *dicuntur pratoria*, num.30. *Actio pratoria prascribitur anno*, *actio Civilis est perpetua*, num.31.

1 TErtia actionum divisio est, quod quædam sunt rei persecutoriæ; quædam pœnales, quædam mixtæ; & hæc divisio respicit caussam finalem, quia ad hunc finem omnes actiones tendunt, ut vel rem, vel pœnam, vel utrumque consequantur.

2 Quarta actionum divisio est, quod omnes actiones, vel in simplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum conceptæ sunt, & ultra quadruplum nulla actio extenditur.

Hæc divisio respicit caussam formalem. Nam formalis caussa est illa, quæ consistit in ordine, & modo tractandi, & ideo formalis caussa dicitur, quia dat formam prosequendi, vel in simplum, vel in duplum, de quibus est §. *omnes usque ad §. actionum. Oinot. hic.*

3 Quinta actionum divisio est, quod omnes actiones sunt, aut bonæ fidei, aut stricti juris, & hæc divisio caussam substantialem actionum continet. Nam substantia omnium actionum, & contractuum est, ut sint, aut bonæ fidei, aut stricti juris. Hæc divisio reducitur etiam ad caussam formalem, ut docet *Episc. Verde in 4. tit. fol.* 28. *num.* 289. quia per hanc divisionem dantur formæ procedendi de æquitate in actionibus bonæ fidei, & de rigore in actionibus stricti juris.

Adverte tamen non ideo dici bonæ fidei, quod aliæ sunt malæ fidei, sed ideo dici bonæ fidei, quia habent æquitatem juris gentium, ut Judex pinguius extendat suum officium ad ea, quæ non conventa sunt inter partes, sed æqua sibi videntur.

Aliæ licet quoque bonam fidem habeant, cum omnes bona fide carere non debeant, tamen non habent illam juris æquitatem, sed rigorem, & sic sunt stricti juris, quæ extendi non possunt per Judicem, nisi quatenus sint conventæ inter partes.

4 Et dictæ actiones bonæ fidei 17. numerantur *in §. actionum institut. de action.* 23. ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitiæ, familiæ erciscundæ, communi dividundo, præscriptis verbis, de æxtimato, ex permutatione; & hæreditatis petitio.

Et præter has 17. numeratas per *Imperatorem in d. §. actionum lib. 4. instit.* omnes aliæ actiones de mundo dicuntur esse stricti juris, *Oinot. ibi in dicto §.*

5 His 17. actionibus hic numeratis additur 18. actio ex stipulatu pro dote, quæ similiter est bonæ fidei, licet non sit numerata *in d. §. actionum*, sed posita est in sequenti separato §. *fuerat* ejusdem *lib. 4. instit. de action.*

Quæ actio competit pro dote promissa, sed non tradita, *lex diverso ff. soluto matrimonio*, & pro dote repetenda, ut infra.

Doti fuerunt plura privilegia specialiter concessa a lege, quia Reipublicæ interest dotes mulieris conservare. Unde licet dicta actio ex stipulatu pro dote ex sui natura sit stricti juris, & ideo non numerata cum illis 17. actionibus, ut supra, tamen hæc specialitas datur favore dotis in locum uxoriæ actionis, quæ hodie sublata est, ut sit bonæ fidei, tam pro uxore, ejusque hærede dotem repetente, quam pro viro agente contra uxorem, socerum, vel extraneum dotis promissorem, & etiam pro socero, sive patre dotante, & repetente dotem profectitiam, vel dotem appropriatam ob mortem filiæ.

Extraneus vero hoc privilegio caret, sed actio tunc habet naturam stricti juris, ut nisi expresse paciscatur, non habet actionem repetendi ex dispositione legis, sed stricti juris, juxta pacta in contractu.

Et sic cognoscitur differentia bonæ fidei, & stricti juris, quia licet ex dispositione hominis non apparet pactum stipulatum in beneficium uxoris pro restituenda dote, ex bona fide, & dispositione legis fingitur, & præsumitur stipulatio de restituenda dote, & è contra habet jus agendi ad exigendam dotem etiam ex nudo pacto, ut latissime hæc omnia *Oinot. in d. §. fuerat.*

6 Habet quoque dos privilegia tacitæ hypothecæ, & prælationis, ut præferatur omnibus Creditoribus, etiam anterioribus tacitam hypothecam habentibus, secus habentibus expressam, quia in expressa currit regula, ut prior in tempore, potior in jure, *l. potior a 1. ff. qui potiores in pignore habeantur*; de qua re est sollemnis *decisio 1. Giazarell.* quam vide.

Unde Creditor, qui expressam habet hypothecam anteriorem præfertur doti habenti hypothecam posteriorem, sive tacitam, sive expressam.

Et regulariter Creditor hypothecarius habens tacitam præfertur posteriori, sive tacitam, sive expressam habenti hypothecam, quamvis sit fiscus, excepta dote, quæ præfertur Creditori hypothecam tacitam habenti; & in bonis quæsitis post obligationem Fisci, Fiscus etiam præfertur cuilibet, *de [illegible]in. ad Revert. dec. 74. n. 6. & 7. Negusant. de pignor. par. 5. membro 1, num. 18. & membr. 2. num. 10. Faber decade 6. error. 1. Surd. decis. 163. num. 1. Covar. resol. 7. lib. 1. num. 1. vers. quarto, & resol. 16. num. 2. ad finem, Peregrin. de jure fisci lib. 6. tit. 6. num. 16.*

Sexta divisio actionum prosecutionis effectum respicit,

Aliquæ enim prosequuntur solidum, quod petunt, aliquæ minus solido, ob privilegia, vel ob alias caussas, ut exemplificatur in personis; qui habent Privilegium, ne teneantur, ultra quam facere possunt, & in debitore, qui cessit bonis.

Has sex divisiones ponit *Tex. in tit. de action.*; alias sequentes divisiones ponit *Glos. & DD. in l. 1. ff. de edendo*, & sic

7 Septima autem divisio numerata a *gl. & DD.* ut supra, est, quod alia actio est singularis, sive particularis, ut quando particulariter actione reali vendico fundum, vel equum meum.

Alia est universalis, ut est petitio hæreditatis, quia comprehenditur universum jus defuncti, quod tempore mortis habuit, ut fam. liæ erciscundæ.

Alia est generalis, ut actio negotiorum gestorum, item directa actio tutelæ, quia continet sub se plura capita, non tamen universum jus.

8 Actionum distinctio est, una directa, altera contraria; directa est, quæ principaliter competit ei, ad quem res pertinet; ut

Actio ex commodato datur commodanti adversus commodatarium ad rem commodatam recuperandam, vel ad rationem reddendam ipsius rei deterioratæ, *l. sed si §. deposita ff. commod.*

Contraria actio est, quæ in consequentia, & ex contrario datur commodatario adversus commodantem ad repetendas expensas necessarias in re commodata factas, &

9 Actio ex deposito directa datur depositori contra depositarium, & contraria ex deposito datur depositario pro expensis in re deposita.

Nona actionum divisio. Alia est directa; Alia utilis.

Directa est, quæ ex verbis ipsius legis competit.

Utilis, quæ non ex verbis, sed quæ ex mente, & voluntate legis elicitur.

10 Actio Noxalis de Pauperie introducta est a *l. 12. tabularum*, per quam Dominus quadrupedis cogitur ad æxtimationem damni per quadrupedem dati, vel dare quadrupedem pro damno sine culpa Domini, & sic sine injuria dato; ut quando quadrupes occidit,

vel

vel vulnera, aut aliud damnum alicui facit; Et quia *l. 12. tab.* mentionem facit quadrupedis tantum, ut *in tot. tit. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur*, adversus dominum quadrupedis competit

Actio in factum de pauperie directa, sed

11 Actio in factum de pauperie utilis competit adversus dominum bipedis, ut si Grus oculum eluscaverit, quod ex mente, & voluntate ejusdem *l. 12. tabularum* elicitur, ut ostendatur eadem actio in lite ex paritate rationis, vel similitudine, ita in

12 Actione Noxali legis Aquiliæ directa, datur adversus illum, qui injuria servum alienum, vel alienum quadrupedem, qui est in numero pecudum interficit, ut teneatur solvere æxtimationem, quanti valuit animal interfectum anno retro, *l. 1. ff. ad l. Aquiliam*, & hoc quando de corpore ad corpus, ut si sua manu interficit.

13 Utilis actio *l. Aquiliæ* locum habet, si non de corpore ad corpus, sed si voce fugavit bovem alterius, &

Actio in factum est illa, quæ infertur de non corpore ad non corpus, ut si liberavit servum alterius detentum per dominum in vinculis, pro emendatione servi, & servus aufugit; & ita in similibus.

Hoc aliud exemplum bene nota, ut si quis sibi stipulatur Titio dari, vel fieri, ex hac stipulatione oritur actio directa stipulanti ex verbis, & mente legis contra Titium; itidem producitur jus adstringendi Titium, mediante Judice, qui est minister legis, ad dandum, vel faciendum, quod dare, vel facere promisit, *instit. de obligat. §. 1. ibi: est juris vinculum, quo necessitate adstringimur.*

Actio utilis est, quæ ex mente tantum legis producitur, ut si stipulatus, seu dominus hujus actionis leget, aut alio titulo cedat Cajo hanc actionem, sive hoc nomen debitoris, virtualiter ex mente legis datur Cajo legatario, vel cessionario utilis actio contra debitorem legatum, vel cessum, itidem mens legis approbat, ut utilitas dictæ actionis legatæ, vel cessæ cedat in beneficium legatarii, vel cessionarii, licet verba stipulationia sint directa personis, qui interfuerunt in stipulatione, & non sint directa personis legatarii, vel cessionarii, qui non interfuerunt in stipulatione, & sic directa oritur ex verbis directis. Sed utilis non oritur ex verbis, sed ex mente legis.

14 Lex itaque est causa efficiens utriusque, quia lex efficit, sive facit, aut producit directam ex forma directorum, & utilem ex mente legantis, vel cedentis, qui volunt, ut utilitas sit legatarii, vel cessionarii.

Lex itaque dat formulam agendi, vel actione directa, vel utili, sive dat jus prosequendi, *instit. de actionibus §. 1. ibi: est jus prosequendi in judicio.*

Directa, & utilis actio diversa est nomine, sed una est in substantia, *l. actio ff. de negot. gest.* ibi. *Cum utraque actio ejusdem sit potestatis, eundemque effectum habeat*, ut notat *de Luca in suo specilegio qu. 24. nu. 25. post Oleam tit. 6. qu. 1. nu. 7.*

15 Et licet per cessionem actionum, cum clausula, *ponens cessionarium in locum suum, constituens eum procuratorem in rem propriam, nihil sibi reservans*, videatur cedens transferre in cessionarium exercitium directarum, & apud cedentem nullum jus efficax remanere, agendi; tamen, quia actiones directæ æquiparantur animæ, quæ nequit separari a corpore ante corruptionem corporis, & propterea nullo pacto actio directa potest separari a persona cedentis, apud quem actiones directæ remanent inefficaces, quoad exigendum, ad utilitatem propriam ipsius cedentis, sed efficaces sunt, quoad exigendum in utilitatem cessionarii, maxime si interfit cedentis se tueri ab evictione, vel idoneitate, quam cedens promisit, ut concludit *de Luca in specil. qu. 24. nu. 5.*

16 Actio itaque directa ita affixa est ossibus stipulantis, ut ab ejus persona separari non possit.

Utilis vero actio potest separari, itidem ut utilitas actionis transeat in beneficium alterius personæ, vel per cessionem, ut dicit *Paulus de Castro in summar in l. 1. C. per quas personas nobis acquiritur.*

Vel sine cessione, sed per ipsam stipulationem procuratoris ex dispositione *legis 2. C. Per quas personas nobis acquiritur*, ubi *glos. in verbo si enim*; sic concordat sensum contrarium inter dictam *l. secundam, & primam.*

Quæ conclusio limitatur in actibus judicialibus, ex calore enim judicii actio directa acquiritur mihi per sententiam latam ad solvendum Titio procuratori meo, *Glos. sing. in l. pen. vers. procurat. ff. si quis cautionibus. Text. est in l. procurator veens ff. de procurator. Montan. controv. 33. num. 6.*

Pari passu obligatio penes acta stipulata per procuratorem potest accusari per dominum, & stipulata per dominum potest accusari per procuratorem constitutum in rem propriam, & etiam per cessionarium, quia illa æquiparatur sententiæ, & calore judicii habet hoc privilegium: ut dictum est de sententia.

17 At in obligationibus stipulatis extrajudicialiter coram Judice Chartulario, & Notario, non potest instrumentum præsentari via ritus, nisi ad instantiam procuratoris, qui stipulavit, & creditoris, vel ad instantiam Notarii, pro quo absente stipulatus est Notarius, alias esset nulla stipulatio, ut latius dixi *in 2. tom. mea praxis tit. de liquid. instrum.* & ampliationes, atque limitationes traduntur per *Montan. controv. 43. num. 16.* ubi vide.

18 Advertendum est quoque, quod *lex 12. tabular.* ipso jure dividit inter cohæredes obligationes hæreditarias active, & passive pro rata, *l. pacto successorum 26. C. de pactis, & glos. fin. in l. cum a matre 14. C. de rei vindicat.*

Et si sunt duo, vel plures debitores, quilibet tenetur pro rata, *l. reos 10. §. fin. ff. de duobus reis.*

19 Quo fit, ut Notarii solent apponere, quod debitores renunciant *l. duobus, vel pluribus reis debendi*, vel *l. de duobus, vel pluribus reis obligatis*, vel *auth. hoc ita C. de duobus reis stipulandi, & promittendi*, vel *beneficio novæ constitutionis de pluribus reis debendi*, quæ sinonima sunt, & Notarii putantes esse diversa, non sunt contenti renunciare uni ex eis, ignorantes, quod renunciatio unius sufficiat.

Et redeundo unde digressi sumus, dico, quod tales debitores, qui non renunciaverunt dicto beneficio, vel hæredes, qui de jure tenentur pro rata, si faciant inter se pactum, ut alter eorum solvat omnia debita, valet pactum inter ipsos hæredes; sed non præjudicat creditori, qui potest omnes cogere pro rata ad solvendum, *l. debitor 25. cum l. seq. C. de pactis.*

20 Notabilis etiam est casus, ut Mercator vendens merces habita fide de pretio in beneficium Caii, qui easdem vendit aliis, & dum Cajus incipit esse non solvendo, venditor non poterit a tertiis possessoribus venditas merces vindicare, quia contra tertios non competit personalis actio, non enim intervenit contractus, nec quasi, neque intervenit delictum, nec quasi.

Nec realia actio competit, quia dominium a venditore fuit translatum ad Cajum primum emptorem titulo emptionis, & solum remansit actio personalis ex vendito contra dictum primum emptorem, & ipsius personam non egreditur, *tex. in l. incivile 12. C. de rei vendicat. Oinotom. tit. 6. de action. §. omnium num. 24.*

Quæ conclusio limitatur, ubi venditor non habuit fidem de pretio, quia tunc non dicitur translatum dominium mercium, *glos. & Oinot. ubi sup.*

Et regulariter Mercator vendens ejus merces, sive bona mercantiæ, quando translatum est dominium, non habet hypothecam super illis mercibus, & non præ-

præfertur aliis creditoribus anterioribus, *Vivius, & alii DD. commun. opin. in tit. credit. & mercium vendit. cap. 23. fol. 28. Sordus decis. 139. num. 4. Carrab. sing. 116.*

Hæc conclusio limitatur primo, in Venetis, & Civibus Bergami, qui si vendant merces in Regno possunt vindicare a quolibet possessore, & præferuntur, ob privilegium eis concessum ab invictissimo Carolo quinto, & confirmato ab aliis Hispaniarum Regibus nostris, ita *Carrab. d. sing. 116.*

Limitatur secundo, quando in venditione mercium esset pactum impeditivum translationis dominii, juxta *l. cum manu sata §. fin. D. de contrah. empt. de Marin. ad Revert. decis. 8. & lib. 1. resolut.* 260. cum multis citatis per *Carleval.* & alios.

Limitatur tertio, quando venditor rem, sive merces, quas vendit, pro pretii solutione specialiter obligari fecerit, ita *de Marin. ubi sup.*

Limita quarto, ubi tractatur de mercibus venditis in nundinis; semper enim venditor præfertur, quia non censetur habita fides de pretio. Idem *de Marin. ubi sup.*

Limita quinto, quando tempore contractus gesti emptor ille esset decoctus, sive decoctioni proximus, & a venditore ignorabatur, tunc dictus venditor præfertur. Idem *de Marin. ubi sup.*

De Actione nativa, & dativa.

21 DEcima divisio actionis est, quod alia est Nativa, alia Dativa. Nativa, quæ habet materiam efficacem, ut ex ea nascatur actio, sicut sunt legitimæ conventiones, & contractus; ut actio, quæ nascitur ex vendito, contra emptorem pretio non soluto. Nativa dicitur, quia habet contractum venditionis, quæ est causa remota, & obligationem, quæ ex dicto contractu oritur, quæ est causa propinqua, & sic habet matrem, ut ex ea nascatur actio ex vendito, quæ merito *Nativa* appellatur.

22 Dativa est illa, quæ non nascitur ex conventione, vel contractu, nec habet unde nasci potest, quia ex pacto donationis nudæ non potest nasci actio.

Pactum enim nudum non parit actionem, sed auxilio legis, vel Prætoris datur; ideo *Dativa* dicitur, quia non nascitur a matre, sed datur ab ipsa lege, vel Prætore.

23 XI. Divisio tradita a *glos. & Oinot.* est, quod quædam sunt actiones mere reales, quædam mere personales, & quædam mixtæ, de quibus dixi *in 1. capit.* ubi vide.

24 XII. Et ultima divisio est, quod quædam sunt actiones personales in rem scriptæ, & quædam mixtæ. Primæ sunt illæ, quæ competunt contra quemcumque detentorem; ut

Actio ad exhibendum est personalis, quia oritur ex quasi contractu contra personam, sed dicitur in rem scripta, quia contra quemcumque detentorem illius rei competit; ut si Tu habes librum meum, peto a te librum, & si alteri donasti, possum contra possessorem actionem proponere, *l. 3. §. fin. D. ad exhibendum.*

25 Mixta in rem scripta competit solum inter eos, qui rem habent communem, & non contra alios possessores, *Oin. de act. in §. omnium num. 11.*

26 Est demum advertendum, quod actionis nomen est generale comprehendens reales, & personales actiones, *l. actionum genera in princip. ff. de oblig. & action. & instit. de action. vers. appellamus.*

27 Actiones reales sunt vindicationes, sive competant pro rebus corporalibus, ut *in tit. de rei vind.* sive pro rebus incorporalibus, ut *in tit. ff. de servit. vind.*

28 Personales Actiones appellantur condictiones, sic dictæ a condicendo. De jure enim antiquo Creditor tenebatur condicere, & colloqui cum debitore, eumque prius requirere ad solutionem, quæ requisitio non erat necessaria in actione reali, cum in ea non est persona obligata, *Jason in l. certi condictio 9. ff. si certum petatur.*

Hinc & si omnes actiones personales abusive dicuntur condictiones, tamen ut una ab alia discernatur, adiicitur aliqua specialitas, ut condictio certi, condictio ob caussam, condictio indebiti, &c.

Hodie vero non est debitor extraiudicialiter interpellandus de necessitate, sed tantum de urbanitate, *Text. & glos. in l. debitoro C. de pignor.* quia dies interpellat pro homine, *l. magni 12. C. de contrah. & committ. stipulat.*

29 Nota etiam; quod ubi ex civili obligatione nova non cavetur de nomine actionis, datur condictio ex illa lege.

Et ubi Prætor non diceret actionis nomen, tunc datur actio in factum.

Actio itaque in factum est Prætoria actio, Condictio ex lege est civilis actio, *glos. lib. 4. inst. tit. 4. §. namque si cui vers. sed quia sane in verbo actio, & tex. in l. & ita ff. naut. caup. & c. Staib. ex l. 1. ff. de cond. ex lege.*

30 Et demum erit notandum, quod actiones descendentes ex statutis Ducum, & Principum, qui superiorem non recognoscunt, dicuntur civiles, quia jus civile reputatur tale statutum, ut sunt Constitutiones, & capitula nostri Regni Neapol. & Pragm.

Actiones vero, quæ descendunt a statutis Baronum, Ducum, & aliorum titulatorum Regni; qui agnoscunt superiorem, dicuntur Prætoriæ, sive de jure Prætorio, *Oinot. lib. 4. instit. de action. §. sed ista tit. 4. num. 7. ex glos. & ibi Feudistæ in cap. 2. in verbi observatur tit. de investit. inter Dominum.*

31 Utilitas hujus investigationis erit, quia actiones Prætoriæ pœnales anno præscribuntur. Ut actio injuriarum Prætoria, *l. si non convitii C. de injuriis.*

Si vero civiles, erunt perpetuæ per *l. in honorariis, Trentacinq. in princip. ff. de oblig. & Oinot. loc. cit.*

Hæc satis sint pro Praxi actionum; usus te plura docebit.

C A P. IV.

De sylva particularium actionum.

S U M M A R I U M.

ACtiones bonæ fidei sunt 17. & prima est actio ex empto personalis contra venditorem ad tradendam rem venditam, cum aliis declarationibus, num. 1.

Secunda est actio ex vendito personalis contra emptorem ad pretium numerandum, & ad alia, num. 2.

Tertia est actio ex locato contra Conductorem pro pensione, vel deterioratione rei, vel operis locati, cum differentia inter operam, & opus, & differentia inter conventionem in pecunia, & in alia quantitate, num. 3.

Quarta actio ex conducto ad beneficium Conductoris, & quæ sit differentia inter colonos Numerarios, Conductitios, & Partiarios, num. 4.

Emptor, & quilibet successor singularis regulariter non tenetur stare locationi factæ, cum quinque limitationibus, num. 5.

Fructus inter emptorem, & venditorem, quomodo dividantur, num. 6.

Cautela pro Conductore contra locatorem, num. 7.

Quinta actio negotiorum gestorum, scilicet directa, quæ Domino competit contra gerentem negotiationem; Altera contraria, quæ gerenti negotia competit contra Dominum ad repetendum impensum, num. 8.

Gestor salarium petere non potest, sed remuneratur per Antidora, num. 9.

Antidora, quid significat, num. 10.

Sexta est actio mandati, directa contra mandatarium, & contraria contra mandantem, num. 11.

B Se-

Septima est actio depositi, directa contra depositarium, & contraria ad beneficium tutoris, num. 12.
Octava est actio pro socio directa ex parte omnium sociorum, num. 13.
Nona est actio tutela directa contra tutorem, & contraria contra pupillum, num. 14.
Decima est actio commodati, directa ad rem commodatam recuperandam: contraria datur commodatario ad recuperandas expensas, num. 15.
Undecima est actio pignoratitia: directa ad beneficium debitoris contra Creditorem pro recuperando pignore, contraria ad beneficium Creditoris pro recuperandis expensis, num. 16.
Duodecima est actio familiæ erciscundæ, ut hæreditas dividatur, num. 17.
Decimatertia est actio communi dividendo, ut res communis dividatur, num. 18.
Actio communi dividundo, quid differt ab actione erciscunda, & ab actione pro socio, num. 19.
Decimaquarta est actio præscriptis verbis, quæ alias vocatur actio in factũ, quæ oritur ex contractibus innominatis, & in quibus casibus hæc actio detur, n. 20.
Decimaquinta est actio æstimatoria, quæ est quando traditur res æstimata, ut vendatur, & ut pretium, vel res sibi reddatur, num. 21.
Actio æstimatoria præscriptis verbis datur, quando dubitatur de nomine contractus, num. 22.
Æstimatio facit, ut periculum sit suscipientis onus vendendi, & restituendi pretium, vel rem, num. 23.
Decimasexta est actio ex permutatione, ut præscriptis verbis, sibi restituatur res promissa in escambium, vel vadium res data, num. 24.
Permutatio est contractus innominatus, num. 25.
Decimaseptima est hæreditatis petitio, quæ realis est, rejectis dicentibus, quod sit in rem scripta, num. 26.
Petitio hæreditatis quid sit, & quare mere realis dicenda sit, num. 27.
Petitio hæreditatis hæredi competit contra possidentem pro hærede, vel possessore, & sufficit probare rem fuisse defuncti, num. 28.

HActenus diximus de actionibus in genere, & per ordinem distinctis, nunc pro pleniori intelligentia, ne quid desit in hac praxi, alias breviter explanabimus, sicuti arbores, spicas, & alias res sine distinctione in sylva natas.

1 Et primo illas decem, & septem actiones bonæ fidei in præcedenti cap. tertio num. 4. enumeratas, v3.

Prima. De actione ex empto.

Actio ex empto est personalis, & bonæ fidei, & est, quæ datur emptori contra venditorem, *l. ex empto 11. ff. de act. emp.*

Et primo, competit ad rem tradendam; quando est vendita, sed non tradita res. Verum si vendens non habet facultatem tradendi, tunc præstando interesse liberatur, *Oinot. de act. ex emp. n. 22.*

Secundo competit ad fructus rei venditæ pendentes, *l. Julianus 13. §. si fructibus ff. eod.*

Et quomodo dividantur fructus inter emptorem, & venditorem, resolvit *Reg. de Marin. resol. 252. lib. 1. & de Franc. dec. 79.* dicentes, quod sunt emptoris fructus non collecti, qui semel in anno producuntur. Illi vero, qui singulis diebus percipiuntur, pro rata temporis dividuntur.

Tertio competit ad interesse, quanto minoris ob servitutem, vel aliud onus, quod celavit venditor, *l. 1. §. venditor ff. eod. l. & si minor 6. C. de action. empt. & vid. Oinot. loc. cit. num. 31.*

Quarto competit ad interesse, quando fundus venditus fuit ad mensuram, & deficit mensura promissa, *l. a. & l. si servum 4. ff. de action. emp.*

Quinto competit ad repetendas arrhas, quando partium consensu dissoluta est venditio, *l. ex empto §. si is, qui vinum 6 ff. eod.*

Sexto competit actio ex empto pro exhibitione instrumenti rei venditæ, vel ut venditor copiam faciat instrumentorum fundi, ut Jura, vel confinia cognoscantur, *l. Titius hæres ff. de action. empt.*

Et vide *Reg. de Marin. resol. 108. lib. 1. num. 11.* ubi concludit posse per emptorem agi, ut res a fideicommissi vinculo, vel alteri oneri obnoxia liberetur, alias sibi restituatur pretium, & hoc ante tempus evictionis, sive antequam lis moveatur, per *Text. in leg. hominem 69.* ibi: *nec expectabimus, ut creditor evincat, §. prædiums in fin. de Franch. decis. 200. a num. 13. Anellus Amatus cons. 58. num. 4.*

Septimo competit pro evictione, *l. sciendum 25. ff. de evict.* & hoc licet non sit promissa evictio, *l. non dubitatur 6. C. de eviction.*

Ad cujus declarationem, vide *de Marin. loc. cit.*

Secunda. De actione ex vendito.

2 Actio ex vendito similiter est personalis bonæ fidei, & competit venditori contra emptorem ad pretium rei emptæ numerandum, *l. Julianus 13. §. ex vendito 19. ff. eod.*

Secundo datur ad petendas usuras pretii non soluti, *l. fructus 13. C. de action. empt.*

De qua vide alia apud *Oinot. de act. ex vendit.*

Tertia. De actionibus locati.

3 Actio ex locato etiam personalis, & bonæ fidei est propter non solutam pensionem, vel locatori contra conductorem competit, propter deteriorationem rei locatæ, *l. cum conductorem 29. C. locati.*

Et datur locatori operarum ad consequendam mercedem a conducente operas, *l. qui operas 38. ff. eod.*

Verum hic est advertendum, quod locare, & conducere operas dicimus respicere illas operas manuales artis mecanicæ, non autem artis, & scientiæ liberalis, ideo Doctori, vel scholari non datur actio ex locato, vel conducto, sed actio in factum, quia professores artis liberalis dicuntur præbere opera beneficii causa, & non locare operas, propter nobile exercitium artis liberalis, *Bart. post glos. in l. 1. in princ. super verb. honororium, ff. si mens. fals. mod. dix.*

Alia differentia est notanda inter operas, & opus.

Nam is locat operas, qui se obligat ad operandum, ad præstandas operas suas, ad laborandum.

Et is conducit operas, qui sibi obligare facit operarios ad laborandum & sibi inserviendum.

At secus, quando quis conducit opus, sive opera, intelligitur de Artifice, sive operario, qui promittit alteri facere aliquod opus, ut murum, navim, picturam, &c.

Et locare opus intelligitur de Domino, cui promittitur opus faciendum ab Artifice, *l. 2. §. si conservatis, vers. nam & si faber ff. ad leg. Rhodiam de jact. l. ea lege 5. §. fin. in princ. ff. eod.*

Nota bene hos terminos de directo contrarios, & diversos.

Nota etiam, quod si inter locatorem, & conductorem sit facta conventio solvendi pecuniam numeratam, datur dicto actori actio ex locato, & conducto.

Sed si conventio non fuit in pecunia, sed in alia quantitate, ut locavi fundum, ut annuatim mihi solvas tot saccos frumenti, tunc non est locatio, sed contractus innominatus, facio, ut des, ideoque actione præscriptis verbis agendum est, *l. 1. §. si quis servum 9.* juncta *glos. super verbo non datur ff. depositi.*

Alia vide, quæ dixi *in 2. tomo meæ praxis tit. 7 de praxi exfractationis contra conductorem.* Et tetigi supra hic *cap. 3. vers. 4. serviana est actio.*

4 *Quarta. De actione Conducti.*

Actio ex conducto bonæ fidei, & personalis est, & conductori competit, qui rem utendam, vel fruendam conduxerit, *l. ex conducto 15. in princ. ff. eod.*

Et ut scias, quibus proprie competit, adverte, quod coloni triplices sunt.

Alii

Alii enim sunt Numerarii.
Alii Conductitii.
Alii Partiarii.

Numerarii sunt, qui nummis colunt, idest, qui solvunt pro annua pensione nummos, sive pecuniam numeratam, & a numeratione dicuntur numerarii.

Conductitii sunt, qui non pecuniam numeratam, sed frumentum, vel aliam materiam solvunt.

Partiarii, vel colunt fundum ad partem, scilicet medietatem, aut tertiam, vel quartam partem cum Domino partiuntur.

Numerariis itaque, idest iis, qui in pecunia numerata solvunt, sive colonus, sive inquilinus sit, competit dicta actio ex conducto.

Conductitiis vero non competit dicta actio ex conducto, sed actio præscriptis verbis, quia tunc est contractus innominatus, ut dixi in præcedenti cap. 3.

Partiariis neque datur dicta actio ex conducto, nec locati, sed actio pro socio, quia est societas, dum lucrum, & damnum cum domino partiuntur, ut late *Oinot. lib. 4. instit. tit. 6. §. action. de action. ex conduct. nu. 8. & Bart. in l. si apes 26. §. 1. ff. de furtis*, & est *Tex. in l. si merces §. vis major. ff. de act.*

Et competit contra ipsum locatorem, sive ejus successorem universalem.

Nam regulariter non competit contra singularem successorem, & emptorem rei locatæ, vel donatarium, aut similem, *Tex. in l. emptorem C. de locato.*

Et ratio est, quia conductor habet tantum actionem personalem contra ipsum locatorem, qui rem locatam ante tempus conductionis finitum vendit, ad interesse, *Tex. est in l. si merces §. qui fundum ff. eod.*

5 Sed hæc regula, quod emptor, sive quilibet successor singularis non teneatur stare locationi factæ per suum prædecessorem, sed quod possit removere conductorem, limitatur a DD. pluribus modis, ut est videre apud *Sanfelic. & Addentes in dec. 366.*

Primo ob solutionem anticipatam, *Sanfelic. nu. 8.*

Secundo, ob impensas necessarias, & considerabiles, *Sanfel. d. num. 21.*

Tertio ob juramentum in contractu, *Sanfelic. d. dec. num. 7.*

Quarto, quando emit rem, quam sciebat esse locatam, *Sanfel. loc. cit.*

Quinto, quando res non est integra, ut si annus sit inceptus, tunc ille annus debet finiri, *Sanfelic. loc. cit.* ubi multos citat, quibus adde *Rovit. in pragm. 6. de locat. & conduct. num. 25.*

6 Et quomodo dividuntur fructus inter emptorem, & venditorem, vide *de Franch. dec. 79. & 302. & de Marin. lib. 1. resol. 259.* ut fructus, qui semel in anno colliguntur, & qui sunt collecti, ad venditorem, qui non sunt collecti, ad emptorem.

Fructus vero, qui singulis diebus percipiuntur, ut sunt pensiones domorum, & similes, pro rata temporis dividuntur.

At in casu, quo conductor non poterit expelli ex dispositione legis, vel hominis, sive ex pacto, tunc non fit divisio, ut supra, sed pensio maturanda post venditionem tota spectat ad emptorem; illa maturata tota ad venditorem; ita advertit *de Luca ad Franch. d. decis. 79. in fine*, ubi refellit *de Marin. in resol. 125. ex Giurba* supra citato, & aliis circa hoc.

7 Sed nota, cautelam pro conductore contra locatorem, ut locator promittat non vendere, vel alio titulo alienare durante locatione in præjudicium conductoris, obligando pro observatione dicti pacti in specie ipsam rem locatam, & generaliter omnia bona, & quod generalitas specialitati non deroget, nec contra, &c. Tunc conductor habet actionem personalem, & realem, & res transit cum onere non amovendi conductorem, *Oinot.* late ubi supra ex *Jason. in l. quoties 15. num. 79. C. de rei vindicat.*, *de Castro in l. Tom. IV.* *si merces §. qui fundum ff. eod.*

E contra nota aliam cautelam pro locatore contra conductorem, ut se obliget conductor solvere conventam pensionem, non obstante quocumque casu sterilitatis, etiam inopinato, & fortuito, quia regulariter fit remissio mercedis ob fructuum sterilitatem, *l. licet 8. C. de loc. & conduct. & c. propter 3.*

Ideo fit pactum speciale, ut colonus suscipiat in se periculum sterilitatis, argum. ex contrario sensu dictæ *leg. licet*, est *Text. expressus in l. sed si quis fundum al §. 2. ff. eod.*

Et de praxi extractationis contra conductorem dixi late *in 2. tomo meæ praxis in 3. specie Judiciorum tit. 7.* „ ubi vide etiam Additionem; & si cætera desideras, in Appendice in fine primæ partis hujus tertii tom. potes perlegere.

8 *Quinta. De Actione negotiorum gestorum.*

De hac dixi in cap. 3. in 8. divisione actionum, quod sit duplex, directa, & contraria. Directa, quæ domino competit contra gerentem negotia ipsius Dom.

Contraria est, quæ ad repetendum impensum datur gerenti negotia alterius, eo absente, vel ignorante sine mandato, *l. 2. in fin. ff. eod.*

9 Gestor vero salarium petere non potest, ex regula, quod gratis fit, pensionem non inducit *l. 1. in fin. C. eod.*

Sed recipiens obligatur ad antidora, *l. sed, & si lege 25. §. consuluit 11. ff. de hæred. petition.*

10 Antidora, remunerationem significat grati animi ad proportionem beneficii recepti, *Vulp. in d. tit. de petit. hæred.*

11 *Sexta. De actione mandati.*

Actio mandati duplex est, directa, & contraria.

Directa est, quæ mandanti datur contra mandatarium ad reddendam administrationis rationem, sive suscepti mandati rationem.

Contraria datur mandatario contra mandantem ad repetendas expensas de suo factas, ut *in tot. tit. ff. & C. mandati, vel contra.*

Dantur hæ duæ actiones hæredibus, & contra hæredes, *l. mandatum C. mandati l. si vero ff. mandati §. fin. & §. seq.* & vide *Joan. Crisp. in Cathalogo actionum num. 151. fol. 358.* ubi fusius.

12 *Septima. De actione depositi.*

Depositi actio pariter est directa, & contraria.

Directa datur depositori contra depositarium ad recuperandum depositum.

Contraria datur depositario ad recuperandas expensas factas in re deposita, ut *in §. præterea instit. quib. modis re contrah. oblig. & l. 1. ff. depositi, & l. si deposita, C. depositi.*

Similiter datur hæredibus, & in hæredes, *Crisp. loc. cit. num. 152.*

13 *Octava. De actione pro socio.*

Hæc actio datur uni socio contra alium, qui nollet sua bona communicare, cum esset societas omnium bonorum, vel contra socium, qui intulisset damnum societati ad resarciendum, ut *in ff. & C. pro socio, & instit. eod.*

Et est directa ex parte omnium sociorum, non autem est contraria, cum non mutetur nomen contractus, & contrahentium, secundum *gloss. in l. consensu ff. de action. & obligat.* & est *Tex. in §. ex quibus institut. de pon. tem. litig.*

14 *Nona. De actione Tutelæ.*

Hæc actio duplex est, directa, & contraria.

Directa datur pupillo contra Tutorem pro reddenda ratione, & lucro, *l. 1. C. de usuris Pupilli.*

Contraria datur Tutori contra pupillum pro expensis, ut *in tit. de contr. & util. action. Tutelæ.*

Et pro salario petito, & taxato in principio Tutelæ, at pro non petito in principio non datur actio, *l. Tutoribus, §. in Principalibus, ff. de administr. tutor. de Franch. dec. 122.* Datur hæredi in hæredem, *l. su-*

rela C. arb. Tut. l. 1. §. hanc actionem ff. de tutel. & rat. distr. vide *Joan. Crisp. de montibus in Cathalogo actionum fol. 358. num. 153.*

15 *Decima. De actione commodati.*

Hæc actio duplex est, directa, & contraria.

Directa datur Commodanti contra Commodatarium ad rem commodatam recuperandam absque deterioratione, *l. sed si §. deposita ff. commodati, & l. penal. acl. in tit. ff. & C. commodati.*

Contraria datur Commodatario ad repetendas expensas necessarias in re commodata factas, *l. in commodato, §. 2. ff. commodati.*

16 *Undecima. De actione pignoratitia.*

Actio hæc duplex est, Directa, & Contraria, sic *in rubr. ff. de pignor. action.*

Directa datur debitori contra creditorem, ut rem pignoratam restituat, satisfacto sibi de credito, *§. fin. instit. quib. mod. re contrah. oblig. l. si rem §. omnis ff. de pignor. action.*

Contraria datur creditori adversus debitorem ad repetendas expensas necessarias, vel utiles in re pignorata factas, *l. tutor §. contrariam ff. de pignorat. action. l. si servus eod. tit.*

17 *Duodecima. De actione familiæ ercifcundæ.*

Actio familiæ ercifcundæ est, quæ inter hæredes locum habet, ut hæreditas, quæ communis est, dividatur *l. 1. ff. famil. ercifcunda, & §. quædam instit. de action.*

Ercire enim dividere significat, ut apud *Ambros. Calep.* apud quem Calepinum reperitur sine, H, sed *in Specilegio Scoppa in verbo Excernu lovem* advertitur, ut *Hercifcundus* scribatur cum, *H*, quia *Hercifcor* dicitur ab *Hercos*, idest septum, & non ab arcendo, ut alii male putarunt, ut Scoppus dicit in lit. H, hercifcundus.

Et familia apud antiquos pro hæreditate accipiebatur.

Actio itaque familiæ hercifcundæ, idest hæreditatis sepiendæ, vel sepe convallandæ, & custodiendæ, ne amplius in communi sine maneat.

Hæc inquam actio duplex est, Directa, & Utilis.

Directa datur cohæredi de jure civili possidenti, vel asserenti esse hæredem.

Utilis datur hæredibus de jure prætorio, qui bonorum possessores dicuntur, & datur fideicommissariis, quibus ex S. C. Trebell. restitutá est hæreditas, & datur filio arrogato ad consequendam quartam.

Sed non datur contra quemcumque possessorem, sed tantum inter ipsos cohæredes, etiam qua ipso non possident, *l. hæredes 25. ff. famil. ercisc.*

Item contra eum, cui cohæres vendit suam partem, *d. l. hæredes §. si testator 6. ff. eod.*

Item datur inter filios, quorum uni est facta inofficiosa donatio, pro consequenda legitima, *tit. C. de inoffic. donat.*

Verum non datur contra titulo possidentem, *glos. post Tex. in d. l. hæredes §. quod pro emptore 7. ff. eod.*

Sicut nec petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem, *l. hæreditas, C. de petit. hæreditatis, Oinot. tit. 6. de action. fam. hercisc. nu. 6.*

Actio familiæ ercifcundæ cumulari potest cum petitione hæreditatis in uno, & eodem libello, quando Actor non possidet, petendo scil. me declarare hæredem, & meus frater cohæres dividat mecum hæreditatem ad nos ambos devolutam *Oinot. §. 5. quædam actiones tit. 6. lib. 4. de actione famil. hercisc. num. 10.* vide circa multa alia dubia ibi per *Oinot.* enucleata, & vide, quæ dicam in sequenti actione communi dividundo.

18 *Decimatertia. De actione communi dividundo.*

Hæc est, per quam res particularis, & communis dividitur, *§. quædam instit. de action, & l. 1. & tot. tit. ff. communi divid.*

19 Hæc differt ab actione hercifcundæ, & pro socio, quia habet locum illa ercifcundæ in universalitate corporum hæreditariorum, & illa pro socio pertinet ad personales præstationes, quia potest remanere res communis, etiam quod societas sit soluta, ut habetur *in l. actionum §. potest ff. pro socio.*

Hæc vero communi dividundo, habet locum in rebus particularibus perventis, sive ex donatione, sive ex legato in testamento, sive ex societate inter socios, ut ex juribus supra allegatis, *Glos. & Doctores in §. interea si inter 3. sup. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur, super verba idem juris.*

Differt quoque, quia actio familiæ ercifcundæ semel tantum intentari potest, sed communi dividundo pluries agi potest, *leg. si filia 20. §. fin. ff. famil. ercifcund.*

Differt quoque, quia ercifcundæ datur inter coredes tantum; Nam si actor non possidet hæreditatem, & negatur a Reo esse cohæres, repellitur exceptione præposterationis, ut primum doceat se esse hæredem, *l. 1. ff. famil. hercfc.*

Sed communi dividundo competit etiam ei, qui non est hæres, sed habet rem communem ex causa donationis, vel legati, vel ex societate, *d. §. si inter, & l. 2. ff. eod.* ubi actio communi dividundo concurrit cum actione pro socio, & una tollit aliam, cum ambæ sint rei persecutoriæ, *l. pro socio 18. in fine ff. pro socio.*

Quæ actio pro socio oritur ex contractu, sed communi dividundo ex quasi contractu, & semper ad dividendum competit.

Et conventus communi dividundo, si neget actorem esse socium, potest proponere rei vindicationem, *l. si fundi 18. ff. de exceptionibus.*

Hoc intellige, si reus solus possidet rem, nam si possidet uterque, actor non repellitur.

Et si possidet uterque, sufficit in libello exprimere nolle amplius manere in communione: Aut non possidet, & tunc causa communionis exprimenda, & probanda est.

Et pactum de stando in communione perpetua non tenet, quia est contra utilitatem publicam, nam communio est mater discordiæ, *l. cum pater 77. §. dulcissimis fratribus 20. ff. de legat. 2.*

Nec Pater potest mandare filiis, ut in perpetuum non dividant, nec Testator hæredibus, rejectis contrarium tenentibus, *Oinot. §. quædam act. tit. 6. lib. 4. num. 22.* & alia vide apud dictum *Oinot.*

20 *Decimaquarta. De actione præscriptis verbis.*

Actio præscriptis verbis, alias vocata actio in factum, est, quæ oritur ex contractibus innominatis, cum non possit nomen assumere a contractu, qui est innominatus, idest sine nomine, assumit nomen ex verbis præscriptis, sive positis in illo contractu; nam cum deficiant vulgaria, atque usitata actionum nomina, præscriptis verbis agendum est, *l. 1. ff. de præscrip. verb.*

Sed a contractibus nominatis denominantur actiones nominatæ, idest, quia nomen assumunt a nomine contractus, cum nomen actionis non deficit, quia assumitur ab eodem nomine contractus, *Bald. in l. 1. ff. de præscr. verb. & in factum action.*

Actio itaque præscriptis verbis, sive in factum, datur loco cujuslibet interdicti, ut *in §. fin. instit. de interdictis.*

Item datur ex omnibus pactis nudis in continenti appositis, juxta contractum, *l. petere, & l. bonæ fidei C. de pactis.*

Et datur in multis casibus, quos numerare laboriosum esset, ut dicit *Ioan. Crispus de montibus in tract. de action. num. 158.*

Et datur, quando solvens non repetit solutum, sed instat, ut recipiens adimpleat ex parte sua, ut

in

in fot. tit. ff. de prascrip. verb.

21 *Decimaquinta. De actione æstimatoria.*

Actio de æstimato est, quando res æstimata vendendo traditur, ut vendens reddat Domino pretium, vel rem, verum si neutrum reddat, tunc agitur ad recuperandum rem, vel æstimationem, actione præscriptis verbis æstimatoria.

Hæc actio tollit dubitationem, utrum ex vendito, danda sit actio propter æstimationem.

An ex locato, quasi rem vendendam locasse videtur.

An ex conducto, quando operam conduxissem.

An mandati, quia mandato meo hoc fecit.

22 Quoties enim de nomine contractus dubitatur, datur actio præscriptis verbis æstimatoria.

23 Et æstimatio facit, ut si res pereat, sive culpa, sive casu; periculum erit ejus, qui suscepit onus vendendi, & restituendi, vel rem, vel æstimationem, *l.1.§.æstimatio ff.de æstimat.action.*

24 *Decimasexta. De actione ex permutatione.*

Actio hæc competit, ubi facta conventione de permutando, unus dedit rem, & sic contractum ex parte sua complevit, & contra alterum non implentem datur actio præscriptis verbis ex permutatione ad eam rem sibi promissam in excambium tradendum, vel saltem sibi restituendum rem, quam dederat, *l. 1. ff.de rerum permutatione.*

25 Permutatio enim est contractus innominatus, ideo producit actionem præscriptis verbis, & condictionem; idest repetitionem rei datæ, quia solo consensu non perficitur dictus contractus.

Quod secus est in contractibus nominatis.

26 *Decimaseptima. De hæreditatis petitione.*

Petitio hæreditatis, an sit actio mere realis, an in
27 rem scripta magna est varietas inter Doctores, sed vera, & magis communis conclusio est, quod sit mere realis, & ratio est, quia

Petitio hæreditatis est Jus universale, in quo possunt esse reales, & personales præstationes, tamen omnia ista faciunt unum corpus, & sic unum jus universale, quod appellatur hæreditas, *l.nihil ff.de verb. sign.*

Et hæreditas respectu juris universalis est quid incorporale, ut *Instit. de rebus corporalibus, & incorporalibus.*

Unde is, qui intentat judicium petitionis hæreditatis, dicit se habere jus in illo jure universali; & merito dicitur actio realis, quia datur ad rem, licet incorporalem contra quemcumque possessorem illius hæreditatis, & quamquam veniant præstationes personales, in ea tamen veniunt accessoriæ tanquam inclusæ in corpore universali; & esset inconveniens, quod actio sumeret denominationem a suo accessorio; & hoc expresse probatur ex *d. §.petitio*, ubi dicitur, quod petitio hæreditatis, licet sit in rem, & sic præsupponit esse principale, habet tamen quasdam personales præstationes, scilicet ea, quæ a debitoribus sunt exacta. Ex quibus verbis patet, quod veniunt accessoriæ in consequentiam.

Et habemus *Tex. clarum in l.si autem §. sed is ff.de reivindicat.* ubi Jureconsul. æquiparat rei vindicationem, & petitionem hæreditatis, & dicit utramque esse in rem.

Hæc sunt verba propria *Roberti Maranta antiqui, & eximii Practici in par.4.dist.3.num.63.*

28 Petitio hæreditatis competit hæredi, qui animo, vel verbis adivit hæreditatem; contra quemcumque possidentem pro hærede, vel pro possessore, *l.regulariter ff.de petition. hæredit.*

In petitione hæreditatis non est necesse probare dominium Auctoris, scilicet defuncti, sed sufficit probare rem fuisse in bonis defuncti, per *Tex.in l.& non tantum ff.de petit.hæreditatis*, & per *Bart.& Doctores in l.hæreditas C.de petitione hæred.*

Vide alia, quæ dixi cum formulis in 1. tom. meæ praxis tit.de præambulis.

C A P. V.

De exceptione in genere.

S U M M A R I U M.

Actiones sunt arma Actoris. Exceptiones sunt arma Reorum, num.1.

Actionum, & exceptionum infinitus est numerus, num.2.

Exceptio est actionis exclusio, sed secund.Episcop.Verde est quoad se, & quoad modum agendi refractio, num.3.

Exceptionum quatuor genera sunt. Primum mere dilatoria. Secundum mere peremptoria. Tertium Anomala, sive Anormala, aut mixta. Quartum modificativa, num.4.

Dilatoriæ dicuntur a dilatando, quæ ad dilatandum judiciorum opponuntur ante terminum, vel incontinenti post terminum, vel contra Judicem, vel contra Actorem, vel contra libellum, num.5.

Peremptoriæ dicuntur a perimendo, quæ jus Agentis perimunt, idest occidunt, ut exceptio solutionis, & similes, per quas perimitur, sive tollitur actio, num.6.

Anomala, sive Anormala nomen græcum est, dictum ab A, idest sine, & a Norma, idest regula, scilicet sine regula, idest irregulares, & mixtæ dicuntur, quia participant de dilatoriis, & peremptoriis, num.7.

Mixta, sive Anomala exemplificatur, quando dubitatur, an sit perpetua, an temporalis; ut est exceptio, ne quis tenatur ultra quam facere potest, quæ perpetua est, si ad pinguiorem fortunam non venerit; sed est Temporalis, si venerit, num.8.

Modificativæ a modificando dicuntur, & sunt quæ sententiæ executionem modificant, firma remanente sententia, ut est discussio inventarii, retentio pro meliorationibus, & similes, num.9.

Dilatoriæ dividuntur in quatuor species. Prima respicit jurisdictionem fori, vel personam Judicis. Secunda respicit personam litigantium. Tertia respicit libellum sive merita caussæ. Quarta respicit processum, non autem merita caussæ, ut exceptio brevitatis termini, declaratio circa usum, & similium, quæ exceptiones emergentes appellantur, num.10.

Dilatoria primæ speciei, secundæ, tertiæ, & quartæ narrantur, num.11.

Peremptoriæ, mixtæ, & modificativæ narrantur, num.12.

1 Explanata Praxi actionum, quæ sunt arma actoris; dum actor debet venire munitus cum armis suis ad bellum judiciale; consecutive explananda venit Praxis exceptionum, quæ sunt in defensionem reorum adversus actiones Actoris.

2 Et quia infinitus est numerus exceptionum, sicuti infinitus est numerus actionum, ut advertit *Muse. p.4.glos.& similia n.3.ex Aretin.in rub.de excep.n.2.*

Ideo impossibile est omnes actiones, & omnes exceptiones memorare; sed eas tantum, quæ sufficiant ad facilitandam praxim, & quæ magis sunt practicabiles, ad quarum similitudinem possit quisque Practicus alias per se cognoscere.

3 Exceptio nihil aliud est, quam actionis exclusio, secundum *Maranta p.5.membr.9.num.1.*

Sic exceptio solutionis non supponit actionem, nam facta solutione tollitur debitum, & actio debiti petendi.

Hæc tamen Definitio non placuit Episc. Verde, ea ratione, quia actio non semper tollitur per exceptionem, nam aliquando modus actionis retunditur tantum. Sic exceptio incompetentiæ fori non tollit actionem, nec excludit Actorem, quia non dicit se

non

non teneri solvere, sed tantum impedit executionem actionis coram illo Judice incompetenti, ideo definiri potest, quod

Exceptio est quoad se, vel quoad modum agendi refractio, Ita *Verde lib. 4. instit. num.* 383. *per text. in l. 2. §. pen. ff. de except.*

4 Exceptionum, quibus Reus se defendit, quatuor genera sunt, videlicet mere dilatoriæ, mere peremptoriæ, & anormalæ, seu mixtæ, & modificativæ, *Motil. de prad. citat. num.* 18.

5 Exceptiones mere dilatoriæ dicuntur a dilatando; sunt enim, quæ opponuntur ad dilatandum, seu differendum Judicium, quasi per eas non impugnatur directe actio agentis, sive non negatur justitia actoris, sed veluti quodam diverticulo impeditur in tempus cursus judicii, & sunt opponendæ ante terminum, vel incontinenti post terminum, & sunt, quæ excludunt unum ex tribus personis a judicio, sine quo non subsistit; scilicet Judicis, Actoris, & rei: ut Judicis incompetentiæ, legitimationis personæ, &c. vel excludunt libellum, ut exceptio obscuritatis, vel ineptitudinis libelli, exhibitionis scripturarum.

6 Peremptoriæ dicuntur a perimendo; nam sunt illæ, quæ in totum perimunt jus agentis, idest occidunt, & similes, per quas perimitur, sive tollitur actio, sive jus agendi, ut est exceptio solutionis, jurisjurandi, rei judicatæ. &c.

7 Anomalæ, seu Anoimalæ dicuntur ex Græcis ab *A*, idest *sine*, & *norma*, idest *Regula*, quasi absque regula, sive irregulares, & mixtæ dicuntur, quia participant ex dilatoriis, & peremptoriis; Et sunt illæ, de quibus dubitatur, an sint perpetuæ, an temporales.

8 Perpetua namque habet vim peremptoriæ. Temporalis habet vim dilatoriæ, ut est exceptio, ne quis teneatur ultra id, quod facere potest: quæ est perpetua, si numquam devenerit ad pinguiorem fortunam; est temporalis, si devenerit, ut docet *Verde lib. 4. inst. num.* 1303.

9 Modificativæ a modificando dictæ sunt, quæ contra sententiam opponuntur, & illam non in totum enervant, sed sententiæ executionem moderant, & modificant, ideo modificativæ dicuntur, *Motill. de integrum restitut. num.* 26. ut exceptio retentionis pro meliorationibus, discussionis inventarii.

10 Dilatoriæ exceptiones dilatant, donec legitimantur personæ, & libellus, sive actio libellandi patefiat; quæ dividuntur in quatuor species.

Prima respicit jurisdictionem fori, vel personam Judicis, ut declinatoria fori, aut recusatoria Judicis personæ.

Secunda respicit personam litigantium, scilicet tam actoris, quam rei, ut est legitimatio personæ tam principalis, quam procuratoris.

Tertia respicit libellum, seu ipsam causam, sive merita causæ, ut quod libellus sit obscurus, vel ineptus, aut exceptio pacti temporalis de non petendo, aut exceptio ante diem agis, *Carlev. lib. 1. tit. 2. disput. 5. num.* 10.

Quarta respicit processum, non merita causæ, ut exceptio de brevitate termini, exceptio declarationis circa usum, & similia, quæ exceptiones emergentes appellantur; quia procedendo in processu emergunt, idest foras exeunt, quæ prius mersæ, & acclusæ sub aquis in mari magno emergunt, & apparent.

De exceptionibus in Genere.

11 Primæ speciei dilatoriæ, quæ respiciunt jurisdictionem, seu personam Judicis, sunt, videlicet.

Judicis declinatio.

Judicis incompetentia circa jurisdictionem.

Judicis recusatio circa personam; quod tribus modis contingit, vel ratione inhabilitatis, vel ex defectu commissionis, vel ratione suspicionis.

Litis pendentia.

Ne causæ continentia dividatur.

Quæstio Commissarii.

Secundæ, quæ respiciunt personas litigantium, sunt, v3.

Legitimatio personæ tam actoris, quam rei, & Procuratoris.

Declaratio si est hæres, & si bona possidet, & de aliis interrogatoriis, aut declarationibus inter actorem, & reum.

Quod minor agit sine Curatore, vel

Quod tutor non adimplevit solemnia.

Quod filius agit sine consensu patris; Monachus sine consensu Superioris, uxor sine consensu viri,

Quod sit infamis, criminosus, exul, banditus, perpetuo carceri mancipatus, ad triremes damnatus, deportatus, excommunicatus.

Exceptio veniæ non petitæ.

Exceptio spolii.

Exceptio falsi Procuratoris, vel mandati, vide *in Anomalis*.

Quod Procurator sit minor, mulier, monachus, miles, in sacris constitutus, vel beneficiatus, item quod fuit Judex in eadem causa, vel

Quod non possit agi sine mandato, aut cum mandato minus sufficienti.

Tertiæ, quæ respiciunt libellum, sive ipsam causam; sunt videlicet.

Exceptio, ut detur copia dicti libelli.

Exhibitionis scripturarum.

Exceptio obscuritatis, vel ineptitudinis libelli.

Pactum temporale de non petendo.

Exceptio, quod ante diem agis.

Carentiæ, & incompetentiæ actionis, notoriique defectus juris agendi.

Exceptio tua non interest.

Exceptio de Jure tertii.

Exceptio intentionis, & facti.

Exceptio cautionis expensarum.

Exceptio reconventionis.

Exceptio feriarum.

Laudatio in Auctorem.

Nominatio in Dominum.

Exceptio de judicio sisti, & judicatum solvendo.

Quartæ sunt, & aliæ exceptiones dilatoriæ emergentes, quæ respiciunt processum, non merita causæ, videlicet.

Exceptio brevis termini, sive dilationis,

An testes sint recipiendi, vel ne,

Declaratio circa usum,

De tertio veniente ad causam.

12 *Peremptoriæ sunt, videlicet.*

Exceptio solutionis.

Compensationis.

Transactionis.

Acceptilationis.

Novæ conventionis.

Rei judicatæ.

Renunciationis litis.

Jurisjurandi, vel perjurii.

Non numeratæ pecuniæ, & rei non traditæ;

Adulterii.

Exceptio præscriptionis.

Exceptio, quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

Mixtæ, seu Anomalæ sunt, videlicet.

Exceptio excommunicationis, vel Apostaliæ.

Ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest, ut.

Exceptio ne egeat.

Exceptio instantiæ peremptæ.

Exceptio modificativæ sunt, videlicet.

Exceptio, quod cum eo, qui in aliena potestate est; ut Except. Senat. Consf. Maced. & Senat. Consf. Vellejan.

Exceptio Meliorationis.

Di-

Discussionis inventarii.
Discussionis principalis.
Discussionis rei specialiter obligatæ.
Novæ conventionis.
Executionis in bonis alienis.
Cedendarum actionum.
Rei non traditæ, & non numeratæ pecuniæ.

C A P. VI.

De fori declinatoria.

Hic incipiunt exceptiones merè declinatoriæ; primæ speciei.

S U M M A R I U M.

Declinatoria fori est coram citante Judice, comparendi recusatio, & dicitur a verbo declinare, idest discostare, num.1.

Declinatur forus primo respectu Judicis circa jurisdictionem, & circa personam, num.2.

Declinatur forus respectu actoris, qui trahit, & non trahitur, num.3.

Declinatur respectu rei.

Declinatur forus respectu caussæ, quæ trahit, & non trahitur, num.4.

Declinatur respectu loci, num.5.

Declinatoria fori quid differt ab incompetentia, a recusatione, & a privilegio variationis fori, num.6.

Declinatoria circa jurisdictionem est opponenda ante suspicionem Judicis, alias censetur jurisdictio prorogata, & Iudex statim debet expresse reiicere, vel expresse admittere, alias acta sequentia sunt nulla, & assignatur ratio, num.7.

Appellatio suspendit interlocutoriam, in declinatoria, secus in aliis interlocutoriis, quæ non suspenduntur, nisi a superiore fuerit inhibitum, num.8.

Cautela Procuratoris, ut protestetur in quolibet actu non animo consentiendi in Iudicem, num.9.

Cautela Iudicis, ut admittat declinatoriam etiam non oppositam, quando jurisdictio non est sua, num.10.

Septem Pragmaticæ circa declinatoriam, declarantur, num.11.

Prima, ut nemo in jurisdictionem alterius se intromittat.

Secunda, ut nemo pro privatis caussis extra incolatum trahatur.

Tertia, ut non trahatur, nisi ex privilegio actoris, vel caussæ, vel rerum, & qualitas privilegii exprimatur.

Et Neapoli infra summam ducatorum 60. in M.C.V. non in S.C. tractentur. ,, *ubi adducitur quid sit statutum* ,, *ex nov. Constit.*

Quarta; Tribunalia Neapolitana ad instantiam exteriorum non citent extra Neapolim, nisi ex privilegio fori sub pœna.

Quinta, Confirmatur Prag.8. de citationibus, ut servetur tam in M.C. quam in S.C. ne citationes fiant ad instantiam exterorum extra Neapolim sub pœna.

Sexta mandat, ne Regia Audientia se intromittant in caussis primæ instantiæ, nec molestent Curias inferiores, ut faciant relationes de delictis, nisi in casu gravaminis.

Possunt dumtaxat mandare, ut certiorent de furtis, & fractione stratarum, armationis per Campaneam, & aliis delictis, ut de inventione thesauri, læsæ Majestatis, & similibus Regiis delictis.

Septima Pragmat. mandat quomodo, & in quibus caussis fieri debeant inhibitoria a S. C. ad M.C.V. ,, *Ubi* ,, *vide quid observandum ex nov. Constit.*

Prima regula, & cautela repetitur, ut primo opponatur declinatoria, & in quolibet actu repetatur, non habere animum consentiendi in judicem, num.12.

Secunda regula, quod declinatoria opponi non potest post contestationem, qua facta, censetur renunciata declinatoria, & censetur prorogata jurisdictio, num.13.

Declinatoria an allegari possit post primam contumaciam, num.14.

Tertia regula, quod ille potest foro renunciare, qui potest jurisdictionem prorogare, unde Clericus, Fiscus, miles, & similes exempti non possunt foro renunciare, num.15.

Vassallus etiam Burgensis in præjudicium sui renunciare potest, sed non in præjudicium Baronis, num.16.

Quarta regula, quod Syndicus, procurator, & similes, qui alienam personam repræsentant, foro renunciare non possunt in præjudicium Principalis, num.17.

IN præcedenti cap. 5. audisti benigne lector Praxim de action. in genere, & omnes exceptiones de mundo in quatuor genera esse distinctas, & quod primum genus exceptionum sit genus dilatoriarum, & quod dilatoriarum genus dividimus in quatuor species differentes, & prima species illarum est exceptio declinatoria, ideo consecutive in primo loco de declinatoria tractandum erit hoc 6. capite.

1 Declinatio fori est coram citante Judice comparendi recusatio, *Iodoc. in prax. civil. cap.* 123. *num.* 8.

Dicitur a verbo declinare, idest scostare, ut *Calep.* docet, quia declinat ab uno Judice ad alium.

Declinatur forus variis respectibus.

Primo respectu Judicis.

Secundo respectu Actoris.

Tertio respectu rei conventi.

Quarto respectu caussæ, quæ trahit, & non trahitur.

Quinto respectu loci.

2 Respectu Judicis duobus contingit, vel circa jurisdictionem, vel circa personam Judicis.

Circa jurisdictionem, quando forus est prorogabilis, si non dissentiat citatus.

Item quando forus non est prorogabilis, sive consentiat, sive non citatus, quia est omnino incompetens, & jurisdictionem non habet supra citatum.

Circa personam, quando non forus, sed ipse Judex recusatur ex caussa alicujus inhabilitationis, vel ex defectu commissionis, vel ratione suspectionis.

Respectu Actoris.

3 Declinatur forus, quando Actor habet privilegium trahendi alios ad forum suum,

Ut civis Neapolitanus; Locatus Dohanæ, Capuani.

Personæ, quæ gaudent privilegio *elect. fori &c.*

De quibus in hac secunda parte dico cap. 28. 29. 30. 31. & seqq.

Respectu rei.

Ut vivens de arte maris.

Descriptus in matricula alicujus artis, nempe serici, lanæ &c.

Doctor Collegii.

In Triremibus degens.

De quibus *Carleval.* ubi vide.

4 *Respectu caussæ, quæ trahit, & non trahitur.*

Caussæ syndicatus.

Delictum Officialium.

De quibus dixi in mea additione *ad Carrabbam in praxi syndicatus,* ubi vide.

Caussæ bajularis damni dati.

De quibus dixi in secundo Tomo meæ Praxis, ubi te remitto.

Caussæ piæ Reverendæ Fabricæ.

De quibus dico in Praxi Rev. Fabricæ.

Caussæ literarum cambii.

De quibus dixi in secundo Tomo meæ Praxis.

Caussæ executivæ in Regno, de quibus est *prag.* 83. *de offic. S. R. C.* edita anno 1625. die 1. Decembris, de qua mentionem facimus in hoc *cap. n.* 11. *in fin.*

Caussæ

Caussæ annonæ, de quibus vide *Carleval.*

Caussæ portulaniæ, de quibus late dixi ego ipse in praxi Universitatis in mea additione ad *Cervellin.*

Caussæ concursus Creditorum.

Caussæ hæreditatis, & Patrimonii deducti; te remitto ad ea, quæ dico *in cap.37.& 38. in hac 2. parte 3. tom.*

Caussæ preventæ coram uno Judice; te remitto ad secundum Tom. meæ Praxis.

Caussæ pendentiæ litis, ne continentia caussæ dividatur, vide in hac secunda parte, *cap.24.*

Caussæ inter conjunctos, vide in 1. part. hujus Tomi *cap.48.& seqq.*

Caussæ feudales, ubi est interesse Fisci, spectant ad Regiam Cam. Summ. *pragm.20. de offic. proc. Cæsar. & pragm.62.& 65. & 75.* & in quibus non est interesse Fisci, procedit Sacrum Consilium.

Caussæ conservatoriales contra violentias ex *cap. Regni*, de quibus ego dixi *in 2. Tom. mea prax.*

Caussæ reconventionis, de quibus vide, quæ dico in hac *2. parte cap.53.*

Respectu loci.

5 Ut ratione loci originis.

Vel domicilii.

Vel rei sitæ.

Vel contractus, sive destinatæ solutionis.

Vel ratione delicti.

Vel ratione inimicitiæ, quod non sit tutus.

6 Declinatoria fori differt ab

Exceptione incompetentiæ; ab

Exceptione recusationis, & a privilegio variationis, & electionis fori.

Hoc attente tuæ menti pone, dum aliqui confuse locuti sunt.

Primo declinatoria competit, quando Judex citans habet jurisdictionem supra Reum, sed declinabilem, & prorogabilem, *l. si fideicommissum* 10. *C. de judiciis.*

Secundo incompetentia est, cum nulla prorsus in Judice consideratur jurisdictio supra citatum, ut est Clericus citatus a Judice laico, *cap. si diligenti de foro compet.*

Vel quando citatur a Judice, qui superior non est, nullamque jurisdictionem habet supra citatum, nec ratione Originis, nec Domicilii, nec contractus, nec rei sitæ, nec delicti, nec aliter, *leg. hæres absens ff. de judic.*

Tertio Recusationis exceptio competit, quando non declinatur Jurisdictio illius fori, sed persona Judicis recusatur, *l. apertissimi C. de judiciis, & tot. tit. pragm. de suspicione.*

Quarto Electio, seu variatio fori est privilegium concessum miserabilibus, per *tex. in l. un. C. quando Imperator.*

Sunt itaque quatuor termini diversi, & distincte tractandi, tanquam quatuor species contentæ sub genere dilatoriæ, largo modo sumptæ.

Nam declinatoriæ exceptio respectu exceptionis dilatoriæ habetur, uti species contentæ sub genere dilatoriarum, cum inter dilatorias, & sub genere dilatoriarum numeretur.

Sed alio respectu habenda est, ut genus continens sub se quatuor species declinandi, quarum duæ, scil.

Prima, & secunda declinant, sive recusant jurisdictionem.

Aliæ duæ, scilicet tertia, & quarta recusant personam Judicis.

7 Et quia declinatoria circa jurisdictionem, primum locum obtinet inter omnes exceptiones mundi, dum ante omnes alias est opponenda, etiam ante suspicionem Judicis.

Nam si recusatur Judex uti suspectus, vel ex alia caussa inhabilitatis, induceretur cōsensus quoad forū illius, sed solum recusatur, ut mutetur persona Judicis.

Ita pariter si opponerentur aliæ dilatoriæ, omissa exceptione declinatoria, censetur prorogata, idest ampliata jurisdictio illius Judicis ex implicito consensu citati. *Carl. lib.1. tit.2. disp.5. num.7.*

Verum si simul, & semel opponantur dilatoria, & declinatoria, intelligitur semper prius opposita declinatoria, & successive, & gradatim opposita dilatoria, licet in ordine scripturæ primo fuerit proposita dilatoria, *Sanfel. in prax. sect.4. num.3 per l.2. §. penult. ff. de vulg. & pupill.* post *Bart.* & alios.

Et ratio est, quia veritas potius, quam scriptura perspici debet *l.1. C. plus valere quod agitur.*

Ideo antequam de aliis exceptionibus tractemus, in primis, & ante alias de hac declinatoria conveniens est tractare.

Citatus itaque omissis omnibus aliis exceptionibus statim, & in primis opponere debet exceptionem declinatoriam.

Et Judex civiliter statim interloqui debet per decretum, aut expresse reiiciendo, vel expresse admittendo dictam exceptionem: nec sufficit tacita pronunciatio, nec est differenda in fine litis.

Judex enim licet procedendo ad ulteriora, videtur reiicere alias exceptiones, tamen id locum non habet in declinatoria, vel recusatoria Judicis, quæ respicit defectum jurisdictionis, quæ saltem per verba generalia decidi debet, vz. *oppositis non obstantibus procedatur, Carl. lib.1. tit.2. disp.5. num.8. & 9. Gallup. p.2. cap.5. num.7.*

Rejecto *Verde ad Gallup.* ubi supra *nu.*100. dicente ex *Roman. cons.*220. quod Judex procedendo ad ulteriora, censetur reiicere dilatorias, & processus subsistit, & quod non appellando censetur consentire.

Et ratio est, quia potestas Judicis declinati revocatur in dubium, & ligatæ sunt manus Judicis pendente discussione, adeo quod si illa indecisa ulterius procedatur, erit nullitas, *Mastril. dec.127. num.30. Bald. cons.275. n.1. vol.5. Bellon. dec.167. n.2. & 3. Carl. lib.1. tit.2. disp.5. nu.6. Gallup. par.2. cap.6.*

8 Et si a tali interlocutoria appelletur, per appellationem impeditur processus ad ulteriora, *Viscont. in concl. verb. appellari potest. Gallup. par.2. cap.6. n.6.*

Secus in aliis interlocutoriis, quæ per appellationem non impediuntur, nisi a Judice ad quem fuerit inhibitum.

9 Cautus Procurator pro suo Cliente, debet in quolibet actu repetere protestationem, quod nolit consentire in Judicem, alias censetur recessisse ab exceptione declinatoria opposita, & voluisse consentire in Judicem, *Verd. ad Gallup. p.2. cap 7. n.100. Rot. dec. 91. n.21. par.6. rec. Marches. de commiss. suspect. Jud. par.2. n.46. idem Verde l.4. instit. num.*1409.

Quia protestatio conservat jus protestantis, & tollitur omnis quæstio Doctorum dissidentium super hoc, & ita intelligendus est *Text. in cap. ex parte il 2. extra de appellat. Innoc. & Bart.* relati a *Staib. in resol.* 124. *num.*1. dicente, quod per processum ad ulteriora censetur rejecta exceptio declinatoria, & exceptio compromissi, ut se melius explicando declarat *in observat. ibidem num.*1. quando consecutive fiunt alia acta sine protestatione.

10 Et quando notorium est jurisdictionem non competere, debet ex officio admitti, etiam si dicta exceptio non sit allegata, *Gallup. p.2. cap.6. num.6.*

11 Hic est advertendum, quod in hoc nostro Regno Neap. septem Prag. circa hoc fuerunt promulgatæ.

Prima est pragmatica Regis Ferdinandi de anno 1447. quæ est *prima de jurisdictionibus non turbandis*, per quam mandatur, ut nullus Officialis jurisdictionis alterius absque speciali commissione Regis se intromittat; & si ex errore se intromiserit, statim cum fuerit requisitus, debeat desistere, & ad Judicem ad quem spectat remittere sub pœna unc. aur. 25.

Se-

Secunda pragmatica promulgata fuit ab eodem Rege Ferdinando de anno 1488. 1. *Januarii*, quæ est *secunda in tit. ubi de de [illegible] quis conveniri debeat*, per quam mandatur, ut pro primis caussis extra [illegible] nemo trahatur, immo citatus non teneatur comparere, sed ad suum Judicem ordinarium debeat remitti.

Tertia pragmatica, quæ fuit edita tempore *D. Parafan Ducis Alcalæ*, & est *tertia in tit. de offic. S.R.C.* per quam in §.3. confirmatur *d. Pragm.* data *Puteolis de anno* 148[illegible] mandatur, ut nemo trahatur extra incolatum, nisi ex privilegio Actoris, vel caussæ, vel rerum, & qualitas privilegii exprimatur, & quod

In hac Civitate Neap. caussæ infra summam ducatorum 60. tractentur in M. C. V. & non in Sac. Reg. Cons.

Ad rem *nov. perlege Constitut. §. III. Pro S.R.C. num. 6.* ubi inter alia disponitur, quod in S.R.C. committi nequeant causæ infra summam ducatorum quadringentum, sub pœna Magistris actorum ducatorum viginti, si supplicationibus d[illegible] retationem fecerint; quo casu statim causæ ipsius Commissarius eamdem remittere teneatur M.C.V. Constit. verba clara sunt. *Anzi che non si possano in de 10 S.R.C. commettere cause, le quali non eccedano la somma di ducati quattrocento; e commettendo si debba il Mastrodatti, che averà decretato la supplica, incorrere nella pena di ducati venti, e sia tenuto il Consigliero Commessario subito quella rimettere all'ill. G. C. della Vicaria.* Hinc introductum est, quod Magistri actorum, ut pœnam evitent, si ex lectura ipsius supplicationis non pateat, quod res, quæ in judicio deducitur, necessario excedere debeat valorem dictorum ducatorum quatuorcentum, non admittunt supplicationes, nisi hoc expresse explicetur; scilicet illam valere, aut summam prædictam, aut longe pluris.

Quarta pragmatica, quam ad supplicationem hujus fidelissimæ Civitatis Neap. Baronum, & Regni edidit *Comes Beneventi sub die 13 Maii 1605.* & est *octava de citat.* decernit, ne fiant citationes super nova petitione ex privilegio fori sub pœna nullitatis actus, & unc. aur. 25. in casu, quo privilegium assertum non sit verum.

Quinta pragmat. per Comitem de Monteregio sub die 21. Januarii 1632. quæ *prag. est 61. de Offic. S.R.C.* per quam *in §.6.* fuit confirmata dicta *pragm. 8. de citat.*, mandat, ut ea servetur tam in M.C.V. quam in S. R. C. sub pœna suspensionis per triennium contra Magistros Actorum, & nullitatis actorum.

Sexta pragmat., licet in ordine temporis est *quinta*, quia fuit edita *anno 1616. per Comitem de Lemos*, & est *decima de offic. Judicum*, vulgò nuncupati delli 89. capi, per quam *in §.28.* mandatur, ne Regia Audientiæ se intromittant in caussis primæ instantiæ, nec molestent Curias Baronales, aut Regias, ut faciant relationes de delictis quantumvis gravibus, nisi in casu gravaminis, & possint dumtaxat mandari, ut certiorent de delictis, quæ committuntur per campaneam, de furtis, & fractione stratarum, armationis per campaneam, & aliis Reg. delicti, ut de Inventione Thesauri, læsæ majestatis, &c. juxta *constit. Regni statuimus, ut in appstil. dict. §.* & late *Capibl. to. 2. c. 49.* & videatur insignis, & F[illegible] leus nostræ ætatis Juris prudens *D. Alt. in rub. 9. q. 10. n. 105. & seq. & n. 109.* ubi dicit, quod per *pragm. 21. §.5. de exul.* mandatur, ut officiales Baronis teneantur capere informationem contra receptantes bannitos, & illam transmittere in M. C.V. & Reg. Aud. quia pœna contra receptantes spectat ad Reg. Fiscum, & non ad Baronem, & ideo numeratur inter delicta Regia, non Baronalia, & sic de aliis similibus.

Septima Pragmatica de anno 1625. die 1. Decembris, quæ est 83. *de off. S. R. C.* est decretum generale Sacri Regii Consilii, ubi statuitur, quod actuarii, & Scribæ S.R.C. in sententiis appellationum confirmantibus decretum M.C.V. absque novis probationibus, clausulam ponant, vz. *Et proinde rescribatur dictæ M.C. quod suum exequatur decretum.*

At Commissarii generales in memorialibus Suæ Exc. datis, quod provideat de novo Commissario, non expediant inhibitoriales, quod stante generali commissione in S.C. ipsa M. C. non procedat in caussis inceptis ante commissionem, nisi dictæ commissiones sint cum potestate avocandi causas.

Et similiter Commissarii generales alicujus artis non expediant inhibitoriales M.C. nisi in caussis tangentibus exercitium dictæ artis, & non aliter.

Verum si conventus in M. C. habuerit Commissarium generalem in S. C., debeat illum allegare ante litis contestationem, vel post immediate, alias procedatur in dicta M.C. & inhibitoriales non expediantur in [illegible]s.

N[illegible] in criminalibus.

Nec in caussis liquidationis instrumentorum.

Nec in executionis obligationum.

Apocarum Banci.

Executorialium vigore consuetudinis.

Litterarum cambii.

Pacti executivi, & confessionis præambulorum.

Nisi super eis adsit pendentia litis in dicto Sac. R. C.

Sub pœna Mag[illegible] actorum, & Scribis suspensionis ab officio per annum.

Jure igitur ut jam alibi [illegible] ximus, usus modo inolevit, etiam secundum *nov. Constit. cit. §. III. num. 6.* quod in omnibus supplicationibus commissionis caussarum apponatur clausula: *dummodo tamen causa non fuerit cœpta in M. C. V.* vigore cujus, etiam si fiat inhibitio, causæ in M.C.V. jam introductæ non avocantur.

At plura hoc loco ex *nov. Constit.* sponte se offerunt indicanda, quæ si neglexerimus ab instituto nostro deficere videremur. Primo habetur *num. 11. & 12. §.3.* quod in caussis deductionis Patrimonii, nec Salvaguardiæ, nec inhibitoriæ Curiis inferioribus expediri possint, nisi primo sequutum fuerit sequestrum omnium bonorum penes tutum tertium, & datus Curator debitori auditis omnibus creditoribus. Rursus, quod hæreditatis commissio nil aliud contineat, nisi cognitionem totius, aut partis hæreditatis; judicia autem particularia tam activa, quam passiva circa hæreditaria bona a Judicibus, coram quibus fuerunt jam introducta, vel postea introducentur cognosci, & terminari debeant. XI. *Per dar l'opportuno riparo alle fraudolenti deduzioni de' Patrimonj*, sunt Constitutionis verba, *che si fanno da' debitori unicamente per farsi spedire le salvaguardie, ed in tal maniera burlarsi de' loro creditori; ordiniamo per tanto, che deducendosi Patrimonj nel S.R.C. o a dirittura da i debitori, o ad istanza de' loro creditori, non si possano spedir salvaguardie, o inibitorie alle Corti inferiori, se non solamente nel caso, che siasi prima ordinato, ed eseguito il sequestro di tutt'i beni del debitore penes tutum tertium, e che si sia dato il curatore al debitore, intesi tutt'i creditori.*

XII. *Come parimente vogliamo, che la commessa dell'eredità non porti altro con seco, se non che solamente la cognizione della pertinenza di tutto, o di quota dell'eredità universale; e che all'incontro i giudizj particolari così attivi, come passivi intorno a' beni ereditarj si debbano conoscere da quei Giudici avanti de' quali si trovano introdotti, o s'introdurranno.*

Secundo decernitur, quod in caussis alimentorum infra summam ducatorum duodecim, necnon in caussis, in quibus agitur de domorum pensionibus, de obligationibus penes acta, apocis bancalibus verificatis, & liquidatione instrumentorum via ritus

haud possit fieri inhibitio sub poena ducatorum duodecim a Scribis, Actuariis, aut Actorum Magistris solvenda, toties, quoties tales inhibitiones facere contigent; ut expresse §.V.num.2.legitur, ibi: II. Inoltre che non si possano spedire inibizioni in dette cause di alimenti infra la somma di ducati dodici, di pigione di casa, obbliganze penes acta, polise bancali verificate, liquidazione d'istromenti via Ritus, sotto pena di ducati dodici a' Scrivani, Attuarj, e Mastrodatti, che le spediscano, da eseguirsi irremissibilmente tante volte, quante contraverranno. At respectu instrumentorum liquidationis additur ibid. num. IV. quod nullo modo possit a quocumque Tribunali M. C.V. inhiberi, & casu, quo inhibeatur, debeat nihilominus judicium prosequi; dummodo tamen debitoris Patrimonium ad instantiam creditorum non reperiatur jam in S.C. deductum, & in eo datus curator; quæ circumstantia in decreto inhibitionis est explicanda prævia fide Scribæ causæ dicti Patrimonii; & hoc ratione in ipsa Constit.cit. loco adducta, prout patet ex ipsius verbis, quæ sequuntur. IV. A riguardo delle liquidazioni degl'istrumenti, rinovando il disposto della Prammatica 8. de Instrum. liquidat., e propriamente al §.5. vogliamo, che non si possa da qualsisia Tribunale inibir la G. C. della Vicaria, qualora si tratti di liquidazione, e che il Mastrodatti delle contumacie debba proseguire avanti il giudizio, come le dette inibitorie fatte non fossero, anche per osservanza della Pram. 82. de offic. S.R.C. Questa disposizione però vogliamo, che non debba aver luogo solamente nel caso, che da' creditori si fosse nel S.C. dedotto il Patrimonio di taluno debitore, nel quale Patrimonio si fosse dato il Curatore; con ispiegarsi però dal Consiglier Commessario tale circostanza, precedente una fede giurata dello Scrivano del S.R.C. affinchè in tal maniera si possa ovviare alle frodi, che sotto tale deduzione di Patrimonio le Parti pensassero di comprendere tutte le altre inibitorie.

Tertio prohibetur Iudicibus M.C.V., ut moris erat, inhibere Curias inferiores in prima instantia, dicendo: Stante causa introducta in M.C. Vic.; sed tunc solummodo dici possit causa introducta, quando fuerit jam pars notificata, eaque in replicatione non petierit causæ remissionem ad Iudicem originis, domicilii, aut ad forum, ubi jam reperiebatur introducta. XIX. Vogliamo, che non possano i Giudici di Vicaria spedire inibizioni alle Corti inferiori nella prima istanza, che si è presentata, con dirsi nel decreto; stante causa introducta in M.C.V., ma che allora si possa dire introdotta la causa, quando sarà prima notificata la parte, e che questa nella replica non abbia domandato la remission della causa al Giudice della sua origine, del suo domicilio, o al foro, in cui sia già introdotta.

Et hic advertere etiam non alienum existimo, quod in eadem Constitutione §.1.num.1.2.& 3. præscribitur, in quibus causis possit appellari a Regiis Audientiis in Tribunalibus hujus Civitatis, & a Curiis inferioribus ad dict. Reg. Audientias, & in quibus causis appellationes concedantur quoad actum devolutivum, & suspensivum, & in quibus ad devolutivum tantum; sic etiam quando possit, vel non decerni, tam a Tribunalibus hujus Civitatis, quam a Regiis Audient., quod acta transmittantur pro recognitione gravaminum, & quomodo tandem sit servandū circa appellationē in causis servitutum. Et quia verba ipsa rem clarius demonstrāt, hic inseruntur, & sunt: I. E primieramente avendo considerato l'inconveniente, che deriva dal ricorrersi ne' Tribunali di questa Capitale tutte le cause indefinitamente in grado di gravame, anche per picciolissime somme, con sospendersi fino alla discussione de gravami medesimi l'esecuzione de' Decreti prima interposti, o 'l proseguimento della lite; tuttocchè colla Prammatica 7. de Officio S. R. C. emanata in tempo dell'Imperador Carlo V. da D. Pietro di Toledo allora Vicerè in questo Regno a' 3. di Aprile del 1540. venisse disposto, che le cause di cento ducati a basso delle Udienze di Calabria, Terra d'Otranto, Bari, Abbruzzi, e Basilicata, e di ducati cinquanta a basso dell'altre Provincie, in caso di gravame, dovessero trattarsi nelle Regie Udienze, ed ivi terminare. Pertanto avendo riguardo alla condizione del tempo presente, stabiliamo, ed ordiniamo, che da oggi avanti non si possa produrre appellazione ne' Tribunali di Napoli dalle Provincie di ambedue le Calabrie, di Terra d'Otranto, Bari, d'ambedue gli Abbruzzi, e Basilicata nelle cause, che non eccedano la somma di ducati 200. e dall'altre Provincie più vicine la somma di ducati 100. e sia in danaro, o in valore di roba, che si è dedotta in giudizio, regolandosi le somme, non già dal solo capitale, o sorte; ma dal capitale, sorte, e terze. E che solamente possa portarsi l'appellazione dalle Corti inferiori nelle Reg. Udienze Provinciali; per lo di cui effetto non si possa da' Tribunali di Napoli ordinare nelle cause di dette somme la trasmissione degli Atti pro recognitione gravaminum ne' Decreti interlocutorj, o in quei, che han forza di diffinitivo; ma si bene dopo che tali cause saranno decise dalla Regia Udienza, si possa produrre l'appellazione in questi Tribunali quoad actum devolutivum, & non suspensivum, con darsi la pleggiaria in dette Regie Udienze in caso di retrattazione, la quale debba correre a carico de' Proprietarj delle Mastrodattie respective. Lo che s'intende per le cause, che di lor natura ammetterebbono appellazione tam quoad actum devolutivū, quam suspensivum; ma per quelle poi, che de jure non ammettono appellazione, se non quoad actum devolutivum tantum per qualunque somma, che sia la causa, restino in piedi le disposizioni delle leggi così comuni, come municipali.

II. In oltre ordiniamo, che dette Regie Udienze nel caso di gravame de' Decreti interlocutorj, e che han forza di diffinitivo interposto dalle Corti inferiori, non possano inibir le medesime pro recognitione gravaminum, senza che si spieghino distintamente, quali siano i gravami. Ed all'incontro le Corti inferiori, non ostante, che siasi interposta l'appellazione de' Decreti interlocutorj, o che han forza di diffinitivo, possano continuare a procedere, sin tanto, che non sarà loro notificata l'inibitoria delle Regie Udienze: eccettuandosi però in tutti detti casi quelle cause, nelle quali vi sia interesse di persone privilegiate, o per legge comune, o municipale, i di cui privilegj s'intendono rimaner fermi, illesi, ed intatti. Volendo ancora, che non sia fatta alcuna innovazione nell'appellazioni, che s'interporranno in vigor de' privilegj di quelle giurisdizioni, le quali tengano prime, seconde, e terze istanze. E finalmente vogliamo, che quanto di sopra vien disposto debba avere il suo effetto, ed osservarsi, ed eseguirsi da' Tribunali, e Giudici, ancorchè dalle parti non si opponesse l'inappellabilità, o pure che le medesime, o tacitamente, o espressamente consentissero nell'appellazione. E ciò vogliamo, che si osservi per ora, fino a tanto, che la sperienza, e 'l tempo ci diano a conoscere, se faccia bisogno d'ulterior provvidenza.

III. Ed a fine di toglier l'inconveniente, che forse potrebbe nascere dal rimettersi ad arbitrio del Giudice il decidersi a chi si debba ricorrere per l'appellazione, o gravame nelle cause di Servitù; Ordiniamo, che in tutte le cause di Servitù di aspetto, prospetto, fasine, aperture, projectus, stillicidii, actus, itineris, & viæ, ed altre simili, che si possono ritrattare, o per lo corso del tempo non si rendono irretrattabili, si debba indistintamente dar l'appellazione quoad actum devolutivum solamente; ma negli altri generi di Servitù quoad actum devolutivum, & suspensivum. A riguardo delle quali cause il Giudice

di

" *di prima istanza dovrà decider la somma, o sia la va-*
" *luta di ciò, che vien controvertito, e quando questa*
" *non ecceda i 200. o 100. ducati, secondo la disposizio-*
" *ne del precedente Capitolo, debba precisamente pro-*
" *dursi l'appellazione all'Udienza Provinciale, senza*
" *esser permesso di produrla ne' Tribunali di Napoli.*
" *Per quanto però tocca alle cause, che oltrepasseranno*
" *le dette somme sia in libertà delle parti gravarsi*
" *dove loro parerà.*

12 Sed tempus est, ut redeamus ad praxim declinandi forum, & pro prima regula posuimus cautelam citati, ut in primis ante omnes alias exceptiones opponat declinatoriam, & in quolibet actu repetat protestationem, quod non animo consentiendi in Judicem, dicit sic, & sic; ne unquam per actus sequentes videatur recessisse a declinatoria, & consensisse in Judicem.

13 Nunc audi secundam regulam; regulariter enim post litem contestatam non potest exceptio declinatoria opponi, & ratio est, quia est exceptio dilatoria, cui per litis contestationem renunciatum censetur, *cap. inter monasterium 20. de re judic. l. praescriptiones ult. C. de praescript.*

Et litis contestatio facta coram alieno Judice prorogat ejus jurisdictionem, & non est locus poenitentiae, *gloss. in l. si convenerit 18. verb. adiretur ff. de jurisd. omn. judic. & ibi Bartol. num. 3. Alber. Fulgos. Paul. Soccin. Alex. Decius per Text.* ibi: *a contrario sensu*, quos citat, & sequitur *Carl. lib. 1. disp. 2. qu. 8. sect. 2. num. 990.*

14 Nec potest allegari post primam contumaciam accusatam, ut decisum refert *Motil. de grad. cit. nu. 30.* quod ampliat, etiamsi sit privilegiatus, idem *Motil. num. 72.*

Ea ratione, quia per primam contumaciam dicitur contestata lis, & ideo non potest peti compromissum, *Sanfel. sect. 36. num. 3.*

Sed dicta ampliatio *Motil.* in personis privilegiatis, non est tuta; quia privilegiati non possunt privilegio renunciare, & possunt uti privilegio, etiam post contestatam litem in qualibet parte Judicii, etiam post conclusum, & post contumaciam, idem *Motil.* ibi in hoc contrarius *in grad. cit. n. 77. Sanfel. loco cit.*

Nisi velimus dicere, quod *Motil.* non sit contrarius, quia intelligit de exemptis exemptione personali; qui suo foro possunt renunciare, secus de exemptis exemptione generaliter concessa coetui.

15 Hinc fit alia conclusio, sive alia regula, quod ille potest foro renunciare, qui potest jurisdictionem prorogare, & qui non potest foro renunciare non potest jurisdictionem prorogare. Unde neque Clerici, neque Fiscus, neque Neap. neque Milites, neque miserabiles personae, neque Religiosi, & similes possunt renunciare suo foro, neque exempti, dummodo dicta exemptio indulgeatur toto alicui ordini, seu coetui personarum, ita ut non sit personalis exemptio. Secus enim esset, ubi privilegium exemptionis concessum esset alicui singulari personae ob ipsius solius favorem, non in favorem eximentis, aut alterius, tunc posset favori suo renunciare. Exemplum est

16 In vassallo etiam Burgensi, qui potest renunciare suo foro, & renunciatio valet in praejudicium ipsius Vassalli, qui non potest opponere declinatoriam contra propriam renunciationem.

Verum non valet dicta renunciatio in praejudicium Baronis, qui potest tam in civilibus, quam in criminalibus in quacumque parte judicii petere remissiones caussarum Vassallorum, & semper Sac. Consil. concedit, ut haec omnia concludit *Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 6. sect. 7. num. 599.*

Immo etiam post factam sententiam, & postquam sententia suum effectum sortita sit, ut si vassallus in exilium, vel ad remigandum condemnatus sententiae paruerit, respectu Baronis res judicata non dicitur, & dum vivit, semper iterum judicari debet, ne per indirectum Baro jurisdictione privetur, & ne sit in facultate litigantium Baronem jurisdictionis exercitio privare, ita late *de Marin. lib. 1. resol. 34. per tot.*

17 Quarta regula, quod nec Syndicus, nec Procurator, nec alii, qui alienam personam repraesentant, foro renunciare possunt, cum in hoc non possunt principali praejudicium inferre, ita *Reg. Tap. de suspic. Offic. lib. 3. pragm. 23. num. 22. Verde in apostill. ad Gallup. par. 2. cap. 5. num. 21.*

Et licet *Novar. in tract. de elect. fori sect. 3. qu. 7.* teneat dictos Privilegiatos posse renunciare privilegio fori;

Contrarium tamen sustinet *Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 6. sect. 7. num. 602. & num. 528.* quem sequitur *Motil. in grad. cit. num. 77.*

Rejectis etiam *Affl. in const. statuimus num. 24. & dec. 185. num. 2. Barbosa in l. 1. art. 4. num. 70. ff. de Judic. Capyc. dec. 13. nu. 10.* & aliis dicentibus, non posse miserabiles opponere exceptionem declinatoriae post contestatam litem, nisi interveniat error, vel alia restitutionis caussa, quia hoc est falsum.

Et etiam in secunda instantia appellationis possunt eligere, & variare forum, *Carlev.* ubi supra indistincte tenet, ibique innumeros citat auctores post *de Franch. dec. 100. num. 20. & decis. 364. num. 2. Muscat. par. 2. glos. compe entes num. 30. Carav. rit. 231. num. 3. & 4. & rit. 233. num. 9.*

Et dum tradidimus regulam, quod qui potest prorogare jurisdictionem, potest suo foro renunciare, consonum est, ut hic sequatur Praxis prorogandi.

C A P. VII.

De Prorogatione jurisdictionis,

S U M M A R I U M.

Prorogare significat extendere, sive ampliare jurisdictionem, accedente consensu citati, num. 1.

Prorogatio, quid, & quotuplex sit? & omnes illius species exemplificantur, num. 2.

Prorogatio requirit consensum prorogantis tacitum, vel expressum, qua conclusio limitatur in prorogatione de loco ad locum, ubi non sufficit tacitus, sed requiritur expressus consensus, num. 3.

Tacitus consensus sufficit per actum extrajudicialem, vel judicialem, per actum positivum, vel negativum, & exemplificantur, & declarantur dicti actus, nu. 4.

Prorogatio per contumaciam quando inducitur, & quando non? num. 5.

Prorogatio per expressum consensum, quando potest revocari, & quando non? num. 6.

Prorogatio necessaria, quae contra invitum habet locum, quae sit? & declaratur, num. 7.

Prorogationis effectus sunt septem, qui omnes septem declarantur, num. 8.

Prorogationis impedimenta, quae sint? num. 9.

Prorogationis forus, si concurrit cum alio foro contractus, rei sitae, &c. quando potest declinari, & quando non, num. 10.

Dictum est in praecedenti cap. 6. de praxi declinandi forum, quae est destructiva prorogationis, ipsius
1 prorogationi contraria, & ex adverso prorogatio fori est destructiva exceptionis declinatoriae ipsius declinatoriae contraria.

Nam facta prorogatione, sive per expressum, sive per tacitum consensum citati, non potest ulterius declinari forus ad instantiam ipsius citati.

Et è contra post admissam declinatoriam, non erit amplius prorogationi locus.

Quo fit, ut una declaretur per alteram, & una si-

ne altera non possit rectè dilucidari juxta præcepta Dialecticorum, dicentium; quod opposita juxta se posita magis elucescunt. Propterea post Praxim declinandi forum immediate sequi debet Praxis prorogandi forum in hoc 7. cap.

Prorogare enim significat extendere, sive ampliare, scilicet jurisdictionem restrictam extendere supra citatum exemptum, accedente consensu citati, qui alias posset, si vellet exemptione uti, & in Judicem non consentire, illiusque jurisdictionem restringere ab eo declinando; unde

2 Prorogatio jurisdictionis est extensio jurisdictionis ad causam, seu personam, alias sub ea non comprehensam, ita *Carlev. lib. 1. tit. 1. disputat. 2. qu. 8. sect. 1. num. 971.*

Sex Prorogationis species enumerantur a *Carleval. ibidem num. 977.* sed tres enumerantur a *glossa in l. 2. §. si & Judex ff. de judiciis*, & quatuor enumerat *Maranta*, & ponit exemplum *in part. 4. dist. 12. num. 3.* & sunt, v3,

Prima de persona ad personam,

Secunda de re ad rem.

Tertia de tempore ad tempus.

Quarta de loco ad locum.

Quinta de casu ad casum.

Sexta de causa ad causam.

Primæ Prorogationis exemplum est de persona ad personam, ut *in l. 1 & 2. ff. de Judic. & l. si convenerit ff. de jurisdict. omnium Judicum*, ut quando Judex limitatam habet jurisdictionem in uno territorio; nam si alii de aliena jurisdictione volunt consentire, quod causa eorum judicetur per illum Judicem, cui non sunt subditi, possunt hoc facere, & sic per consensum partium jurisdictio extenditur, & prorogatur ad personas non subditas.

Prorogationis secundæ exemplum est de re ad rem, ut *in l. de qua re 74. §. Judex ff. de Iudic.* ut quando Judex limitatam habet jurisdictionem cognoscendi de causis a centum aureis infra; tunc partes habentes causam majoris summæ, possunt facere, quod dictus Judex cognoscat de tali causa, & sic de causa minoris summæ extenditur, & prorogatur jurisdictio ad causam summæ majoris.

Prorogationis tertiæ exemplum est, scilicet de tempore ad tempus, ut *in l. 2. § [illegible] Iudex ff. de Iudic. & in cap. de causis 4. de offic. & potestate Iudicis delegati*, ut si Judex habet limitatam jurisdictionem certo tempore finiendam, puta per annum, partes possunt facere, quod lapso anno Judex judicet, & sic prorogatur, & extenditur jurisdictio de tempore ad tempus.

Prorogationis quartæ exemplum est, scilicet de loco ad locum, ut *in cap. statutum 11. §. in nullo ff. de rescriptis in 6.* Ut quando Judex ex forma statuti, vel consuetudinis deberet sedere pro Tribunali in certo loco, puta in Palatio, vel Civitate: Nam possunt facere partes, quod sedeat in alio loco Civitatis, puta in platea, vel in Suburbiis, aut Casalibus, & valet talis prorogatio sine dubio, quia sumus in loco ejusdem jurisdictionis. Et potest aliud exemplum dari, ut si partes conveniunt, quod Judex Perusinus judicet causam in territorio Bononiensi; tunc dicta prorogatio valeret, interveniente tamen consensu Judicis Bononiensis.

Quintæ Prorogationis exemplum, est, scilicet de casu ad casum, ut *in cap. cordi 1. de appellat. lib. 6.* Ut quando appellatur ab interlocutoria, superior ad quem appellatur non potest cognoscere de negotio principali, nisi prius judicet, & pronunciet bene appellatum, & si dicat male appellatum, totum negotium revertitur ad primum Judicem, *cap. ut debitus honor extra de appellat.* Pendente ergo discussione dicti articuli, superior dummodo sit talis, qui poterit adiri per viam querelæ, ut Papa, vel Princeps, poterit tunc de consensu partium de negotio principali cognoscere. Si autem esset talis, qui non poterit adiri per viam querelæ, tunc non potest omisso articulo appellationis de negotio principali cognoscere, vide *Foller. ad Maranta ibidem.*

Sed in M.C.V. notoria est praxis, quod omisso articulo appellationis, si pars appellata consentiat, fit decretum, *attento communi partium consensu procedatur in M.C. ad ea, quæ incumbunt.*

Sextæ Prorogationis exemplum, scilicet de causa ad causam, reducunt ad secundam, scilicet de re ad rem, ita *Barbosa in l. 1. art. 2. nu. 2. & Carlev. ibidem ubi supra.*

3 Prorogatio requirit consensum prorogantium jurisdictionem, & se submittentium Judici, cujus jurisdictio prorogatur. Qui consensus non est necessarius expressus, sed satis est tacitus, & hoc est regulariter, ut *Carlev. ibi num. 980.*

Verum Prorogatio quarta, quæ fit de loco ad locum limitatur, ut in hac non sufficiat tacitus, sed expressus requiratur consensus, ex necessitate, ut volunt multi Doctores, & allegant *Tex. in cap. statutum 11. §. in nullo de rescriptis in 6.* & extendunt hanc limitationem, ut sit necessarius expressus consensus, etiam in prorogatione tertiæ de tempore ad tempus, & secundæ de re ad rem; Sed *Carleval. ibidem n. 987.* declarat *dict. Tex. in d. §. in nullo*, locum habere in illo casu tantum, de quo ibi agitur: dictus *Tex.* enim tractat *de Pontificis delegato*, quæ jurisdictio potest exerceri extra locum in rescripto expressum, ubi partes consentiunt, in aliis non habere locum dictum *Tex. & num. 985.* concludit, illum tacitum consensum non sufficere, qui est in mente contentus, sed illo consensus tacitus manifestus per actus exteriores satis est ad prorogationem.

4 Prorogationis multi sunt actus, ex quibus elicitur consensus tacitus necessarius, & sufficiens. Alii extrajudiciales, alii judiciales, alii positivi, & alii negativi.

Extrajudiciales sunt, ut si quis alienæ jurisdictionis delinquat, vel contrahat in territorio Judicis non sui; tunc quoad contractum, aut delictum prorogat jurisdictionem absque expresso consensu.

Judiciales sunt, qui circa litis contestationem, aut in ipsa litis contestatione, & ulteriores fiunt. Et isti omnes actus sunt positivi, &

Negativi autem sunt, omissiones in allegando exceptiones declinatorias, aut in respondendo, & veniendo ad judicium post vocationem, ex quo incurritur contumacia, ita *Carleval. ubi sup. a nu. 989.*

Prorogatio inducitur per consensum tacitum, qui elicitur ex actibus negativis, ut ex omissione declinatoriæ, patientia, & taciturnitate respectu illius Judicis, & instantiæ tantum, in qua adhibetur, non in alio judicio; ita ut qui sic tacite consentit in Judicem, si judicium redderetur retro nullum, aut perimeretur instantia, poterit in judicio novo denuo inchoando declinatoriam allegare; non enim præcluditur via ad proponendam declinatoriam in eadem causa post irritatum processum, vel peremptam instantiam, ita *Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 8. sect. 2. n. 999.* Et nos diximus *in cap. de instantia perempta.*

5 Prorogatio per contumaciam non inducitur; quare licet Judex procedat contra non subditum absentem, tanquam contumacem, & sic se gerat pro Judice; absens autem taceat, neque compareat allegans declinatoriam; poterit quidem procedere contra eum ad multa, juxta notata *in l. si quis ex aliena, ff. de judiciis*, non tamen censebitur prorogata ejus jurisdictio; Et ideo alia gesta per eumdem Judicem erunt invalida, & irrita, *Rom. cons. 48. Afflict. decis. 133. Grammat. vot. 67. nu. 2. Marant. 4. par. dist. 12. nu. 16. Caravit. rit. 205. Capibl. prag. 8. par. 1. num. 115.*

In-

Intellige tamen, quoties Judex est ipso jure incompetens, quia non incurritur contumacia, cum Judex est incompetens mero jure: citatio enim ejusmodi Judicis non arctat citatum. Secus vero si Judex esset incompetens ope exceptionis, quam posset allegare Reus comparendo, cui competeret exceptio declinatoriæ, nam tunc per contumaciam videtur renunciatum, & tunc semel contumax non poterit effugere judicium, quia re vera non est prorogatio, cum non sit augmentum jurisdictionis Judicis competentis, sed remotio obstaculi, ita *Carlev. ubi sup. nu.* 1001.

Prorogatio in casu, quo jurisdictio est prorogabilis, si Judex incompetens pronunciaret se competentem contra contumacem, qui per contumaciam redderetur inhabilis ad appellandum, non posset postea declinatoriam opponere, neque docere jurisdictionem non esse prorogandam, ita *Carlev. ubi supr. nu.* 1002. quod limitandum est, cum jurisdictio est improrogabilis; quia per contumaciam censetur contestata lis, & post contestatam non potest opponi exceptio declinatoriæ, quæ est de dilatoriis, ut dixi in *cap.6.num.3.*

6 Prorogatur jurisdictio indubitanter per expressum consensum, ut si litigantes conveniant inter se, ut certus Judex, cui non sunt subditi, de causa cognoscat, sed compelli non potest stare conventioni, si priusquam adeatur Judex, mutata voluntas fuerit, etiam si fuerit renunciatum suo foro; Neque renunciatio hoc casu obstat, nam adhuc revocabilis est dicta conventio, sive prorogatio; usque quo alienus Judex adeatur, & admittitur pœnitentia.

Et licet ut irritetur dicta conventio, volunt aliqui, quod intercedat pœnitentia; & dissensus utriusque partis, tamen disputato articulo reprobatur hæc opinio, & concluditur ex pœnitentia unius solius irritari conventionem prædictam de Judice inter duos privatos, dummodo contingat dissensus, antequam judex adeatur.

Quod procedit sive per pactum nudum, sive per stipulationem adjecta pœna fiat conventio. Nam nihilominus poterit a contractu impune recedi absque metu pœnæ, ita *Carlev. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst.* 8, *sect. 2. num.* 1006. *&* 1022.

Intellige, dummodo non interveniat Juramentum, quia per juramentum non potest a conventione recedi, ut *num.* 1032. rejectis tenentibus juramentum non obstare, quia est ejusdem naturæ actus.

Prorogatio, ut reddatur firma, & retractabilis, duo sunt requisita ex parte progantium, videlicet consensus, & ultra consensum, quod partes Judici se subiiciant, qua submissione adhibita amplius a præstito consensu recedi non licet; Nam actus Judiciales reddunt pactum de Judice prorogando irrevocabile, & non per actum extrajudicialem, quales sunt contractus, inter quos numeratur stipulatio, ita *Carlev. ibidem num.* 1021.

Prorogatio non inducitur per actus consensui contrarios, ut est error, vel dubitatio, & tam si contingat ex utraque parte, quam ex altera tantum, & sive ante, sive post litem contestatam, & sive sit error juris, sive facti.

Et adde, quod violentia, & coactio etiam impedit consensum. Quare si per vim, & metum quis compellatur actum facere, quo in Judicem consentire cogatur, nulla erit prorogatio, & nullam acquirit jurisdictionem Judex in prorogantem, ita *Carlev. ibidem num.* 1014.

Prorogatio requirit ex parte Judicis prorogati duo alia requisita. Primum, ut ille jurisdictionem habeat. Secundum, consensus dicti Judicis prorogati in quibusdam casibus, seu ut melius dicam, notitia prorogationis.

Consentire enim in hoc casu intelligitur, qui scit, & non contradicit. Dixi *in quibusdam*, scilicet in prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, & de loco ad locum, & de quantitate ad quantitatem; Et ratio est, quia delegatus cognoscens de causa post tempus suæ delegationis errat circa substantiam jurisdictionis, nisi de prorogatione habeat notitiam, & irritum erit judicium, si judicet, qui credit se non esse Judicem: & idem dicendum erit in omni prorogatione, in qua prædicta ratio locum habuerit. Secus in jurisdictione ordinarii, quæ prorogatur de re ad rem, & de persona ad personam, ubi non est limitatum tempus, cum duret usque ad adventum successoris, & veniente non extinguitur funditus jurisdictio. Et quamvis Judex ignoret factam prorogationem, error est in qualitate, & non in substantia, cum se Judicem sciat; & sic in hujusmodi prorogationis casu non requiritur consensus Judicis prorogati, ita *Carlev. ibidem num.* 1072.

Prorogatio requirit quintum requisitum ex parte superioris ejus, qui jurisdictionem prorogat, videlicet conventionem ipsius civiliter in quibusdam casibus tantum, non in omnibus, nam regulariter non est necessarius consensus Superioris, ut subditus possit prorogare jurisdictionem Judicis non sui.

Dixi *in quibusdam*, ut in Clerico, qui volens prorogare jurisdictionem alieni Judicis Ecclesiastici, potest cum consensu sui Superioris, alias sine consensu prorogatio non est valida, sicut nec potest prorogare jurisdictionem laicalem, neque cum licentia, neque sine; quia forus laicalis est omnino incompetens, & improrogabilis respectu Clerici.

Et sic quoque neque exempti sine licentia Papæ, cui subduntur, possunt aliorum Judicum jurisdictionem prorogare. Quod limita, ut

Prorogare possit Clericus etiam exemptus, & privilegiatus tacite sine consensu Episcopi, si contrahat in aliena Diœcesi, vel ibidem destinet solutionem, vel delinquat, nam tunc magis prorogatur forus a jure, quam a subditorum voluntate. Et licet quoad forum destinatæ solutionis fuerint aliqui in contraria sententia, tamen reiiciuntur; *Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 8. sect. 2. nu.* 1083. *&* 1101.

Prorogatio non potest fieri per Procuratorem sine speciali mandato, *Carlev. ibidem quæst. 8. sect. 3. num.* 1143.

7 Prorogatio item duplex est, voluntaria scilicet, & necessaria: voluntaria ea est, de qua usque adhuc locuti fuimus, quæ fit per consensum spontaneum expressum, vel tacitum, ut supra.

Necessaria est, quæ fit contra invitum, & necessitate legis; prout est illa, quæ fit per reconventionem; nam reconventio inducit necessitatem reconvento, ut respondeat coram Judice non suo, *Marant. par. 4. num. 3.*

Prorogatio voluntaria habet locum in foro prorogabili tantum; scilicet coram Judice, qui non est omnino incompetens, ut habes in modis, ut supra exemplatis.

Unde infertur, quod Clericus etiam volens non potest prorogare forum laici. Sed laicus potest prorogare forum Ecclesiasticum.

Prorogatio necessaria habet locum in foro etiam non progabili. Unde Clericus in causa reconventionis coram laico prorogat forum laicale, & cogitur comparere coram laico Judice in causa reconventionis, ut late *in cap. de reconvent.* & sic in aliis casibus similibus, ut *in c. de Actis, quæ possunt fieri per Reum contra Actorem invitum*, late diximus.

8 Prorogationis effectus sunt septem, quos late enumerat *Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 8. sect. 6. per totam*, & sunt videlicet.

Primus effectus prorogationis est, ut possit Successor in officio eadem jurisdictione prorogata uti, dum-

dummodo prorogatio, vel delegatio sit facta contemplatione officii; Secus autem si fiat contemplatione personæ sub nomine proprio, nam tunc non transit in successorem.

Secundus effectus est, ut si prorogatio fiat in Judicem non habentem successorem, extinguitur.

Tertius effectus est, ut sententia lata in causa a Judice prorogato, appellatio interponitur ad Judicem Superiorem prorogati, non ad Superiorem prorogantium, si sit diversus.

Quartus effectus est, ut si jurisdictio Judicis est inter subditos talis naturæ, ut suas sententias possit mandare executioni, possit eam etiam vi prorogationis excqutioni mandare: Et ratio est, quia jurisdictio ex prorogatione acquisita est ejusdem naturæ, & eadem cum jurisdictione propria, & naturali, neque ejus naturam immutat.

Quintus effectus est, ut Judex si semel prorogationi consentit, tacite, vel expresse compelli possit sententiam ferre, & terminare, sicut in cæteris causis propriæ jurisdictionis.

Sextus effectus est, ut Judex prorogatus possit causam delegare, sicut cæteras causas propriæ jurisdictionis.

Septimus effectus est, ut Reus conveniri possit coram Judice prorogato, coram quo sortitur forum legitimum, & competens, tam in civilibus, quam criminalibus. Hæc *Carlev.* ubi supra usque ad *nu.* 1242.

9 *Prorogationis impedimenta sunt infrascripta vz.* Primum est mutatio voluntatis ante litis contestationem, cum sortitur quis forum ex sola prorogatione, ut si duo Aversani consentirent in Judicem Capuanum; tunc potest eorum alter a foro electo discedere, & resilire, etiam si suo foro renunciaverit ante litis contestationem, ut diximus.

Secundum impedimentum est absentia Rei, nam Reus absens a loco Judicis prorogati non compellitur in judicium venire in loco prorogationis, sicut idem est in foro contractus, ubi non convenitur Reus nisi præsens, ut diximus.

Tertium impedimentum est actio personalis, nam in foro prorogationis deducta in judicium sola actione personali Reus absens conveniri non potest, etiam si habeat bona in eo loco; secus vero deducta actione reali, quia tunc si bona sunt in loco prorogati, potest absens conveniri.

Sed rectius dic, quod occurrente casu Judex ad instantiam actoris legitime citabit Reum in judicio prorogato venire. Qua citatione facta Reus poterit opponere declinatoriam, sed si omiserit opponere dictam exceptionem, & patiatur se conveniri, vel contumax fuerit; tunc legitime proceditur ad missionem in possessionem bonorum, quæ si sunt in districtu prorogati, fiat propria authoritate. At si erunt extra districtum, proceditur ad missionem in possessionem bonorum non auctoritate propria Judicis prorogati, sed invocato auxilio per literas hortatoriales eodem modo, & limitationibus, ut dictum est de Judice loci contractus, qui par est cum Judice prorogato, inter quos nulla altera differentia est, nisi quia Reus potest declinatoriam opponere coram Judice prorogato ante litem contestatam, ut supra dictum est, eaque opposita illius judicium subterfugere. At coram Judice loci contractus Reus declinatoriam opponere non potest, ita *Carlev.* ubi supra *num.* 1247.

10 Prorogationis forus si concurrit, sive jungitur cum alio foro contractus, rei sitæ, hæredis, vel privilegii, & non renunciatum fuerit declinatoriæ, sive foro suo; tunc non potest declinari forus, sed Judex eo casu procedit eodem modo, quo potest Judex fori contractus, vel rei sitæ, quo casu non potest peti remissio rei citati a Judice loci, ubi est præsens citatus, secus si est absens.

Si vero prorogationis forus concurrit cum alio foro, ut supra dictum est, & adiicitur renunciatio fori, tunc non solum non poterit declinari, sed Judex prorogatus potest compellere reum absentem coram se comparere, & petere a quocumque Judice missionem, *Carlev. ubi supr.*

Et hæc sufficiunt pro praxi Prorogationis, nam usus te plura docebit.

C A P. VIII.

De Exceptione incompetentiæ.

S U M M A R I U M.

Judex ante omnia debet cognoscere, an sua sit jurisdictio, & citatus, an citanti sit subjectus, & ratio assignatur, num. 1.

Jurisdictio tribui non potest pactis privatorum hominum sine voluntate Principis. Reg. Aud. & M.C.V. habet potestatem super omnes Curias sibi inferiores, cum limitatione, num. 2.

Incompetentiæ exceptio potest opponi etiam post tres sententias conformes, & opposita retardat executionem sententiæ, num. 3.

Assignatur ratio, quare exceptio incompetentiæ impedit executionem sententiæ conformis, & exceptio nullitatis non impedit, num. 4.

Declaratur opinio DD. dicentium non obstare defectum jurisdictionis, quando sententia lata a Judice incompetente fuit justa, num. 5.

Declaratur opinio dicentium, sententiam ab incompetente Judice latam valere, quando per decretum declaravit se esse competentem, num. 6.

Judicium remissionis causæ est summarium ad Judicio instructionem, num. 7.

Excipiens habet onus probandi qualitatem, in qua fundatur exceptio exemptionis per ipsum allegata, n. 8.

Clerico non sufficit probare Clericatum per Bullas, si ei negantur requisita, quæ exemptionem pariunt, n. 9.

Judex in nostro Regno potest determinare, an sua sit jurisdictio, secus quando recusatur, ut suspectus, & assignatur ratio, & nova decisio, num. 10.

Judicis inferioris tunc sunt ligata manus, quando in exceptione incompetentiæ, vel declinatoriæ, apponit manus Judex superior, & traditur praxis, quando Curia Baronalis recusat remittere clericum inquisitum, num. 11.

Incompetentia opposita, quando est notoria, & indubitabilis, si Judex procedit, acta sunt nulla, & in pœnam incurrit, sed si esset dubia, & non cognoscit summarie, & prius discutit, si sua sit jurisdictio, acta etiam sunt nulla, nec ad finem litis reservare potest exceptionem declinatoriæ, vel incompetentiæ, num. 12.

Clericus licet contumax exceptionem incompetentiæ semper allegare potest, etiam post sententias conformes, num. 13.

Clericus contumax remissus ad forum Ecclesiasticum pœnam contumaciæ non solvit laico, imo repetit solutam, statim ac docetur de Clericatu, nu. 14. & 15.

Incompetentiæ exceptio non potest per fidejussorem opponi, quia de persona ad personam non fit extensio, num. 16.

Dilatio debitori principali concessa non juvat fidejussorem, num. 17.

Exactio a fidejussore non impeditur lite pendente cum principali, num. 18.

Dilatione quinquennali concessa a creditoribus non autem a Principe gaudet fidejussor, „ *ubi vide, quid* „ *obiter observatum ex nov. Constit.*, num. 19.

Exceptio ne conveniatur, nisi in quantum facere potest, competit principali, sed non fidejussori, quia est

est privilegium personale, num.20.

Exceptio Realis competit tam principali, quam fidejussori, num.21.

Exceptio de non numerata pecunia competit etiam fidejussori, quia non respicit personam, sed obligationem, num.22.

Appellatio ab interlocutoria non ligat manus Judicis, donec fuerit ei inhibitum, sed ab interlocutoria competentiæ, vel incompetentiæ antequam sit inhibitum, ligat, & assignatur ratio, cum limitatione, & sublimitatione, num.23.

Forus incompetens, quando, & quibus modis evadit competens, & prorogabilis, num.24.

Clericus si in judicio assistentiæ asserit possidere, et proinde opponit exceptionem incompetentiæ, si Adversarius opponat esse collusivum possessorem, datur praxis decretandi, cum ratione, & decisionibus, n.25.

Nominans in dominum transfundit instantiam in personam nominati, qui si est clericus, & contra clericum assumit actor onus probandi contrarium, datur praxis decretandi, num.26.

Curia Baronalis, & Episcopalis quando est incompetens in caussis Baronis & Episcopi, num.27.

Laicus trahens clericum ad forum laicale, vel clericus trahens laicum ad forum Ecclesiasticum, vel incompetenti se submittens, in quam pœnam incurrunt? num.28.

IN 6. & 7. cap. dixi, quod duobus modis declinatur a jurisdictione Judicis citantis: uno modo, quando ejus jurisdictio est prorogabilis: altero modo, quando prorogabilis non est, sed omnino est incompetens, contra quem militat exceptio incompetentiæ. De primo modo dictum est in dicto 7. cap. & ideo restat nunc dicendum consecutive in hoc 8. cap. de altero modo, idest de Praxi cognoscendi incompetentiam.

1 In primis enim, & ante omnia, tam Judex debet cognoscere, an sua sit jurisdictio, ne falcem ponat in messem alienam:

Quam citatus, an citantis jurisdictioni sit subjectus, ne a Iudice non suo, & prorsus incompetenti citetur. Exceptio namque incompetentiæ est defensio potius, quam exceptio, & dicitur exceptio, quia excipiendo se defendit adversum non Iudicem suum, & cum defensio sit de jure naturæ, citatus non potest defensioni prædictæ renunciare, expresse, tanto minus tacite, *Muscatell. p.2. glos. competentes n.21. post Bald. in c.1. de probat. ex l. vir bonus ff. judic. solvi*.

Hinc fit, quod prorogari non potest jurisdictio, ubi funditus deficit jurisdictio supra citatum, nisi in aliquibus particularibus casibus inferius pro limitatione regulæ adducendis.

Et ratio est, quia, ubi nulla jurisdictio est supra citatum, consensus ipsius; vel etiam ambarum partium non diceretur prorogari id quod in mundo non est, sed potius de novo concedere illam jurisdictionem, quam non habet judex citans supra citatum, & hoc facere non possunt partes in forma judicii, nisi accedat placitus, sive potestas, aut licentia Superiorum, a quibus possit dicta jurisdictio fieri.

2 Jurisdictio enim solius Principis voluntate exerceri potest, *l. more majorem, ubi glos. ff. de jurisdict. omnium Jud. Staib. resol.37. nu.12.* & pactis privatorum hominum tribui non potest jurisdictio. Verba sunt expressa *tex. in l. privatorum Cod. de jurisdict. omnium Judicum, Staib. loco cit. num.5. de Franch. dec.552. num.10.*

Quod secus est, ubi jurisdictio aliqualiter est jam supra citatum, licet limitative. Exemplificari potest in Regia Audientia Provinciali, quæ jurisdictionem habet citandi omnes de sua Provincia, & M.C.V. omnes per totum Regnum, limitativè tamen, ne semper, & ad semper obliget, cum sint cuique loco destinati Judices ordinarii pro primis, & secundis instantiis, & in quibusdam locis, etiam pro tertiis. Et non possit omisso Judice medio primæ, vel secundæ instantiæ invitos trahere in præjudicium subditorum, & Baronum, ut sæpius in antecedentibus capit. dictum est. Tunc istiusmodi jurisdictionem sic limitatam potest consensus citati prorogare; & in sui præjudicium ampliare dicimus id quod est, sed non sic ampliare, sed de novo concedere dicimus id, quod penitus non est.

3 Hinc fit conclusio, sive regula in exceptione incompetentiæ, quod dum nunquam potest prorogari, possit illa opponi semper, ante, & post contestatam litem, & in quacumque parte judicii, etiam post sententiam, imo post tres sententias conformes, *Muscatell. p.2. glos. competentes n.18. Afflict. in constit. except. nu.4. vers.2. quæro Gram. cons.1. post dec. 47. D. Altim. in rub.9. qu.1. n.6.*

Et opposita exceptione jurisdictionis, sive incompetentiæ, tunc tardatur executio sententiæ, *D. Altim. rub.9. qu.1. nu.4. de nullit. post glos. sing. in clem. 1. in fine de sequestr. possess. & fructuum, quo est bonus tex. in l. scire oportet in fin. ff. de excus. Tutor. & in l. fin. C. si a non compet. Judic.*

4 Et mirum non est, quod regulariter contra tres sententias conformes non habet locum exceptio nullitatis ad finem impediendi executionem, *clem.1. de re judic.*

Sed nullitas ex incompetentia Judicis tam in caussa criminali, quam civili admittitur, & executio illarum impeditur, per *glos. in d. clem. ut sup.* & alios adductos per *Gram. in cons.1.* posito in *tomo decis. in fine num.48. Rovit. cons.48. lib.3. num.14.*

Quia nullitas ex defectu jurisdictionis, sive Judicis incompetentiæ est insanabilis, *DD. loco cit.*

Etsi per statutum cavetur nullam exceptionem admitti; statuto non obstante admittitur exceptio nullitatis ex defectu Judicis incompetentiæ, *Rovit. d. cons.48. lib.3. n.14. ex Bald.* & aliis ibi citatis.

5 Unde cautè intelligendi sunt isti Auctores dicentes nullitatem ex defectu jurisdictionis, ut quia sententia lata fuit a Iudice incompetente, non obstare, quando justa est dicta sententia; sic indistinctè locuti sunt *Reg. Petra vit.288. nu.153.* ubi alios citat, & *Scyal. de foro comp. cap.52. tit. de foro nullit. n.37. & cap.12. de foro prorog. n.3.* ubi alios allegat.

Quia illi non benè locuti sunt sic indistinctè, & confusè, confundendo terminos incompetentiæ improrogabilis, cum termino jurisdictionis prorogabilis, & declinabilis, qui sunt termini satis diversi, & diversum effectum pariunt.

Intellige itaque de Judice incompetenti prorogabili, a quo poterat declinare citatus, & non declinavit, sed consentiendo in Judicem prorogavit.

Secus in foro numquam prorogabili, ut si Clericus coram laico conveniatur, ut perpulcrè resolvit *Reg. de Marin. lib.1. resol.203. Afflict. dec.354. Sanfel. sect.4. num.16.*

6 Et cautè intelligendi sunt quoque alii dicentes sententiam a Judice competente latam valere, quando per decretum declaravit se competentem; *Bart. in leg.2. ff. si quis in jus voc. non erit vers. nisi esset. Sanfel. in praxi sect.2. in fine nu.16.*

Nam hæc conclusio erit vera, & intelligitur, quando poterit Judex, vel quia sua jurisdictio est prorogabilis, vel quando erit dubia ob aliquam qualitatem negatam, super qua fundatur jurisdictio, ut advertit *Gallupp. p.2. cap.6. n.13.* ex *Decio in cons.18. n.15. vers. & ista conclusio Paul. de Castro in l.2. ff. si quis in jus vocatus non erit num.10.*

Secus vero si evidenter non est competens, & pro-

pronunciat se competentem, quia talis pronunciatio non valet, & consequutive processus est nullus, *Affl.decis.354. nu.6. & 14. ex Abb.in cap. duobus de appellat. Alex.cons.77. vol.3.col.1. & cons.82. Rovit. dict.cons.48.num.15.lib.3.*

Vera est etiam dicta *Bartoli* doctrina in casu, quo non idem Judex, sed alius superior declaravit esse Judicem competentem, ut in casibus inferius dicendis, quando Vicaria, vel S.C. declarat competere Baroni caussam, vel Collaterale decidit, quod in caussa procedat Reg. Cam. vel S.C. vel M.C. Vic., aut Trib. Reverendæ Fabricæ, aut aliud Tribunal; de qua re infra.

In foro itaque prorogabili tantum, & ubi esset dubia illa qualitas, super qua fundatur excipiens, vel super qua fundatur jurisdictio, sive super qua fundatur competentia, & incompetentia, necessario debet interponi decretum, quo declaret Judex se competentem, vel incompetentem; quod solet pronunciari vz. *Procedatur in M. C. V. remissione petita ad T. Curiam non obstante*, vel *remittatur præsens caussa Tali Curiæ*.

Ideo indifferenter datur terminus super opposita exceptione declinatoriæ, vel incompetentiæ, sive super petita remissione caussæ, vel carcerati, & recipiuntur hinc inde summariæ probationes, quibus visis Judex, vel declarat se competentem, mediante decreto, quod *petita remissione non obstante procedatur in ipsa Curia, &c.* vel declarat se incompetentem, mediante decreto, *quod caussa remittatur ad T. Curiam*.

7 Judicium enim remissionis summarium est ad Judicis instructionem, an factum, vel qualitas sit vera, ne decipiatur ab excipiente, *Sanfel.dec.10.lib.1.num.3.*

Et potest dici, quod illa summaria cognitio potius sit defensio jurisdictionis, quam cognitio judicialis contra militem, Clericum, vel alium exemptum; cum Judex secularis nullum habeat potestatem contra Clericum, nec in caussa principali, nec super articulo incidenti, nec contra alios exemptos, etiam per viam exceptionis, *Abb.in cap. si diligenti col. pen. de foro compet. Sanfel.dicta decis.10.nu.6.*

8 Et ratio dictæ Praxis est, quia qualitas, quæ fundat jurisdictionem, debet pernecesse probari, *Reg. Valenz.cons.191.ex n.1.Cons.Pratus resp.crim.tom.1. n.61., & discept.20.nu.67.tom.3.*

Et illi incumbit onus probandi dictam qualitatem, qui eam allegat, neganti enim sufficit negare; hinc fit, quod quando est citatus verbaliter, vel citatus realiter, idest per carcerationem Clericus uti laicus, & per Clericum opponitur exceptio Clericatus, excipiens, qui fundat intentionem suam, in d. qualitate Clericatus, tenetur illam qualitatem probare; nec sufficit ex-
9 hibere bullas Clericatus, alioquin succumbit, *Carol. de Crossis except.2. n.4. per text.in l.4. §. hoc ff. vi bonor. rapt.l.1.§.ait Prator. ff. ne quid in flumine publico, Magon.dec.flor.40.n.1.Gratian.discept.554.n.32., & 565.num.4.*

10 Et in Regno nostro sopita est illa quæstio inter DD., an eidem Judici, contra quem opponitur exceptio declinatoriæ, vel incompetentiæ sit licitum declarare se competentem, cum regulariter de istis duabus exceptionibus potest cognoscere idem Judex, coram quo opponitur, nam ad ipsum pertinet determinare, an sua sit jurisdictio, & tollere perplexitatem, ut per *Tex.in lex quæcumque 2.in princ. ff. si quis in jus vocatus non erit, l. si quis ex aliena 5. de Judic.*, *Canonistæ in cap. super literis 20. de rescript.* fundat *Carleval.lib.1.tit.2.disp.5.nu.10.* quem sequitur *Reg. Petra rit.265. tom.3. n.18.* post *Sanfel. in praxi sect. 17.n.5.* qui *Petra* assignat pro ratione regulam, quod Judex causæ præparantis est etiam Judex præparatæ, *loc.cit.num.17.*

Sed melius idem *Petra in 2.tom. super cod.rit.265. nu.73.* & paulo ante assignat rationem, cur Judex recusatus non potest cognoscere de sua recusatione; prout cognoscere potest de sua incompetentia, vel declinatoria, & optime more suo resolvit, quia ex recusatione ad indignationem provocatur, *l. litigatores ff.de arbitr.*, & quia illa exceptio suspicionis directe respicit Judicis personam, sed exceptio declinatoriæ, & incompetentiæ non respicit personam, sed forum, sive jurisdictionem illius fori; illa recusat personam, hæc approbat personam, sed recusat forum, & dum approbatur persona Judicis, ipse Judex potest judicare super petitis sive expositis contra forum, non contra personam; quod limitatur, si simul allegaretur suspicio in personam.

Adsunt nonnullæ limitationes dictæ regulæ traditæ sparsim a Doctoribus, quas non capit hic locus.

Itaque rejecto *Muscatell.in gloss. competentes p.2. n.66. & de Grassis art.18. num.9.* & aliis tenentibus non posse eundem Judicem cognoscere de exceptione incompetentiæ, & declinatoriæ, hodie servatur contrarium.

Et sic ultra Auctores prædictos, & alios innumeros, quos possem hic conglomerare, sufficit notoria praxis nostræ ætatis; & præteritis diebus me patrocinante pro Magnifica Gratia, & Christina de Dominico, uxore Magnifici Andreæ Vicinanzi Civitatis Montis Corvini contra Magnificum D. Thomam de Migliore hujus Civitatis, debitorem in annuis ducat. 12. super fructibus feudi siti in Civitate Salerni, detto la Fraita, seu Dentifieno pro decem annatis, per D. D. Josephum Odoardi Judicem M.C.V., & caussæ Commiss., quem pro suis meritis speramus, quam primum videre Consiliarium Sanctæ Claræ, facto præcepto solito in judiciis executivis, quod conventus solvat petitam summam tertiarum; cum fuisset oppositum, esse causam tractandam in R. C. ob interesse Fisci, sub prætextu, quod Magnificus D. Thomas transegit cum Regio Fisco, non solum pro releviis, sed pro investituris, & assensibus non obtentis per Prædecessores, per dictum D. Judicem Odoardi, virum quidem doctrina, & integritate nemini secundum, omnia requisita optimi judicis habentem, fuit interpositum decretum, quod procedatur in M.C.V. petita remissione ad R. C. non obstante; & cum ille præsentaverit instantiam contrario imperio revocari decretum prædictum, & consecutive memoriale R. Collat. C. decretatum, *intimetur parti*: ego per aliud memoriale ejusdem R. Collat. C. obtinui, *intimetur Fisco, & parti*; & Dom. D. Joseph Constantinus dignissimus Fisci Patronus Realis Patrimonii, prævio alio memoriali, *veniat Scriba cum actis, & partibus*; declaravit, nullum interesse habere Regium Fiscum, & stante dicta instantia fiscali fuit per Regium Collaterale Consilium decisum, quod in caussa prædicta procedat Magna Curia Vicariæ. Processus est in eadem Magna Curia Vicariæ in banca Magnif. Januarii della Monica, & in Regia Camera in Banca Magnifici Josephi de Fiore.

Et sæpe accidit, quod Coll. Conf. præcedente declaratione Dom. Fisci Patroni decidit, ad quem spectet causa inter R.C., & S.C. vel M.C.V., & etiam Tribunal Reverendæ Fabricæ, & inter alia quoque Tribunalia.

11 Et quando apponit manus Judex Superior in cognitione articuli incidentis de competentia, vel declinatoria, tunc ligatæ sunt manus Judicis inferioris. Proinde M.C.V. solet negare cognitionem remissionis caussæ Curiæ Baronali, quæ contenderet esse remittendam cognitionem remissionis petitæ per Clericum inquisitum in Curia Baronali.

Imo denegatur ei, ne possit facere partem in judicio,

dicio, sed posse solum coadjuvare fiscum, & Superiorem Iudicem instruere, qui recipit testes per Baronem productos; ita decisum refert pluries *Sanfelic. dict. decis. 10. lib. 1.*

Et ratio est, quia Curia Baronalis, vel alia habens alium Judicem, cui prætenditur competentia, potius dicitur pars, quæ judicaret in caussa propria declarando se competentem ad exclusionem alterius, similiter prætendentis competentiam.

Et alia conclusio, sive regula firmanda est, ut in principio dixi, quod opposita exceptione incompetentiæ, statim Judex debet summarie cognoscere,
12 si illa esset dubia; nam si esset notoria, & indubitabilis, debet ex se abstineri, & caussam suo competenti Judici remittere, alias non solum acta sunt nulla, sed incurrit in pœnam, *Gall. par. 2. cap. 6. num. 8. ex Bald. in l. si quis in conscribenda Cod. de pactis n. 8.*

Quando itaque incompetentia est notoria, non potest Judex procedere; quando est dubia, tunc ope hujus exceptionis impeditur processus, nam statim ac opponatur, remanent ligatæ manus Judicis, quia revocatur in dubium ejus potestas, *Gallup. d. cap. 6. par. 2. n. 6. ex Specul. in tit. de except. §. nunc videndum n. 27.*

Adeo, quod si Judex procederet, non cognito prius super dicta exceptione, nec illa prius discussa, & terminata per decretum, acta essent nulla, *Gallup. loco cit. ex Innoc. in cap. cum speciali de appellat. Mastrill. decis. syc. 127.*

Nec potest in fine litis reservari declinatoria, nec incompetentia, *Carleval. lib. 1. tit. 2. disp. 5. ante n. 9.* dicens, ne reddatur judicium elusorium, & inutilibus sumptibus intricatum, ante omnia esse pronunciandum super dicta exceptione.

Et ratio assignatur, quia in aliis exceptionibus procedendo Judex ad ulteriora, censentur virtualiter, sive implicitè rejectæ illæ exceptiones oppositæ, & ita regulariter.

Sed hæc regula fallit in exceptionibus carentiæ jurisdictionis, nam donec durat illa perplexitas, sive dubietas, an sit, vel non sit Judex illius causæ, per processum ad ulteriora, illa exceptio incompetentiæ non censetur rejecta, *Caral. de Grassis excep. 18. n. 15. Roman. cons. 411. n. 3. Gramm. decis. 36. n. 76. Vant. tit. quibus modis sententia nulla reper. num. 8.* & alii ibi, quibus adde *Gallup. d. par. 2. cap. 6. ante n. 7. Rovit. in pragm. 5. de ord. judic. a n. 15. ad 25.*

13 Unde Clericus licet contumax coram laico potest quandocumque opponere exceptionem declinatoriæ, seu rectius exceptionem incompetentiæ ante, & post litem contestatam, & post conclusum, etiam post sententiam, imo post sententias conformes, qua opposita impeditur executio, ut late *de Marin. lib. 2. resol. 209. n. 2.* Quia Clericus nec tacite, nec expresse potest suo foro renunciare.

14 Et remissus ad Ecclesiasticum Judicem, pœnam contumaciæ contractæ coram laico solvere non debet.

15 Imo si dicta pœna sit exacta, & fisco incorporata statim, quod doceetur de Clericatu, repetit solutum a Fisco, rejecta opinione *Vivii in decis. 138. num. 8.* contrarium dicentis; ita *Scialoy. in prax. forjud. cap. 2. n. 25. Sanfel. decis. 277. n. 7. Gramm. vot. 27. Danza de pugna Doctorum tom. 1. de conc. cap. 2.*

16 Exceptio incompetentiæ potest opponi per principalem, cui competit, & non per fidejussorem, *de Grass. except. 18. num. 20. ex l. si Reus ff. judicat. solv. l. sed si restituatur §. 1. ff. de re judicata, Arum. problem. 79.*

Unde in ore causidicorum est illa cantilena, quod pro Clerico danda est fidejussio laicalis, ne laicus fidejussor possit exceptione incompetentiæ se tueri coram Judice laico.

Et ratio assignatur, quia hæc exceptio respicit personam, & non rem obligatam.

Regula enim est, quod ubi exceptio est personalis, non juvatur ex ea fidejussor, quia de persona ad personam non fit extensio; adeo hoc est verum,
17 quod dilatione debitori principali concessa non juvatur fidejussor, *Staiban. observat. 31. n. 35. post Gratian. discept. 12. n. 10.*

18 Et lite pendente cum principali non impeditur exactio a fidejussore, *Staib. & Gratian. ubi supra.*

19 Dilatione quinquennali concessa a Creditoribus, non autem a Principe gaudet fidejussor, *Staib. loco citat. & resol. 46.*

„ Hic incidenter nequaquam absurdum est ad-
„ vertere, quod *nov. Constit. §. 5. num. 12.* cavetur, ne
„ admittantur consensus eorum pro obtinenda dila-
„ tione quinquennali, qui non fuerint creditores vi-
„ gore aut publicæ scripturæ, aut literarum execu-
„ torialium anno ante petitionem dictæ dilationis ro-
„ gatæ, seu expeditarum. Quod bene nota. Verba hæc
„ sunt. XII. *Nelle cause di dilazioni quinquennali non*
„ *si ammettano i consensi di quei creditori, i quali*
„ *non sieno creditori in virtù di pubbliche scritture,*
„ *a di lettere esecutoriali stipulate, o spedite un' anno*
„ *prima dal giorno, in cui si domanda una tal dilazio-*
„ *ne in beneficio de' lor debitori.* Fraus enim, quæ sæ-
„ pe sæpius inter debitores fictosque creditores in præ-
„ judicium aliorum vere creditorum intercedebat,
„ non ita facile hoc modo committi potest, immo pror-
„ sus abesse creditur.

20 Exemplificatur etiam exceptio personalis in beneficio ne quis conveniatur nisi in quantum facere potest; quæ exceptio competit principali, sed non fidejussori, quia est privilegium personale, quo non gaudet fidejussor, *Gratian. discep. 799. n. 54. & Staib. d. observ. 31. n. 40. per tex. in leg. verum 64. ubi glass. ff. pro socia, leg. & fidejussor ff. de re judicat. leg. tam mandatori Cod. de non numer. pecun.*

21 Et e contra exceptiones reales competunt etiam fidejussori, & hoc procedit etiam principali invito, *Staibanus d. observat. 3. n. 33. per tex. in leg. si testam. in princip. ff. de fidejuss. Grat. discept. 12. num. 9. & discept. 799. n. 53. & 966. n. 2. Surd. cons. 20. n. 271.*

22 Exemplificatur exceptio realis in exceptione de non numerata pecunia, quæ non respicit personam, sed obligationem, & ideo competit fidejussori, *Staib. d. resol. 31. n. 25. per text. in leg. tam mandatori, Cod. de non numer. pecun.*

23 Appellatio regulariter ab interlocutoria manus Judicis non ligat, donec fuerit ei inhibitum a Judice ad quem, ut late *Motill. tit. de appellat. n. 34. ex Thor. vot. 45. n. 6. par. 8. post Marant. in tit. Et quandoque appellatur n. 207. Muscat. par. 1. lib. 2. glos. sententia n. 182.*

Sed dicta regula fallit, quando appellatur ab interlocutoria competentiæ, vel incompetentiæ Judicis, in qua de jure civili potest appellari, *Sanfel. lib. 1. decis. 1. n. 1.* & notat *Glossa in authent. habita Cod. ne filius pro patre, Bart. in l. 2. num. 13. ff. de appellat. recipien.*

Et ratio est, quia si pronunciat se non esse Judicem, non speratur alia interlocutoria, & si pronunciat se Judicem, tale gravamen non reparatur per diffinitivam, nam trahit secum executionem procedendi, & ideo appellatio a dicta interlocutoria impedit processum ad ulteriora, & sic servari in Regno nostro testatur *Hodierna ad Surd. decis. 37. num. 3.* & citat *Viv. decis. 302. n. 8. Afflict. decis. 354. num. 14.* & infinitos alios.

Verum dicta limitatio sublimitatur in casu, quo non ipse Judex declarat se competentem, sed quando inter duos Judices est de jurisdictione contentio, & superior pronunciat ad alterum pertinere, tunc ab illa non appellatur; & ratio discriminis est, quia ex

ex pronunciatione superioris verisimile est, quod ita judicabit unus, ut aeque sicut, & alter, *Sanfel.d.decis. 5.n.6.ex Angel.in l.2.ff.si quis in Jus vocatus non erit n.8.vers.tu da unam fallentiam singularem*.

Secunda sublimitatio est in excellentia Judicis, coram quo non admittitur appellatio, sed solum reclamatio, ut est in nostro Sacro Regio Consilio, ubi si reclamatur a decreto lato super competentia, Sacrum Consilium procedit ad ulteriora, pendente reclamatione non obstante, & sic non impeditur exequutio dicti decreti, *Sanfel.loc.cit.post Regent.Tap. in prag.37.de offic.Proc.Caesar.* ubi sic decisum refert in S.R.C. & *d.Sanf.* refert, quod anno 1621.cum Marchio Loreni in causa vertente cum Vincentia Brancia petierit remitti caussam a S.C. ad Regiam Cameram, instante etiam Regio Fisco, fuit denegata dicta remissio, & decisum quod Sacrum Consilium procedat; & cum fuerit reclamatum a dicta decisione in eodem Collaterali Consilio, acta pendente dicta reclamatione facta in S.R.C. fuerunt declarata valida; quod bene nota.

24 Et sicuti forus declinatur quinque modis, ut dixi in *cap.6., &c.* ita forus omnino incompetens, & improrogabilis evadit competens, & prorogabilis ex necessitate legis contra exemptum invitum.

Primo, ratione delicti, ut si Vassallus unius Baronis, delinquat in Territorio alterius.

Secundo, ratione reconventionis, ut si Clericus actor reconveniatur coram Judice laico.

Tertio, ratione contractus, & destinatae solutionis. De quibus suo loco.

25 Notanda est praxis, qua utitur Sac. Reg. Cons., quando ad instantiam Creditoris petitur assistentia super fundo, qui praetenditur possideri per laicum, si se opponit Clericus asserens possideri per ipsum Clericum, & proinde opponit exceptio incompetentiae: E contrario Actor dicit, quod Clericus non est verus possessor, sed collusivus, tunc fit decretum, quod procedatur in S.C. petita remissione pro parte Clerici non obstante, & de oppositis per N. Sacerdotem habeatur ratio, quae de jure habenda erit tempore expeditionis caussae.

Ita decisum fuit mense Julii 1706. ad relationem Dom. D.Gabrielis Sanchez de Luna Regii Consiliarii in caussa assistentiae petitae per Magn. Franciscum Antonium de Ciutiis Terrae Serini incolam Neap. super rure sito in Civitate Ariani, quod fuit in bonis quond. Catharinae, & sororis de Laudilio, & ad praesens possidetur per filios quondam Camilli Bruni; & cum per admodum Rever. D.Sempronium Bruni unum ex filiis dicti quondam Camilli donatarium dicti quondam sui Patris opposita fuerit exceptio incompetentiae, & quod caussa remittatur ad forum Ecclesiasticum, per Actorem fuit replicatum in termino velle probare extrema assistentiae; F. V. in S.C. fuit provisum, quod procedatur in S.C., ut supra dictum est. Processus est in banca Magnifici Donati Custoli, penes Scribam Alessium de Imbrognio, in tit. pro Magnifico Francisco Antonio de Ciutiis cum Magnifico Curatore haereditatum quondam Magnificae Catharinae, Annae, & Joseph Laudilio.

Ita quoque fuit decisum ad relationem Dom. D. Alexii Surgo, contra Rever. D.Matthaeum de Guglielmotta Sacerdotem Civitatis Campanae, retroelapso anno penes Scrib. Gaudiuso; & sic passim quotidie practicatur.

Et ratio est, quia instructo processu, si Actor non probaverit extrema assistentiae contra laicos possessores non poterit obtineri.

Haec practica sumpta est ex Theorica *Bart.in lex quacumque ff. si quis in jus vocatus non erit*. Ubi tenet sufficere qualitatem narratam in libello, quae si verificabitur in termino, fundabit jurisdictionem; sed si non verificabitur, remittitur caussa ad Judicem Competentem. Et sic lites breviantur, quia unico termino fiunt probationes super veritate principali, & super qualitate praedicta. De qua adest sollemnis, & antesignana *dec.297. Afflict.* quae in praxi est recepta, & servatur, *Sanfel.sect.39.n.4*.

26 Conferunt dicta per *Marant. par.6. memb.6. per Muscatell.in p.3.gloss.nomines n.24.& gloss. pari passu n.9.per Tex. in l.a. C.ubi in rem actio*, ubi *Bart.*, dicit, quod nominans in dominum facta nominatione, liberatur ab instantia, & transfunditur in nominatum, qui nominatus si est Clericus, declinat forum.

Verum si actor assumit in se onus probandi, quod nominavit in fraudem, & re vera nominans sit dominus, & possessor, tunc datur terminus, & proceditur cum nominante.

27 Curia Baronalis, & Curia Episcopalis in caussam, vel furtum in bonis particularibus Baronis, vel Episcopi, est incompetens: ut dicit de *Luca a de Marinis melioras......num.2. & de Marinis resol......tom.1.* itaut etiam parte non opponente acta sunt valida ex juris dispositione in nigro *Codicis, ne quis in sua caussa*, quorum opinio declaratur per nos in *cap.17. de caussis suspicionum*, ubi te remitto.

Et quod Episcopus potest cognoscere causam, quae non respicit personam, sed dignitatem, & jura Ecclesiastica, & potest esse judex competens in causa suae Ecclesiae, & non est suspectus, concludit *Sanfelic. decis.63. nu.3.* ex adductis per *Joannem Matt. Bellet.disquisit.Clericor.par.1.de exempt.Cleric.a statutis Secularibus n.34. & 36*.

Et omnis officialis est judex competens pro injuria sibi illata praetextu dignitatis, & officii, secus pro injuria illata personae, ut privato, nam tunc adeundus est judex superior, *Sanfel.dec. praedicta num.1.*, & late *Carleval.lib.1.disput.2.qu.7.sect.1.a n.775*.

Hic notandum duco, quod in anno 1706. Illustrissimus Episcopus Guardiae Alferiae Dominus Joannes Andreas Muscarella, mediante edicto ordinavit omnibus colonis Montis Sancti Martini, quod sub poena excommunicationis latae sententiae SS.PP. reservatae consignent terragia debita Oeconomo mensae Episcopalis, & quod nemo audeat colonos praedictos molestare, vel illos ejicere, & dicta terragia consignent Oeconomo.

De dicto edicto fuerunt pro parte Universitatis dictae Civitatis Guardiae productae aliquae nullitates.

Septima nullitas fuit, quod Episcopus non erat cõpetens in causa suae mensae, quia erat judex in causa propria, juxta *consilium....Surd.* per totum, & signanter num.9. quod in specie sequitur *Rota* in *Cassanensi census 4.Martii 1677. §.duplicis numeri. Pignatell. consult.123. num.14.* Ubi in specie tradit nullam esse excommunicationem latam ab Episcopo, dum agitur de bonis propriae mensae tamquam latam in caussa propria.

Adversus quas nullitates fuit responsum per V. J. D. Canonicum D.Rosarium Riccio Pepoli meum filium, tunc Vicarium in illa Dioecesi, & respectu dictae septimae nullitatis respondit: *Pignat. in dict. consult.* loquutum fuisse de censuris latis ab Episcopo in non subditos, & propter bona suae mensae extra dioecesim posita, & est videndum num.13. & tamen refert pugnantes opiniones, & demum in fine num.23. in Rossanensi, sive in Cosentina 24. Januarii 1668. fuisse decisum, esse validas censuras ab Episcopo pro tuitione Jurium suae mensae latas contra damnificantes bona ejusdem mensae sita in aliena dioecesi.

Et idem *Pignat.* postquam conatus fuit reprobare

re doctrinam *Innoc.* & aliorum tenentium, quod sicuti Episcopo, & cuilibet personæ licitum est suam possessionem defendere cum armis materialibus, ita multo magis licitum est se defendere cum armis spiritualibus; quia arma Episcopi sunt censuræ.

Deinde idem *Pignat.* se melius declarando nu.17. doctrinam Innocentii cum illis citatis approbat contra subditos, & num.18. subjungit, quando possessio non est dubia, & constat de violentia.

Et magis, quia agitur de excommunicatione a jure indicta, quæ denunciatur populo contra usurpantes, & propterea ubi pœna est a jure expressa potest quis esse Judex in caussa propria, quo casu juris dicitur merus executor.

Et DD. loquentes non posse Judicem in caussa propria judicare intelligendi sunt, ubi pœna esset arbitranda per Judicem, ne calore iracundiæ excedat modum; maxime quando offensa non respicit personam Judicis, sed officium, sive mensam, *Ricc. collect.*138.*Tusch.lit.I.conclus.*402.*tom.*2.

Imo quod laicus debitor Ecclesiæ, vel mensæ Episcopalis potest ab Episcopo excommunicari, *Lapsus allegat.*37. quæ incipit *an dignitas*, *Tusch.lit.E.concl.*437.*de Marin.lib.*1.*resol.*1.*n.*37.

28 Advertat tandem tam laicus, quam clericus, quod puniuntur, si se submittunt foro incompetenti; adeo quod laicus non potest se submittere jurisdictioni Episcopi, & Ecclesiastici forum prorogare.

Adeo, quod si laicus in authorem laudatus est in foro Ecclesiastico, debet protestari, quod assistit liti pro defensione laudantis, non animo se submittendi in casu evictionis, quo casu instat remitti ad Judicem laicum; Ita concludit *Montanus controv.*84. *in fin.*

Et ubi Clericus se submittit foro laicali, a suo Episcopo punitur tanquam transgressor juris canonici, & pœna aliquando fuit practicata exilii, & potest declarari incursus ad censuras, si infra certum terminum ei præstitum non renunciaverit foro laicali, *Morell.obser.*8.*fol.*22. *de pœnis clerici se submittentis Judici laico n.*3. *Genuensis cap.*6.*in fin.*

Et vide *Merlin.decis.*136.*& Gratian.discept.*190. & est *text.in c.si diligenti,& cap. significasti de foro compet.* relat. *a Novaria de electione, & variatione fori qu.*7.*n.*4.

Et si laicus trahit Clericum ad forum laicale, incidit in pœnam amissionis rei petitæ, & etiam excommunicationis per sententiam, ex *Tex. in canon.inclita* 11.*qu.*1.*& ex gloss.in c.si diligenti in ver. caussam pendere in fine de foro compet.* ita concludit *Marcus Antonius Celima in tract. de Syndic. Officialium*, *cap.*6. *n.*29., qui dicit, hoc non solum habere locum, quando laicus trahit Clericum in foro laicali, sed quando laicus laicum trahit ad alium judicem incompetentem, sive per modum ordinarii libelli, sive per modum executionis, ex doctrina *Bald. in l. in criminali Cod.de jurisdict.omn.Judic.*

Et hoc vidi practicari in Tribunali Rever. Fabricæ, ubi quando persona Ecclesiastica recursum habuit ad Reg. Coll. Conf., ut causa remittatur ad S.R.C. per dictum Tribunal Reverendæ Fabricæ fuit statim expeditus ordo, quatenus dicta persona Ecclesiastica infra dies quatuor renunciet foro laicali, alias termino lapso declarabitur incursus in censuras, & Ecclesiasticus ne in censuras incursus declaretur, statim renunciat foro laicali, & se submittit dicto Tribunali Reverendæ Fabricæ; & sio in caussa piæ dispositionis quond. Spect. Reg. Moscettulæ anno 1666. & etiam in causa dispositionis D.Francisci Petrone contra Reverendum D.Joannem Baptistam Ferraro, ut ex actis dictæ Rev. Fabricæ.

C A P. IX.

De exceptione contra personam Judicis ex defectu habilitatis, & commissionis, vel suspectionis.

S U M M A R I U M.

Judex tribus modis potest recusari, primo ex inhabilitate, ut excommunicatus, hæreticus, mutus, surdus, cæcus, &c. Secundo ex defectu commissionis, quia illam non ostendit, vel non habet expeditam. Tertio ex caussa suspectionis, num.1.

Delegatus debet citari cum inserto tenore suæ delegationis, alias ei obstat exceptio defectus commissionis, nisi modica sit distantia, num.2.

Mutato Judice ob mortem, absentiam, vel aliud impedimentum primi Judicis, non potest novus ad alium actum procedere, nisi expediatur nova monitio ad comparendum coram novo Judice, ut citatus etiam contumax notitiam habeat novi Judicis, num.3.

Doctor non approbatus a Regia Juncta sine voto Consultoris judicare non potest, quia ei obstat defectus inhabilitatis, num.4.

HUc usque dictum est de praxi opponendi contra forum, & jurisdictionem, non autem contra personam Judicis, & de praxi prorogandi jurisdictionem: Nunc continuando ordinem successivum pro legitimatione Judicis, quæ est una ex tribus personis requisitis in judicio:

Ideo in hoc 9. Cap. debet sequi praxis recusandi personam, & non forum, nec jurisdictionem Judicis.

1 Judex tribus modis potest recusari.

Primo, ratione inhabilitatis.

Secundo, ex defectu commissionis.

Tertio, ex causa suspicionis.

Ratione inhabilitatis, ut quia fuit declaratus excommunicatus, vel Judæus, aut hæreticus, vel si sit mutus, surdus, cæcus, ut docet *Jodoc. in prax. cap.* 125. *num.*3.

Ex defectu commissionis, ut quia ejus commissio fuit expedita a non habente potestatem, vel eam non ostendit, quia Officiali ordinario potest denegari possessio officii, si literas patentales non ostendat; verum quando est in possessione exercendi, citatio valet, quia præsumitur in primo ingressu ostendisse, ita *Marant.in sua prax.dist.*7 *par.*4.*n.*59.

2 Et si est Delegatus, debet citare cum inserto tenore suæ delegationis, alias sibi non creditur, & obstat exceptio defectus commissionis, & tenetur docere de commissione, & copiam facere; idem *Maranta loc.cit. c.cum in jure*, & ibi *Abb. & Felin.de offic. deleg.& in cap.præterea de dilat. & Bartol. in l.*2. *ff. si quis in jus vocatus non erit, & Feller. in addit. Marant.ibid.* Limitatur, quando citatus est in loco citantis, vel modicum distat, tunc enim arctatur comparere, & satis est asserere se delegatum, sed quando est valde remotus, & tractatur de gravi præjudicio, non est parendum asserenti se delegatum, nisi prius constet de delegatione, nec sufficit simplex copia, sed cum inserto tenore rescripti fieri debet citatio, vel debet fieri plena fides de ipsa delegatione; ita concludit *Marian. Soccin. in tract. de citat. art.* 20.

Et quod ordinarius in primo ingressu debet exhibere suam commissionem, ego dixi in 1. *Tom. meæ prax. cap.*3. *de caus. impedientib. ingress. Official. num.*10. *fol.*61.

3 Et si ordinarius mutatur, quia mortuus, vel absens, vel infirmus, aut aliquo alio impedimento impeditur, tunc si fuerit facta monitio ad sententiam, vel supra aliquo incidenti decidendo, non potest novus Judex sententiam proferre, vel incidens de-

cidere, nec ad alium actum procedere; nisi de novo expelliatur monitio, sive citentur partes ad comparendum coram novo Judice,

Adeo, quod etiam contumax debet citari coram novo Judice, alias acta sunt nulla, ex defectu citationis, quia tolleretur defensio, debet enim citatus habere notitiam per citationem, quod novus Judex procedit in illa caussa, quæ pendebat coram antecessore. *Rovit. in prag.4. n.2. de ord. Judic. Capyc. Latr. dec.69. tom.1. n.12. & 31. Nicol. in prax. civ. post n.11. Scopp. ibid. n.170.* ubi allegat *Reg. Constant. super Rub. Cod. de jur. fisc. lib.10. Petra rit.94. n.11. Gabr. resol.1. tit. de citat. n.120. Gallup. par.2. cap.4. n.2. Thor. in supp. in verbo citati super exped. causa, & Gratian. decis.108. Scop. ibid.* Quibus adde *Minad. decis.20. Sarn. in prax. civil. de contum. fol. Motill. in grad. citat. num.10. Mascatell. part.7. glos. sententiam n.13.*

Et idem est in tribunalibus collegiatis, quando Commissarius causæ mutatur, tunc per successorem Commissarium non potest in caussa procedi ad rem aliquam, nisi de novo citentur, sive moneantur partes; & hæc est praxis omnibus nota, & indubitata,

Hinc orta est praxis ponendi in citationibus, & provisionibus clausulam v3. *notificetis parti ex adverso, ut de ois plenam notitiam habeat, ne in futurum ignorantia caussam allegare valeat.*

4 Huic exceptioni ex defectu inhabilitatis fraterniaat exceptio, quod Judex non sit Doctor approbatus a Regia Juncta, & propterea non possit judicare sine voto Consultoris: de qua re dixi in primo tomo hujus meæ praxis in quæstionibus inter Gubernatorem, & Assessorem, ad quem te remitto.

Et quia tertius modus recusandi personam Judicis ex caussa suspicionis, requirit longiorem sermonem, ideo dictum tertium modum suspicionis in plura sequentia capita dividimus.

C A P. X.

De suspicione Officialium in genere.

S U M M A R I U M.

Recusatio, & suspicio quid sit, num.1.
Suspicionis etymologia, num.2.
Periculosum est coram suspecto Judice litigare, num.3.
Recusationis exceptio an sit actio, vel exceptio sunt opiniones hinc inde contrariæ, sed concluditur, quod sit exceptio, num.4.
Excommunicatus non potest agere, sed potest excipere, & Judicem suspectum recusare, num.5.
Causa suspicionis est separata a causa principali, n.6.
,, *ubi vid. quid advertitur ex nov. Constit.*
Exceptiones aliquæ narrantur, quæ competunt tam reo, quam actori, num.7.
Exceptio quid est, num.8.

IN præcedenti cap. dictum est de exceptionibus contra personam Judicis, ratione inhabilitatis, vel ex defectu commissionis; merito sequitur hoc x. caput de exceptione recusationis contra Judicem suspectum, qui licet sit habilis, & habeat commissionem, opponitur tamen exceptio contracta ex causa suspicionis, quæ cum intricata sit, & vasta nimis, magnum, & separatum requirit Tomum, maxime in Regno hoc nostro Neapolitano, in quo 23. *pragmat. fuerunt edita usque ad hunc diem,* quo hæc scribo, sed juxta nostrum institutum, & morem solitum hanc Praxim suspicionis compendioso ordine explanabimus. Primo, Definitio. Secundo, Etymologia. Tertio, Divisio. Definitur autem, quod sit Judicis ex causa suspicionis declinatio, *Verde ad Gallup. p.1. cap.4. num.53. fol.45.* & allegat *c. qui suspicio* 395. *cap. suspicionis de offic. delegat. leg. apertiss. Cod. de judic.*

1 Recusatio, & suspicio est passio animi non eligentis firmiter aliquam conclusionem; *Bald. in rubr. C. de probat. 2. column. in vers. suspicio vero est,*

2 Suspicionis etymologia est, sursum aspicere ne decipiaris subtus.

Dividitur in duas species, una, quæ allegatur in Trib. Colleg., altera in Curiis non Colleg.

3 Quantum periculosum sit coram suspecto Judice litigare experientia docet, & monet *glos. in l. apertissimi 14. C. de judic. in verbo libello.* Propterea ne quis subeat periculo Judicis sibi suspecti, proditum fuit remedium recusationis a naturali jure ortum, cum sit defensio civilis, sive canonica, & propterea favorabilis dijudicanda, *Anton. Meren. cont. 26. lib.22. n.5. ex Amat. cons.27. & Tap. dec.46.*

4 An vero hoc remedium recusationis sit exceptio declinatoria, an potius actio, discutit *Petra rit.265. num.54.* rejecto *Merenda,* qui citato loco dixit declinatoriam esse exceptionem.

5 Fundamentum *Merendæ* est, quia excommunicatus non potest actionem proponere, & in judicio agere, sed ubi fuit reus conventus potest Judicem recusare.

Et e contrario fundamentum *Reg. Petra* est, quia remedium recusationis est commune actori pariter, & Reo, & ideo si esset simpliciter exceptio non posset actori competere.

6 Insuper judicium suspicionis est omnino separatum a judicio principali, dum causa suspicionis committitur Consiliario Aulæ sequentis, & non in eadem Aula Consiliarii suspecti, & procedit ad instantiam recusantis contra recusatum in caussa suspicionis tantum, & assignatur ratio, quia

Collega redditur suspectus in caussa alterius Collegæ, *c. cum Rodericus de offic. delegati Petr. rit.265. num.75. tom.2.*

Et hoc vigore Schedulæ *Em. Card. Zapata Vicereg.* sub die 17. Januarii 1621. quæ schedula est transcripta apud eundem *Petram d. rit.265. tom.2. n.68.*

,, Præ oculis habere est, quod in nov. Constit. hoc
,, idem respectu Judicum M.C.V. §.5. num.23. decer-
,, nitur. Ibi: XXIII. *Occorrendo darsi per so petto*
,, *qualche Giudice, vogliamo, che da oggi avanti la*
,, *causa della sospezione del Giudice d'una Ruota, si*
,, *debba commettere, e trattare nell'altra Ruota.*

Quicquid tamen sit, certum est, quod ex causa suspicionis declinatur a Judice tam per actorem, quam per Reum, & ideo inter declinatorias exceptiones numeratur.

7 Et mirum non est, quod exceptio hæc competit etiam actori, quia exceptio compromissi, exceptio variationis fori, & aliæ quamplures spectant etiam actori, & tamen exceptiones dicuntur, quia ex-
8 ceptio est omnis fallentia, sive limitatio, quæ limitat regulam; exempli gratia. Regula est, quod actor debet sequi forum rei, ab hac regula excipitur, quando Judex est suspectus, quando aliquis ex litigantibus est privilegiatus, ut fiscus, Neapolitanus, &c. vel quando sunt Consanguinei, qui possunt petere compromissum, & sic exceptio est, licet ea utatur actor.

Et regula illa, quod actiones sunt actoris, & exceptiones sunt reorum, adhuc habet suas limitationes.

Non enim reperitur regula tam generalis, quæ non patiatur aliquam exceptionem.

Ideo potest numerari inter fallentias regulæ, quando actor potest uti eadem exceptione, qua utitur reus.

Et hoc sufficiat pro explicatione suspicionis in genere; at pro faciliori intelligentia causæ suspicionis

in

in specie, ipsam dividemus in plura capita distincta, nempe,

Cap. 11. De collectanea omnium legum de suspicione loquentium, attento tam Jure Civili, & Canonico, quam Jure Regni.

Cap. 12. De praxi proponendi suspiciones in Tribunalibus Collegiatis.

Cap. 13. De tertio, & quarto requisito, ut suspicio proponatur per Capita, & subscribatur ab Advocato.

Cap. 14. De quinto requisito, ut suspicio proponatur intra terminum.

Cap. 15. De instantia suspicionis infra quantum tempus praecluditur.

Cap. 16. De probatione in caussa suspicionis.

Cap. 17. De caussis suspicionum.

Cap. 18. De Judice competente in caussis suspicionum in Tribunalibus Collegiatis.

Cap. 19. De praxi recusandi Judicem in Curiis Baronalibus, Regiis, non Collegiatis.

Cap. 20. De Formula libelli, & actorum in caussis suspicionum.

C A P. XI.

De Collectanea omnium legum circa suspicionem loquentium attento tam Jure Civili, & Canonico, quam jure Regni.

Summarium non fit hic, quia ipsa collectanea deservit pro Summario.

PRaxis suspicionis officialium, ut bene, & citò concipiatur, fas est omnia Jura civilia, & canonica, & prag. hujus Regni Neapolitani a primordio Mundi usque ad praesentem diem memorare, & sub brevi compendio elucidare, ut quisque possit sine equivocis, & a DD. controversiis, aboletisque antiquis usibus purgatam prae oculis habere modernam hujus nostrae tempestatis praxim.

Et incipiendo a jure civili, habemus *text. in l. apertissimi C. de judiciis*, ubi *gloss.* in verbo *recusare*, & Doctores omnes, dicunt Judicem posse allegari suspectum solo juramento, non expressa causa suspicionis, *& auth. si vero contingerit, & l. fin. Cod. eod.* ut notat *Caravit. & Petr. in rit. 265.*

De jure canonico habemus *tex. in cap. 2. requiris 21. §. 1. & cap. cum speciali de appellat. & cap. suspicionis de offic. delegati*, ubi Doctores omnes dicunt, quod recusans Judicem debet causas exprimere, & probare.

De jure hujus Regni habemus viginti tres pragmaticas, quarum una, & viginti sunt sub *tit. 161. de suspicion. official. in tom. 3. pragm.* & duae sunt inter praetermissas.

Sunt quaedam aliae sub aliis tit., de quibus mox dicemus.

Compendium omnium Pragmaticarum de suspicionibus.

Prima Pragmatica fuit in Regno promulgata a Regina Ioanna II. die penultima Septembris 1417. quae non reperitur *in dicto tit. Pragm.* sed est inserta *in Ritu M.C.V. 265.*

Et ex dicta Pragm. sive ex d. Rit. 265.

Primo assumitur, quod circa suspiciones Officialium abolitur in Regno dispositio juris civilis, & amplectitur illa juris canonici, ibi: *ordinamus, quod non obstante dispositione juris civilis, &c. sed sequendo juris canonici sancitionem.*

Secundo assumitur, quod causae suspicionis exprimi debeant non coram ipso judice suspecto, nec in eodem Tribunali, aut Curia, ubi residet suspectus, sed coram Protonotario Regni, ibi: *causae suspicionis exprimantur coram Logotheta, & Protonotario Regni*, ubi nota, quod hic est unus, qui habet duo officia, sc. est Loghoteta, & Protonotarius.

Tertio assumitur, quod probatio causarum fiebat oretenus coram ipso Protonotario, vel substituendo ab eo, qui decidebat, si causa suspicionis justa erat, vel injusta; & nemo alius erat Judex competens in dicto judicio suspicionis, ibi: *sine scripturis se informet oretenus*; & ibi; *arbitrio ipsius Protonotarii, vel alterius eligendi per eum inspiciendum committimus, si causa suspicionis justa sit, vel injusta.*

Quarto assumitur, quod Judex suspectus remanet sine jurisdictione statim post allegatam suspicionem, donec fuerit causa suspicionis decisa, ibi: *nullatenus admittat, sed ad ipsius Prot. dictum Judex ille allegatus suspectus procedat*, & ibi, *Prot. dicto super hoc stetur absque aliquo contradictione.*

Pragmatica prima registrata in tit. 161. de suspic. Offic.

Haec fuit promulgata ab invicto Imperatore Carolo V. anno 1540. Verum *in Pragm. 40. de offic. S.R.C.* dicitur fuisse promulgatam Madriti die 10. Novembris 1539. ut in §. 2. Ex hac prima Pragmatica.

Primo assumitur, quod in Supremis Tribunalibus Sacri Consilii, Regiae Camerae Summariae, & Magnae Curiae Vicariae causae suspicionis allegari debent in scriptis, coram omnibus judicibus ipsius Tribunalis praeter ipsum suspectum, & si suspicio militat, jubeant illum abstinere, caeteri vero procedant in causa, si remanserint numero non tribus pauciores, alias procedatur cum adjuncto alterius Aulae. Hoc servatur in aliis Tribunalibus, praeter Sac. Cons. ubi servatur Viglietum Em. Card. Zapata, de quo vide, quae dico *in Pragm.* 10. inferius.

Pragmatica 40. de officio S.R.C. edita per D. Petrum de Toledo die 12. Iunii 1545. confirmat hanc Pragm., & statuit.

Primo, quod praefigatur terminus ad probandas suspicionum causas.

Secundo, tam principales, quam Procuratores, & Advocati suspicionem proponentes mulctentur poena ab ipso Tribunali statuenda, si causae non militant, vel non sint probatae.

Tertio, suspectus non interveniat in votando, nec in relatione.

Quarto Pragmaticae spectantes ad Sacrum Consilium, & ad illius ordinem, & optimum regimen specialiter compositae observentur ab aliis quibuscumque Tribunalibus Regiae Camerae, Magnae Curiae Vicariae, Regiarum Audientiarum.

Secunda Pragmatica de suspicionibus Edita die ultima Augusti 1551. D. Petri de Toledo ad instantiam Universitatis Petrae Pertosae emanatae contra Archiepiscopum Acheruntinum, &c.

Tertia Pragmatica D. Parafan sub die 26. Octobris 1566.

Mandant, ut nemo pro causis suspicionis Officialium adeat Curias Ecclesiasticas, sed Regias, revocando expresse *Prag. 9. de ordine judicior.* promulgatam anno 1477., in qua fuit permissum adire Curias Ecclesiasticas pro decidenda causa suspicionis, juxta morem, quo utebantur Hispani.

Quarta Pragmatica Cardinalis de Granuela sub die ultima Aprilis 1575.

Mandat, quod sororii habentes duas sorores sint suspecti in causis, ubi unus est Judex, & alter Advocatus.

Quinta Pragmatica Marchionis anni 1576. sub die 4. Maii.

Mandat in recusatione alicujus Spectabilis Regentis

tis Collateralis Consilii, vel Præsidentis Sacri Regii Consilii, vel Locumtenentis Regiæ Cameræ Summariæ, aut R.Conf., vel Præsidentis, vel Judicis M.C.V, vel Advocati Fiscalis Reg. Cam. & dictæ M. C. suspicionis caussas esse prius discutiendas, an sint relevantes, si in termino fuerint probatæ; quæ si etiam probatæ non militaverint, recusans mulctetur pœna ducatorum 15. pro medietate Regio Fisco, & pro medietate Officiali allegato suspecto.

Sed si in discussione judicatum fuerit esse relevantes, tunc statuatur terminus ad probandum, quæ si non fuerint probatæ, vel parte desistente non fuerit judicium prosecutum, mulcta erit duc. 50. quæ augetur in *Pragmatica* 10. & *Pragmatica* 15. ut infra, & augetur in *Pragmatica* 22. in caussis suspicionis tractandis in Collaterali.

Sexta Pragmatica D. Ioan de Zunica anni 1480. die ultimo Iunii.

Confirmat Pragmaticam Cardinalis Pacecco anni 1555. die 28. Martii, & aliam D. Joan. Mauriquez de Lara anni 1558. die 26. Octobris, quæ duæ Pragmaticæ sunt interclusæ *in Prag. 23. de offic. S.R.C.*

Confirmat etiam Pragmaticam ipsiusmet de Zunica ejusdem anni 1590. die 29. Februarii, quæ est *quinta* sub *tit. de munerib. Official.*

In quibus tribus Pragmaticis confirmatis statuitur, quod Procurator, vel Advocatus, qui sit consanguineus usque ad tertium gradum inclusive Iudici, non possit publice, vel secrete patrocinari, & Magister actorum in dicto gradu conjunctus Procuratori, vel Advocato in causa se abstineat.

Pariter filius, sive frater utrinque, vel ex altero latere conjunctus consobrinus, Cognatus, vel Nepos, sive patruus alicujus Judicis, licet non sit ipse Commissarius in caussa non possit patrocinari.

Ita pariter statuitur de genero, & socero, & quicquid dispositum est in consanguineis, sit dispositum etiam in affinibus, & quod dictum est de fratre consobrino, & de nepote habeat locum in marito sororis consobrinæ, & marito neptis, sive ex linea descendenti, sive ex transversali.

Prædicta tamen dispositio Pragmaticarum declaratur habere locum, quando Officialis recusatur uti suspectus per eum, contra quem conjunctæ personæ in supradictis Pragmaticis expressæ patrocinium præstant, & non quando personæ prædictæ sunt contentæ, ut Officialis interveniat in causa, ut *in d. pragm. 6.*

Pragmatica Septima anni 1584.

Mandat, ut Judices non possint suffragium ferre, ubi consanguinei, vel affines usque ad tertium gradum sunt Advocati, & patrocinium in una causa reddit suspectos in omnibus causis ejusdem litigantis.

Pragmat. 8. anni 1585. Die 20. Iulii. D. Petri Giron.

Mandat, ut Judicis suspicio proponatur ante conclusionem causæ. Postea vero non recipiatur etiam si juret de novo pervenisse notitiam suspicionis, & hæc 8. *Pragm.* confirmatur per *Pragm.* 10. ut infra.

Pragmat. 9. Comitis Mirandæ. Die 20. Aprilis 1588.

Mandat, ne officiales interveniant in causis eorum, a quibus filii sint consecuti Jus patronatus, vel beneficia Ecclesiastica.

Pragmat. 10. ejusdem Comitis Mirandæ. Die 31. Octobris 1594.

Mandat, ut Judex allegatus suspectus pendente Judicio suspicionis continuet in procedendo usque ad sententiam exclusive, & acta sint valida, etiam, quod suspicionis causa decidatur militare, & hoc ne cursus causæ ex malitia recusantis retardetur, ut in §. 2.

Sed hic §. 2. est revocatus per cedulam Emin. Card. Zapata Vic. Reg. sub die 17. Ianuarii 1622. teste *Reg. Petr. rit. 265. num.* 68. per quam cedulam mandatur, ut causa suspicionis committatur Consiliario Aulæ sequentis, & causa principalis alteri Consiliario ejusdem Aulæ, in quam residet Commissarius allegatus suspectus, & ita servatur hodie.

Mandat etiam, ut instantia suspicionum sit dierum quindecim, qui terminus confirmatur per *Pragm.* 11.

Sed hic terminus fuit prorogatus ad dies 30. per *Pragm.* 15. §. 2. & explicatur per *Pragm.* 18. ut infra, & elapso termino si non fuerit decisa suspicio possit suspectus in causa procedere, ut in §. 3.

Hæc *Pragm.* 10. mandat etiam, ut suspiciones proponantur per Advocatos caussæ, cum subscriptione, & non per alios.

Et ubi capita suspicionum non recipiuntur tamquam frivola juxta dispositum *Prag.* 5. *hoc tit.* Tunc mulcta solvatur pro medietate ab Advocato, & pro altera medietate a principali.

Et ubi capita suspicionum militarent, sed non fuissent probatæ, tunc mulcta solvatur a parte tantum.

Advocatus tamen, qui bis succumbit in caussis suspicionum, tertia vice solvat duplum pœnæ, ut in §. 4.

Requisita tria requiruntur simul, & semel; primum, ut suspiciones proponantur per capita.

Secundum requisitum, ut fiat depositum.

Tertium requisitum, ut subscribantur ab Advocato.

Mulcta erit ducatorum triginta solvenda ab Advocato pro medietate, & a principali pro alia medietate, quando capita suspicionum non admittuntur, uti frivolæ.

Sed mulcta erit ducatorum centum solvenda tota per principalem, quando capita sunt admissa, sed non probata, & aufertur potestas Præsidi committendi causas suspicionum, nisi completis his tribus requisitis, ut supra, quæ pœna augetur in *Pragm.* 22. ad duplum, quando suspicio proponenda est in Collat., pro executione ordinum Regalium.

Et ipso jure mulcta debetur; Nec potest restitui depositum facto decreto suspicionem non subsistere, ut §. 5. & 6.

Pragmat. 11. Comitis de Lemos sub die 25. Iunii 1600.

Per hanc Prag. confirmatur *Prag.* 10. §. 3. supra eodem *tit.*, ut servetur terminus dierum 15. decurrendus de momento ad momentum a die termini ad probandum in caussa suspicionis, quibus diebus 15. elapsis procedatur, ac si nunquam suspicio esset proposita, sive pronunciatum sit, sive non super capitibus suspicionum.

Sed hæc corrigitur per *Prag.* 15. §. 2. & explicatur per *Pragm.* 18.

Pragm. 12. ex Valladolid mandata a Catt. Majest. die 6. Iunii 1605.

Mandat, ne possint suspecti allegari Locumtenens Regiæ Cameræ, & Fisci Patr., nisi urgeant magnæ, & legitimæ caussæ.

Confirmatur per *Pragmat.* 10. infra hoc *tit.* & per *Prag.* 75. §. 78. *de Offic. Procuratoris Cæsaris.*

Pragm. 13. ejusdem Regis ex Madrid sub die 12. Iulii 1606.

Prohibet, ne Vicerex per literas schritiorum (vulgo *viglietto di Secretaria*) possit admittere suspicionem allegatam contra Locumtenentem, & Fisci Patr. Regiæ Cameræ.

Confirmatur per *Pragm.* 14. *num.* 24. *de Offic. Segretarii*, & per seq. *Pragm. hoc tit.*

Pra-

Pragmat. 14. ex eodem Rege ex Acerranea sub die 17. Iulii 1610.

Confirmat Pragm. antec. ne Locumtenens, & Fisci Patr. Regiæ Cameræ possint ullo modo recusari per literas schrinlorum Proregis (vulgo *per viglietta particolare*) sed capita suspicionum formiter per capita proponantur ordine judiciario servato.

Idem fuit ordinatum *in Pragm.* 12. *hoc tit.* quando suspiciones essent magnæ, & urgentes.

Confirmatur hæc Pragmatica per *Prag.* 75. *§.* 78. *de Officio Proc. Cæs.*

Pragm. 15. Comitis de Lemos sub die 3. Novembris 1611.

Hæc Pragm. dat modum proponendi suspiciones, & nonnulla reformat circa eas.

1 Primo auget pœnam ducatorum triginta ad duplum, idest ad 60. solvendam pro medietate per principalem, & pro alia medietate per Advocatum, quando suspiciones tanquam frivolæ rejiciuntur absque termino, ut dictum est *in Pragm.* 5. *& Prag.* 10. *hoc tit.*

2 Et pœna ducatorum centum solvenda post datum terminum in causa suspicionis augetur, etiam ad duplum, idest ad ducatos biscentum.

3 Et depositum dictarum mulctarum liberatur, & applicatur pro medietate ad Fiscum, & pro medietate ad beneficium Iudicis recusati, quando declaratur suspicionem non militare.

4 Verum hoc intelligi debeat in caussis, quæ excedunt valorem ducatorum quingentorum; qui valor regulatur a petitione actoris.

5 At ubi valor esset dubius, tunc Commissarius, qui cognoscit causam suspicionis, cognoscat, & declaret an depositum sit faciendum simplum, aut duplicatum, & ab hac declaratione non possit admitti remedium appellationis, restitutionis in integrum, nec quodvis aliud remedium, ut in §. 2.

6 Cum alia declaratione, quod dicta duplicatio depositi servetur, quando suspicio allegatur contra Regentes, vel Segretarium Collat. Cons. & contra Ministros S. R. C. & Regiæ Cameræ Summariæ.

7 In aliis vero Tribunalibus, ut in M. C. Vic. crimin. & civil. Rationalibus Regiæ Cameræ, & aliis Tribunalibus depositum admittatur simplum, juxta *Prag.* 10. *hoc tit.*

Scilicet ducatorum 30. ante terminum, & post terminum datum in causa suspicionis.

8 Capita suspicionum subscribantur ab Advocato ordinario causæ, & non ab aliis, vel subscribantur a principali, cum deposito tamen duplicato illius, quod fieret, quando Advocatus causæ subscriberet, ut in §. 4.

9 Et dicta mulcta irremisibiliter exigatur, etiam si recusans renunciasset recusationi factæ, tam ante, quam post terminum datum in causa suspicionis, ut in §. 5.

10 Terminus ad suspiciones proponendas statuitur 40. dierum decurrendus a die primi libelli notificati ad principalem, & si notificatur ad Procuratorem detur terminus ad denunciandum principali absenti, quo termino ad denunciandum jam elapso incipiat currere terminus quadraginta dierum.

11 Et ubi supervenerint Iudices adjuncti, vel novi, tunc dictus terminus 40. dierum currit a die unionis Rotarum, & a die provisionis novi Iudicis notificatæ parti.

12 Verum, quando causa supervenerit post judicium ceptum gaudet termino 30. dierum ad proponendam suspicionem decurrendo a die, quo causa novæ suspicionis supervenerit, ut in *d. §. 6.*

13 Iudex, qui non fuit allegatus suspectus in prima instantia non possit ulterius in gradu appellationis, reclamationis, nullitatis, vel restitutionis in integrum allegari suspectus, nisi in casu supervenientis novæ causæ, tunc enim ob novam causam potest suspicio proponi infra triginta dies, ut supra.

14 Quibus terminis elapsis amplius suspicio allegari non potest, etiam si jurasset non prius ad suam notitiam pervenisse dictæ suspicionis causam; Neque per viam restitutionis in integrum, neque per quamvis aliam rationem, §. 9.

15 Suspiciones proponantur verbis emendatis, & urbanis, alias non recipiantur, nisi reformato libello, & ubi essent verba nimis contumeliosa, fiat relatio ad S. E. ne remaneat impunita ejusmodi contumelia, §. 10.

16 Suspicionum capita clausa, & sigillata non possunt præsentari, nec recipi per alium, nisi per caput illius Tribunalis, & si suspicio proponatur contra caput Tribunalis debet præsentari ad S. E. vel ad Secretarium Regni, ut in §. 11. Et hic §. est ampliatus *in Pragm* 23. ubi vide.

17 Nemo ex Iudicibus seipsum possit suspectum allegare, sed conferat cum aliis collegis, qui determinent quid eis videatur justum §. 12.

18 Iudex recusatus, etiam consentiente recusante amplius intervenire in eadem causa non poterit, nisi utraque pars consentiat.

19 Verum in aliis causis diversis sufficit consensus recusantis tantum, §. 13. sed corrigitur per *Pragm.* 20. *hoc tit.* ubi statuitur non sufficere consensum recusantis, vel diversæ partis, & demum *d. Pragm.* 20. corrigitur per *Pragm.* 22.

20 Si quis affectat, sive causam dat suspicioni, & dictam affectatam causam proponat, non admittatur, sed fiat relatio S. E. ut condignam pœnam patiatur, §. 14. confirmatur. & ampliatur *in Pragm.* 10. *hoc tit.*

21 Suspicio si sit ex causa inimicitiæ, debet species inimicitiæ exprimi, ut si offendat totum parentatum, tunc admittatur usque ad quartum gradum consanguinitatis, & ad tertium affinitatis inclusive de jure canonico.

22 Sed ubi non offenditur parentatum, sive familia, inimicitia tamen erit capitalis, tunc admittitur recusatio usque ad tertium gradum consanguinitatis, & ad secundum affinitatis.

23 Inimicitia postquam fuerit reconciliata inter principales non potest per conjunctum principalis recusari Iudex.

24 Sed si velit ipse principalis reconcillatus, servetur dispositio legum, si, vel ne possit post reconcillationem suspectus allegari, §. 15.

25 Sed vide *Pragm.* 75. *§.* 78. *de officio Procuratoris Cæs.*, quæ disponit, ut inimicitia ex causa litis admittitur inter ipsos litigantes tantum.

26 Sed ubi lis esset tanti ponderis, ut ex ea inimicitia capitalis oriatur, tunc suspicio etiam ad successores litigantium immediate ampliatur, & ad conjunctos secundi gradus, sive consanguinitatis, sive affinitatis §. 16.

27 Compatratus est causa sufficiens suspicionis inter baptizantem, & baptizatum, matrem, & patrem baptizati, inter quos contrahitur cognatio spiritualis, juxta *Conc. Triden. sess.* 24. *cap.* 2. *de reformat. matrim.* relatum per *Rosarium Riccium Pepoli* meum filium *in Prax. Eccles. cap.* 29. *num.* 11.

28 Advocatus, qui fuit in una causa, est suspectus in eadem causa, etiam utraque parte consentiente §. 18.

29 Si Iudex non detegit caput, vel salutem non annuit litiganti, non est causa sufficiens suspicionis; dummodo Iudex juret non vidisse eum, verum tunc non solvitur pœna aliqua §. 19.

30 Altera pars se opponere potest contra recusantem, non tamen cum productione testium, sed solum annuendo diligentias Commissario causæ suspicionis, & quicquid aliud oportebit pro defensione contra recusationem §. 20.

Fi-

31 Fides privata, ſive teſtimonium, ſive atteſtatio extraiudicialis facta non admittatur, ſed teſtis in quacumque dignitate conſtitutus judicialiter deponat cum juramento in cauſis ſuſpicionum §.21.

32 Infra 30.dies poſt præſentata capita ſuſpicionum recuſans producere debet teſtes, & ſcripturas, & complere compilationem proceſſus, alias habeatur pro concluſo, nec etiam per viam reſtitutionis in integrum, vel quavis cauſa differri poſſit dictus terminus, & propterea S. C. redeat poſt prandium in die Iovis, vel alio die, quo Vicaria refert appellationum cauſas, & ſic cauſæ ſuſpicionum non dilatentur ob multitudinem cauſarum, quæ in S. C. ſolent eſſe §.22.

33 In cauſis ſuſpicionum non admittitur remedium appellationis, reclamationis, nullitatis, reſtitutionis in integrum, recurſus ex notoria injuſtitia, tam contra diffinitivam, quam contra interlocutoriam, etiam de incidentibus, quæ per diffinitivam reparari non poſſunt, §.23.confirmatur per *pragm.9. & 11.* & adeſt *Rit.M.C.V.*264.

Pragm.16.Comitis de Lemos ſub die 31.
Maii 1616.

Advocati non ſuſcipiant nova patrocinia cauſarum, in quibus judicent Iudices ſibi conjuncti in gradu prohibito, concordat *Pragm. 6. & 7. hoc tit. Pragm.1.§.4.de cauſis decidendis,& Pragm.23.de off. S.R.C.& Pragm.5.de muneribus Officialium, & prag. 7.§.2.de Offic. Iudicum.*

Nullo modo fieri poteſt decretum, quod reſtituatur depoſitum, quando non admittuntur capita ſuſpicionum, ex quo ſunt reiicienda ex tenore illarum, vel ex quo non ſint in tempore propoſita, quia ſuſpicio offendit aures Iudicis, tanto magis, quanto minus militat, ideoque dicta offenſio non debet remanere impunita.

Pragmatica 17.non eſt proprie *Pragmatica*,
ſed ordo S.E. per ſcriptorium ſub 12.
Novembris 1628.

Incipiens *El Duque mi Señor,* mandat quod

Suſpicione allegata, proponens tantum fruitur, & non ſui conſanguinei, ibi: *Valgan tan ſolamente por las Perſonas que las prepuſieren, y no por ſus deudos.*

Pragmatica 18. *Ducis Alcalà ſub die* 15.
Februarii 1631.

Confirmat omnes Pragmaticas circa ſuſpiciones Officialium, & ſignanter *pragm.*15.quæ declaratur, ſc. quod terminus triginta dierum *in dicta pragm.*15. ſtatutus currat de momento ad momentum, & infra dictum terminum recuſans procurare debeat non ſolum compilationem proceſſus, ſed finalem expeditionem cauſæ ſuſpicionis.

Et dictus terminus neque per viam reſtitutionis in integrum ad inſtantiam cujuſvis perſonę etiam privilegiatæ prorogari poſſit,neq;per viam nullitatis,nec poſſit quodvis impedimentum allegari, ita quod altera pars nullam diligentiam facere teneatur, neque procurandi intimationem actorum, & decretorum.

Et ubi impedimentum eſſet ob infirmitatem, vel abſentiam Commiſſarii cauſæ ſuſpicionis, infra eundem terminum recuſans procurare debeat, ut alteri committatur durante impedimento.

At ubi Impedimentum veniret ex culpa Commiſſarii,recuſans recurrere debeat ad S.Excell. §.1.

Terminus triginta dierum adeo ſtricte ſervandus eſt, ut ipſis elapſis poſſit procedi in cauſa principali cum interventu Iudicis recuſati, & Commiſſarius ſuſpicionis domi debet liberare depoſitum pro medietate ad Regium Fiſcum, & pro medietate ad Iudicem recuſatum,ad ſenſum *pragm.*15.§.2.

Et dictus terminus impediri non poſſit ob memoriale expeditum a S.Excell.vel a Collaterali Conſilio chm decretatione *intimetur parti,* vel quod *talis Regens ſe informet, & rationem reddat*, aut cum altera ſimili decretatione.

Et dictus terminus ne impediatur, in illa rota, ubi tractatur cauſa ſuſpicionis, ſufficit numerus trium Iudicum,& ubi ſunt duæ Aulæ,quinque Iudicum.

Et omnis ordo, decretatio, aut reſcriptum in contrarium, quod obtinetur a S. Exc. vel Collaterali Conſilio abſque mentione, quod fuerit adverſa pars audita, nulla de eo habeatur ratio, ſed procedatur ad expeditionem cauſæ ſuſpicionis cum tribus Iudicibus in una Aula,& cum quinq; in duabus aulis §.2.

Actuarius cauſæ ſuſpicionis, ſive Secretarius, aut alius, ad quem ſpectet, ſtatim conſignet proceſſum compilatum,notando diem conſignationis,tam in proceſſu, quam in libro ſeparato, & curet expeditionem, alias a viſitatore poterit procedi contra culpantem,§.3.

Præſes teneatur præciſe in qualibet hebdomada diem aſſignare pro expediendis cauſis ſuſpicionum, vel poſt prandium diei, in quo Vic. refert cauſas in S.C.ad ſenſum *pragm.*15. §.22. vel aliam diem de mane,& culpabiles punientur a Viſitatore.

Et idem ſervetur in Collaterali, in Regia Camera, & M. C. ad onus ejus, qui eſt caput Tribunalis, §.4.& 5.

Pragm.19.Comitis de Monte Rey,ſub die 12.
Novembris 1634.

Suſpiciones non recipiantur, ubi actor, vel reus præbuit cauſam offenſionis re, aut verbis in perſonam Iudicis, uxoris, & aliorum conjunctorum, vel movendo aliquam litem affectatam, vel figurando cauſas ſecretas ad confirmationem, & declarationem *pragm.*15.§.8.*hoc tit.*

Et caput Tribunalis teneatur certioratam facere S.Exc.& Advocatum Fiſcalem Realis Patrimonii, & M.C.V. ut curent a S.Exc.ordines neceſſarios contra recuſantem.

Pragm. 20. *Comitis de Villa Mediana ſub die*
30.*Octobris* 1652.

Hæc Pragm.corrigit §.13. *Pragm.*15.& mandat, ut Iudex ſemel recuſatus non poſſit unquam amplius convenire in cauſis tam præſentibus, quam futuris, etiam accedente conſenſu recuſantis, vel ambarum partium, ac non obſtante quovis regio aſſenſu, diſpenſatione, aut ordine obtento, aut obſervantia in contrarium,aut ſtatuto.

Sed hæc Pragmatica fuit correcta per *Pragm.* 22. *§.ancorchè.*

Pragm.21. ejuſdem Comitis de Villa Mediana
ſub die 4.*Martii* 1653.

Conſiliarii dati pro adjunctis interveniant tantummodo in decretis diffinitivis, non etiam in aliis.

Pragmat.22. In prætermiſſis Comitis S. Stephani
ſub die 2.*Septembris* 1689.

Quæ incipit (*benchè dagli Ill.Viceré*)

Hæc confirmat omnes Pragmaticas antecedentes, cum moderatione ut infra, & contra tranſgreſſores hoc curetur in reali viſitatione, & in Syndicatu reſpectivè.

Suſpiciones recipi non poſſint, niſi præſententur a litigante, vel ejus Procuratore ſpeciale mandatum habente, ſubſcriptæ ab Advocato, qui onus cauſæ principalis habet, non ab alio, qui etiam eſſet Collega, vel qui aſſiſtit, & loquutus fuit in Aula, aut qui de ordine S. Exc., vel aliorum Superiorum aſſumpſit patrocinium, aliter recipi non poſſint.

In diffinitivis decretis, & in decretis incidentibus, tam ſi poſſunt, quam ſi non poſſunt reparare eorum gravamen in diffinitivo, obſerventur antecedentes Pragmaticæ, non obſtante quavis obſervantia, aut judicatura in contrarium.

Et Pragmaticæ omnes de præterito promulgatæ circa ſuſpicionem ſerventur in Regia Iuncta, in Conſul-

sultore Cappellani Majoris. in Consultore Reg. Trib. Reverendæ Fabricæ, & in omnibus, qui sunt de gremio Tribunalis Collegiati.

Terminus 40. dierum proponendi, & 30. prosequendi causam suspicionis, non obstante prætextu, quod suspicio sit notoria, tam in facto, quam Iure, servetur, quavis judicatura, vel DD. opinione in contrarium non obstante, & quovis ordine in contrarium obtento a S. E., vel ab aliis, & Secretarii non portent processum expediendum sub modo præscripto sub pœna suspensionis, & aliis pœnis S.E. reservatis.

Verum quando clare constat per publicam scripturam, quod Judex fuit Advocatus in controversa lite, vel consanguinitatem, aut affinitatem esse inter ipsum & litigantes indubitanter, tunc non comprehenditur in dispositione dictarum Pragmaticarum.

Parentela in causa suspicionis debeat extendi usque ad tertium gradum consanguinitatis, & ad secundum affinitatis inclusive, juxta jus Canonicum.

Corrigitur *Pragmat.20. hoc tit. de susp. data sub die 36. Octobris* 1652. quæ statuit judicem in una causa suspectum durare suspectum in omnibus aliis causis recusantis, & hæc mandat, quod remaneat hoc sub dispositione Iuris communis, ut ante illam Pragmaticam servabatur, ut in hac *Pragmat.22. §. Ancorchè*.

Suspectus declarari non potest quivis Minister sine cognitione judiciaria, nec per scriptorium, aut quemvis alium ordinem, nec per decretum Collateralis absolutum, etiam si dicat, *ex causis*, alias Ministri non se abstineant a judicando, & decreta, quæ aliter fiunt in beneficium recusantis non servata forma cognitionis ordinariæ, sint invalida tamquam cōtra expressum casum legis, quæ nullitas possit proponi omni tempore futuro, nullo termino præscripto.

In recusationibus, quæ pro exequutione realium ordinum proponendæ sunt in Regio Collaterali, depositum debeat esse duplicatum ultra illud, quod in antecedentibus Pragmaticis fuerat statutum.

Votum propalatum non est generaliter justa causa suspicionis admittendæ, sed cum distinctione. Nam illa, quæ oritur in actu informationis, quæ Ministris traditur circa merita causæ, tam in Aula, quam domi, non est sufficiens ad recusandum, sic etiam suspicio, quæ infertur ex relatione, vel voto ad S.E. de ejus ordine misso, neque est sufficiens, sed de hoc vide seq. *Pragm.23*. quæ ampliat, non solum quando relatio fit ad S.Excellen. de ordine ipsius Excell. Vicereg., sed etiam si fiat ex officio.

In aliis vero casibus servetur dispositio Iuris communis.

Obligatio, vel mandatum factum de non offendendo, aut cautio sub fide & verbo Regio non est justa causa recusationis, sed debent considerari, & discuti causæ, propter quas fuit data dicta cautela.

Pragmatica 23. *in prætermissis Cardinalis Grimani sub die* 12. *Julii* 1710.

In hac Pragmatica insertæ sunt Regales litteræ mandantes.

Primo, quod non possit dispensari super Pragmaticis circa suspicionem, & quod servetur *Pragm.22. Comitis Sancti Stephani*, & ubi accidit justa causa dispensandi, debeat fieri relatio distincta cum consensu Collat.Cons. ad S.M.

Secundo, & nullo modo remitti possit pœna in causa suspicionis, neque cum clausula ex causis discussis.

Tertio, frivolum, & insussistens declaratur caput recusationis, quod proponitur contra Ministrum, qui fecit aliquam consultationem ad Dominum Viceregem non solum quando dicta consultatio facta fuerit de ordine ipsius Domini Viceregis, sed etiam si sit facta ex officio, nullo præcedente ordine.

Quarto, & dictum caput suspicionis non admittatur contra quemcumque Ministrum, & multo minus contra caput Tribunalis, ubi pendet lis; at contra Præsid. S.R.C., vel Locumtenentem Regiæ Cameræ debent præsentari in manibus ipsius Domini Viceregis capita suspicionis.

Nota, quod hic 4.§.est ordinatus etiam in Pragmatica 15. §.16. contra quemcumque caput Tribunalis, sed quando præsentatur suspicio contra caput S.C. & R. Cam. ampliatur hic, ut

Quinto, donec per Collat. non fuerit facta cognitio causæ suspicionis contra dictum Præsidentem, & Locumtenentem, & non fuerit declarata subsistens, interim cursus causæ principalis cum interventu ipsius Præsidentis, vel Locumtenentis non impediatur, nisi in casu, quo ipse Viceræx cum Collaterali mandaverit, quod non interveniat, sed pendente suspicione se abstineat.

Ubi nota, quod caput M.C.V., & Reg. Aud. statim impediuntur intervenire, non expectata declaratione Collat. Cons. si vel ne subsistat suspicio.

C A P. XII.

De Suspicionibus in Tribunalibus Collegiatis cum primo, & secundo requisito.

S U M M A R I U M.

Suspicia non admittitur, nisi a Principali, vel a Procuratore speciale mandatum habente, proponatur, num. 1.

Speciale mandatum in materia suspicionis, quodnam sit, declaratur, num. 2.

Cautela, & praxis datur, ut concedatur terminus ad procurandum speciale mandatum, nec terminus 40. dierum currit, nisi a die scientia perventa principali absenti, num. 3.

Suspicia allegari debet in scriptis, vel verbis modestis, alias punitur, vel non admittitur, nisi emendato libello, num. 4.

Suspicionum capita clausa, & sigillata præsentari debent coram capite Tribunalis: Et ubi est contra caput, præsentantur ad S.E. vel ad Secretarium Regni. Et si Auditor Principalis destinatur per Collat. Cons. ad capiendam informationem, capita sunt proponenda in Collaterali Consilio, ubi petenda est depositio Principalis, num. 5.

Suspicio super faciem loci tempore accessus, quomodo practicatur? num. 6.

Suspicia ut admittatur in Tribunalibus Collegiatis, quinque requisita sunt necessaria, alias non recipiuntur, num 7.

Suspicione proposita cum omnibus quinque requisitis datur praxis procedendi, num. 8.

Depositum ante terminum quantum esse debet, & quantum post datum terminum, num. 9.

Depositum evitatur, mediante paupertate, num. 10.

Depositum, quando, & in quibus Curiis requiritur? num. 11.

Qui recusari possunt solo juramento, num. 12.

Clerici recusantes coguntur depositum facere, & omnia requisita adimplere, num. 13.

Depositum pro medietate ad Fiscum, & pro medietate ad recusatum applicatur, num. 14.

1 Suspicio proponi debet a Principali, vel a Procuratore speciale mandatum habente, alias non possunt recipi, *ut in prag. 22. de susp. tom. 5.* Ibi: *Vogliamo però, che le sospezioni non possano ricevversi, se non saranno proposte da' principali litiganti, o lo-*

ro Procuratori, che abbiano special mandato.

2 Dubium, controversumque est inter DD. quodnam sit speciale mandatum in materia suspicionis.

Una opinio est, quod sufficiat, si in mandato sit clausula cum potestate Judices, & Notarios recusandi, *Dom. Altimar. rubr. 11. de nullitatibus quaest. 27. num. 228. ex Beltram. ad Ludovis. dec. 368. Merlin. decis. 201. Fontanell. dec. 4. Quesad. controv. 38. Bajard. ad Clar. qu. 43.*

Sed his rejectis contrarium docet *Dominus Reg. de Rosa in praxi decretorum distinct. 2. cap. 21. fol. 220.*, quod requiratur mandatum specialissimum ad recusandum talem Judicem; & assignat rationem, quia non debet dependere ex arbitrio Procuratoris res tanti momenti.

Haec opinio *Domini de Rosa* est verissima, quia quando ego constituo Procuratorem cum potestate declarandi circa usum scripturarum, & testium, recusandi Judices &c. hoc dicitur mandatum generale, dum generaliter Procurator potest omnes Judices recusare, & omnibus scripturis uti, & non est adimpleta mens legis mandantis, ut Procurator habeat mandatum speciale, idest specialiter ad recusandum talem Judicem, & specialiter ad utendum tali scriptura, vel tali teste.

Unde errant, qui dicunt Procuratorem habere mandatum speciale, quando adest clausula recusandi Judices in genere, & utendi scripturis in genere, juxta ea quae latius fundavi in *cap. de declaratione circa usum*, cum Authoribus non modicae farinae, & rationibus, ut ibi est videndum.

Et si quis respondebit, quod mandatum sic generale ad recusandum, & ad declarandum circa usum esset inane, & serviret de vento, dum non admittitur in judicio. Responde cum regula legali, ut Procurator generalis ad aliquod agendum potest vigore mandati illud exequi cum obligatione de rato, ut principalis ratificet gesta per ipsum Procuratorem, sed quando est Procurator specialis ad recusandum talem Judicem, ad utendum tali scriptura, tunc non opus est ratificatione principalis, & quando Procurator ad lites neque speciale, neque generale mandatum habet ad recusandum, & ad declarandum circa usum, tunc habetur, ut simplex internuncius ad talia agendum, quae per internuncium fieri non possunt.

3 Cautela vero tali casu est, ut cautus Procurator porrigat memoriale ad Collat. Cons., ut congruus terminus concedatur ad procurandum a principale mandatum speciale ad recusandum T. Judicem, quae cautela traditur a *Domino Maradei ad singular. Patris 388. num. 29.*, quem citat, & sequitur *d. Dom. de Rosa loco cit.*, & ex consimilibus casibus decisis apud *Sanfel. dec. 36. p. 3.*, *& in addit. ad decis. 306.*

Et tali casu terminus 40. dierum ad proponendas suspiciones non currit, nisi a die scientiae perventae Principali absenti, ut concludit *Dom. Marad. dict. singul. 388. n. 13.* ex traditis per *Fontanell. dec. 19. n. 14.*

4 Suspicio allegari debet in scriptis, ut *Pragm. 1. de suspic.*, & verbis modestis, alias fit decretum, quod reformato libello recipiantur, & nisi prius emendentur verba immodesta, non recipiuntur capita suspicionis, imò si adeo notabilis esset immodestia puniretur, facta prius relatione ad S.E. *Pragm. 15. n. 10. de suspic.* & ego dixi supra *c. 11. in collect. d. Pragm. 15. n. 15.* ubi vide, *Gallup. par. 1. cap. 4. nu. 16.*

5 Capita suspicionum praesentari debent clausa, & sigillata coram capite Tribunalibus, & ubi suspicio erit contra caput Tribunalis, tunc praesentantur ad S. Exc. vel ad Secretarium Regni, *dict. Pragm. 15. & 11.* & ego dixi in *collect. dict. pragmat. 15. n. 16. & in pragm. 23. nu. 4.* ubi vide. Quod ampliatur, ut Praeses S.C. & Locumtenens Regiae Camerae non impediuntur intervenire, donec per Collat. non fuerit cognita suspicio, an sit subsistens.

Quando per Collater. Consil. destinatur aliquis Auditor Provincialis ad capiendam informationem, tunc capita suspicionis non possunt proponi in Regia Audientia, sed proponenda sunt in Collaterali Consilio, unde exivit commissio, cum deposito in eodem Collaterali Consilio, & causa suspicionis committitur, & decernitur in eodem Collat. Cons. & si recusans petit depositionem Principalis, solet fieri decretum, quod *recusatus deponat, & depositio recipiatur per alium Auditorem*, *Dominus Marad. d. sing. 388. nu. 87. & 88. & ad Gallup. cap. 4. fol. 9. num. 8.*

6 Et quoties exceptio suspicionis proponenda erit in partibus super faciem loci tempore alicujus accessus, tunc sufficit simplex libellus porrectus coram eodem Judice accedente ad locum, petendo congruum terminum ad proponenda capita suspicionis formiter in Tribunali, a quo Minister fuit missus, & statim sunt ligatae manus dicti Judicis, adeo ut omnia acta post propositam suspicionem in partibus, erunt nulla, *Dom. Marad. ad singul. 385. & 386.*, *& Gallup. d. cap. 4. fol. 9. num. 7.*

7 In Tribunalibus Collegiatis quinque requiruntur ad suspicionem proponendam copulativè simul, & semel.

Primum requisitum, ut suspicio proponatur a Procuratore speciale mandatum habente, vel a Principali.

Secundum, ut fiat depositum.

Tertium, ut suspicio proponatur per capita.

Quartum, ut subscribatur ab Advocato causae vel a Principe, & non ab aliis.

Quintum, ut proponatur infra terminum a Pragm. statutum.

De quibus requisitis dixi in *collect. Pragm. cap. 11.* & aliqua dicam infra.

Quando igitur suspicio proponitur, deficiente aliquo requisito, ut supra, tunc caput illius Tribunalis interponit decretum, *non recipiantur*; idest donec suspicio non fuerit formiter proposita, ut quia depositum non est integrum, vel Advocatus non subscripsit capita, vel non formiter per capita, & post lapsum terminum.

8 Ubi vero poponuntur formiter cum dictis requisitis, tunc caput illius Tribunalis providet, *quod ostendatur*, & Secretarius ejusdem Tribunalis ostendit capita Ministro recusato, qui solet dicere in calce capitum, *vera non sunt exposita*, aut *vera sunt exposita, & ideo non possum intervenire.*

Et quia haec responsio aliquando fit ob modestiam recusati ad claudendum os parti, vel ob laborem evitandum, vel ob alium finem, & non quod revera sit recusatione dignus, tunc si altera adversa pars quiescit, fit decretum *non interveniat, & restituatur depositum.*

Si vero non quiescit, tunc tali responsione non obstante causa suspicionis committitur, & capita discutiuntur, prout in omni casu, quo caput Tribun. cõmittit causam suspicionis, capita prius discuti debent, an sint relevantia, & proinde admittenda, & consequenter non opus est dare terminum ad illa probanda, quae etiam si probarentur, rejicienda essent; tunc enim facta dicta discussione fit decretum termino non dato, quod *rejiciantur, & proinde depositum liberetur Magnific. Segretario, servata forma Regiae Prag.*

9 Adverte tamen, quod ante terminum in M. C. V., & in Regia Audientia, & contra Rationales Regiae Camerae depositum est ducat. 30. & sic liberatur ad beneficium Secretarii dictum depositum ducat. 30. dividendum, ut in pragm.

Sed in Collaterali, & in Sacro Consilio Sanctae

Cla-

Claræ, & in Regia Camera; quando præsentantur capita, depositum erit ducat.60., & ubi in discussione reiiciuntur tamquam frivola non dato termino, dicti ducati 60. liberantur Secretario, dividendi, ut in Pragm.

At facta discussione, quod, si probentur, sint causæ relevantes, tunc non liberabitur depositum factum, sed dabitur terminus ad probandum, quo termino dato in M. C., Regia Audientia, & Rationalibus Regiæ Cameræ depositantur alii ducat.70. ad complementum ducat.100. & in Coll.ac in S.C., & R.Cam. post datum terminum depositantur alii duc.140.ad complementum duc.biscentum, ut adimpleatur mens *Pragm.15.§.12.* ibi: *Da qui avanti si facci deposito de' duc.60., e dandosi il termine sia de' ducati 200.*, ut advertit *Motill.in grad. cit.nu.21.*, & habetur in *Prag.5.& 22.de suspic.* tunc enim probari debet causa suspicionis, quando juxta est declarata, *Revit.in Prag.9.nu.6. de suspic.Giurb.decis.48.num.4. Galiap.par.1.cap.4.num.23.*

Formula decreti habetur apud *Petram lib.3.rit.265.nu.21.* quia ibi Comes Celanus subscripsit ipse Principalis, & non suus Advocatus, fecerat depositum duplicatum ducatorum 420. ante terminum; & facta discussione, quod causæ erant relevantes, fuit factum decretum, v3. *Facto deposito per Ill. Comitem Celanum aliorum ducat: biscentum octuaginta ad complementum ducatorum quatnorcentum, servata forma Regia Pragmatica, capiatur informatio.*

Factis deinde probationibus, si non militant, fit decretum: *visis actis interveniat, & depositum liberetur Magnifico Segretario, servata forma Regia Pragmaticæ.*

At si causæ militant, *non interveniat, & proinde restituatur depositum.* Et quando duplicetur depositum, & quando non, dixi superius *cap.7. in collect.Prag.10.15. & 22.*

10 Depositum pro pœna suspicionis evitatur mediante paupertate, dummodo paupertas probetur, impartito termino, *Petra rit.19. nu.9.* decisum refert in caussa D.Laurentii Carafæ pro suspicione allegata contra Consiliarium Andream de Ianuario anno 1632. penes Taglivia, in qua causa fuit provisum per Collat. suspicionum capita absque deposito recipi, stante notoria paupertate, & fuit provisum absque termino: vide plura, ibi.

Et quod pauper excusetur a deposito dicit *D.Ant. Polite de Prarog. Reg.Aud.cap.25.nu.14. tit.1. lib.1. fol.56.Gizzar.dec.84.*

Unum adverte, quod ante annum 1689. supradicta quinque requisita non servabantur in suspicione proposita contra Consultorem Cappellani Majoris, & Trib.Reverendæ Fabricæ, quia non sunt collegiata, teste *Motill.loco cit.Gizzar. dec.96. Novar. qu.for.106.p.1.*, & aliis.

Sed anno 1689. supervenit *Prag.22.de suspic.*, & sancivit, ut dicta quinque requisita, & quicquid dispositum *in Pragm. tit.de suspic.* serventur etiam in Regia Iuncta, in Consultore Cappell. Majoris Trib. Reverendæ Fabricæ, & in omnibus Ministris, qui sunt de gremio Tribunalis Collegiati; & exercent officium in Tribunali non Collegiato.

11 Infertur hinc, quod in Regio Auditore Exercitus, in Commissario Tribunalis Campaneæ, & in aliis Curiis Regiis, vel Baronalibus. & contra Magistros actorum S.R.C., contra Scribas e mandatis, aut Cancellarios Regiæ Cancellariæ non requiritur depositum, nec alia quatuor requisita, sed tamen recusans debet exponere causas, & eas probare, idem *Motill.de grad.citat.nu.54.ex Sanfel.dec.287.num.5. tom.2.*& ex verbis *dict.Pragm.*

12 Contra vero Actuarios M.C., vel Regiarum Audientiarum, & aliorum Tribunalium, & Curiarum solo juramento recusatio fit, *Carav. Rit.263.num.8. Sanfel.d.dec.287.Muscatell., & Prat. glos. sententia Afflict.dec.151.num.90.*, sed *Muscatell.* monet, ut bonus Iudex videat, si recusans calumniosè, val non recusat.

13 Clerici Iudicem laicum recusantes coguntur etiam depositum facere, & alia requisita adimplere, quando suspectum Judicem allegant, *Motill. de grad. cit. n.53. fol.13.* ex decisis apud *Pellicion. qu.1. vers.infertur.*

14 Demum quando suspicio declaratur non militare, depositum applicatur pro medietate ad Fiscum, pro altera medietate ad Judicem recusatum, ut dixi *in Collect.Pragm.5. & Pragm.15. num.4.cap.3.*

CAP. XIII.

De tertio, & quarto requisito, ut suspicio proponatur per capita, & subscribatur per Advocatum.

SUMMARIUM.

Suspicio proponi debet per capita, & debet subscribi ab Advocato causæ, & declarantur decisiones contrariæ relatæ a Dom.Petra, & Marad., num.1.

In præcedenti cap.13. dictum est de primo requisito, ut suspicio proponatur a Principali, vel a Procuratore habente speciale mandatum cum capitibus clausis, & sigillatis coram capite Tribunalis.

1 Et de secundo requisito, ut fiat depositum, & quando duplicatur, & quando evitatur; merito sequitur hoc decimum tertium caput de tertio, & quarto requisito, ut proponatur per capita, & subscribantur capita ab Advocato caussæ, & non ab aliis, ut dixi in collectanea *Pragm.19., & Pragm.15.n.8.. & Pragm.22.n.2.*, ubi mandat subscribi ab Advocato, qui patrocinium causæ principalis substinet, non ab alio, qui etiam esset collega, vel qui assistit, vel locutus fuit in Aula, aut qui patrocinium assumpsit, de ordine S.C. vel aliorum Superiorum.

Et licet requiritur subscriptio Advocati substinentis onus caussæ, tamen habentur plura exempla apud *Petram rit.265.nu.22.tom.2.*, quod fuerit admissa subscriptio Procuratoris; quem citat, & sequitur *Dom. Maradei ad singulare Patris 388. nu.30.* Ego vero dico, quod hodie tradita per *d. Petram* non habent locum, quia illa exempla fuerunt de anno 1625. attenta *Pragm.15. emanata de anno 1611.*, sed hodie attendenda est *Pragm.22. edita de anno 1689.*, per quam prohibetur recipi suspicio, nisi capita sint subscripta ab Advocato, & non ab alio, etiam si esset collega, etiam si assistat, & locutus sit in Aula; adeo quod hoc anno 1711. in caussa vertente in S. C. inter Universitatem Boniabitaculi, & Ven.Mon.S.Laurentii Terræ Padulæ, fuit allegatus suspectus Regius Consiliarius Dom. D. Carolus Carmignano causæ Commissarius, & capita noluit subscribere D. D. Joseph de Angelis Advocatus caussæ, sed subscripsit quidam alius, & in Aula Domini D. Blasii Altimari, ubi residet dictus Dom. Carmignanus, fuit resolutum, quod dictus subscribens carceretur.

At unus ex Consiliariis de Rota amicus dicti subscribentis, motus ex amicitia, & pietate, quod ille subscribens erat ab adversa fortuna depauperatus, obtinuit, ut attenta paupertate, ei parcatur, injuncto ordine, ut eat ad gratias agendas singulis Officialibus de Rota ob dictam indulgentiam ei factam; proinde advertant in futurum, ne alius subscribat capita suspicionis, nisi Advocatus, qui patrocinium substinet causæ principalis, juxta disposita in hac ul-

tima

tima *Pragm.22. de suspicionibus anni* 1689.

C A P. XIV.

De quinto requisito, ut suspicio proponatur infra 40. dies.

S V M M A R I V M.

Suspicio antiquitus proponebatur usque ad conclusionem, hodiè proponitur infra 40.dies a die primi libelli notificati, & Procuratori terminus ad denunciandum datur, num.1.

Procurator, qui speciale mandatum non habet ad recusandum, potest suspectum Judicem allegare, & simul terminum petere pro habenda ratificatione Principalis, num.2.

Procurator ad suum arbitrium tria facere potest, vel petere terminum ad denunciandum primum libellum, vel suspicionem allegare, & simul petere terminum ad ratificationem, vel mandatum speciale procurare, antequam 40. dies labantur, num.3.

Mandatum speciale ad recusandum omnes non sufficit, sed debet esse ad recusandum N.N., aliàs debet subsequi ratificatio infra 40. dies, num.4.

In suspicione contra Adjunctus, vel novos Judices terminus 40.dierum currit a die unionis Rotarum, et a die provisionis novi Judicis notificatæ, cum novem limitationibus, quibus notoria dicitur suspicio, & non requiritur terminus probatorius, num.5.

Suspicia quando est nota ipsi Judici suspecto, potest ipsemet Judex se abstinere, dummodo declaretur militare suspicionem, num.6.

IN præcedenti cap.13. dictum est de tertio, & quarto requisito, proinde in hoc 14. cap. dicendum est de quinto requisito, ut suspicio proponatur infra terminum a Pragmatica statutum.

1 Suspicionis, sive recusationis exceptio contra Iudicem antiquitus opponebatur usque ad conclusionem inclusive, post vero conclusum non admittebatur, etiam si allegans jurasset de novo ad suam notitiam pervenisse, *pragm.8. de suspic.* quæ incipit *Universis de anno* 1585. confirmata per *prag.20. §.1.*

Sed hæ duæ Pragmaticæ fuerunt correctæ per *pragm.15. eod.tit.§6.*, ut terminus ad suspiciones proponendas sit 40. dierū, a die quo primus libellus notificatus fuerit ad principalem, vel principali absente fuerit notificatus ad Procuratorem, cui dabitur terminus ad denunciandum, quo termino ad denunciandum elapso incipit currere terminus 40.dierum.

2 Sed si terminus ad denunciandum non fuerit per Procuratorem petitus, de hoc Pragmatica nil dicit, tamen *Dominus Regens de Rosa in sua prax. civili dist.2. fol.368.n.9.* concludit, quod tali casu si Procurator mandatum habeat speciale ad recusandos Judices potest suspectum Iudicem allegare.

Si vero dicta potestate careat, potest suspectum Judicem allegare, & terminum simul petere ad procurandam principalis ratificationem, quæ dilatio est petenda, & concedenda a Collaterali Consilio.

3 Tria itaque Procurator facere potest ad suum arbitrium, vel petere terminum ad denunciandum primum libellum principali, quo casu, completo dicto termino, incipit currere terminus 40. dierum ad suspicionem allegandam.

Vel suspicionem allegare, & terminum simul petere ad obtinendam ratificationem a principali.

Vel procurare mandatum speciale ad recusandum, antequam labatur terminus 40. dierum.

Sed circa hunc tertium modum alia insurgit difficultas, an mandatum speciale ad Iudices, & Notarios recusandos sit sufficiens, & videtur affirmandum per *Pragm.22.de anno* 1689. ibi: *Vogliamo però, che le sospezioni non possano riceversi, se non saranno proposte dal principali litiganti, a loro Procuratori, che abbiano speciale mandato*, & sic firmat *Dominus Altimari de nullit.rubr.11. qu.16. nu.218. ex Beltram. dec.368. Merlin.dec.201. Fontanell.dec.4. Quesad.controv.38. Bajard.ad Clar.qu.42.*

His tamen non obstantibus contrarium concludit *Dominus Reg.Rosa d. dist.2. num.21. fol.370.* dicens ad arbitrium Procuratoris non esse remittendum quemlibet recusare, absque scientia, & voluntate mandantis; & ego addo aliam clariorem rationem, quia illa clausula in mandato apposita ad Judices, & Notarios recusandum dicitur mandatum ad recusandum omnes.

Sed *Pragm.22.§. Vogliamo però*, debet intelligi de Procuratore, qui habeat mandatum non sic generale, sed speciale ad recusandum talem Iudicem, ut sciat principalis Iudicem recusandum, alias poterit dicere, quod recusatus a Procuratore non erat in voluntate Principalis recusantis.

4 Concluditur ergo, quod vel Procurator habere debet speciale mandatum ad talem recusandum; vel si habeat mandatum generale ad recusandum omnes indefinitè, debet obtinere a Regio Collaterali terminum pro habenda ratificatione a principali, vel pro obtinendo mandato speciali ad illum Iudicem recusandum, imò si non vult petere dictum terminum, ad ratificationem habendam, vel ad mandatum speciale producendum, debet ratificatio subsequi infra terminum 40.dierum a lege statutum, *Dominus de Rosa loc.cit.n.22. ex Authorib.ibi citatis.*

5 Et ubi supervenerint Iudices adjuncti, vel novi, tunc terminus 40.dierum currit a die unionis Rotarum, & a die provisionis novi Iudicis notificatæ parti, *d.pragm.15.§.6.*

Quibus terminis elapsis non potest amplius suspicio allegari, etiam si allegans jurasset suspicionem de novo venisse ad suam notitiam, nec per viam restitutionis in integrum, neque per quamlibet aliam rationem, *d.pragm.15. §.9.* neque si causa suspicionis fuisset notoria tam de facto, quam de jure, & imponitur pœna suspensionis, & arbitraria contra Secretarios Tribunalium, qui non asportent processum expediendum sub prætextu, quod suspicio sit notoria, non obstante quovis ordine S.Exc., vel aliorum, ac non obstante quavis judicatura, aut DD. opinione in contrarium, *pragm.22. §. E perche.*

Hæc tamen conclusio, *& pragm.22.* prædicta limitatur.

Primo, ubi Iudex exercuisset antea Advocati munus in lite, & hoc ex publicis scripturis constaret.

Secundo, in casu consanguinitatis, vel affinitatis non dubio, *dicta pragm.22. §.Limitiamo però.*

Tertio, in casu, quo supervenerit causa suspicionis, tunc post 40. dies proponi potest, intra tamen illum terminum 30. dierum datum ad prosequendum, *pragm.15.§ 6. eodem tit.de suspic.*

Quarto, extendunt DD. etiam in casu cognationis spiritualis, licet *in prag.* dicat in casu consanguinitatis, & affinitatis tantum, tamen ex vi comprehensionis comprehenditur etiam cognatio spiritualis, *Dom. de Rosa d.dist.2.nu.12. fol.369.ex Gypt. ad Latr.dec. 164.n.16., & 28. & ex Domino Maradei ad singul. Patris 388.num.4.*

Quinto, in casu inimicitiæ capitalis declaratæ & notoriæ, *Dominus de Rosa loc.cit.nu.13.*, sed de hoc satis dubito ex verbis præcisis, & claris in *d.prag.22. §.Limitiamo*, ubi limitavit in Iudice, qui fuit Advocatus, & in Iudice consanguineo vel affini, & deinde subjungit hæc verba; *E fuori di questi casi debbia inviolabilmente osservarsi il disposto, come di sopra.*

Sed

Sed circa inimicitiam *d. pragm.* 22. separate disposuit in fine (ibi) *l'esserli data parola Regia, o pure l'obbligo, o mandato fatto di non offenderli, vogliamo, che da se solo non sia giusto motivo di accusatione, ma si debbiano considerare, e discuter le cause, & come nel termine stabilito dalle Regie prammatiche.* Verba itaque, & mens hujus legis sunt clarissima, ut causa inimicitiæ proponatur infra terminum, & non post terminum, sive notoria sit, sive non.

Sexto limita in tertio veniente ad causam, qui pro suo interesse poterit allegare suspectionem, ut in causa graduationis pro suo credito, vel ad infringendum jura utriusque partis, & terminus quadraginta dierum regulatur a die, quo tertius venit in causam, etiam attento tenore dictæ Pragmaticæ, quæ mandat, ut terminus decurrat a die primæ citationis factæ ad principalem, propterea lapsus termini, respectu aliorum, & litis inter alios agitatæ non debet obesse ipsi tertio non intimato, neque prius in causa advento, juxta decisionem allegatam per *Annam sing.*500. *Gaill. in observat. cam. Imper.*71. *lib.*1. *Novar. collect.*4. *super prag.*8. *Dominus Marad. sing.*388. *num.*13. *Dom. Rosa dist.*2. *num.*17. *fol.*370.

Secus quando veniret ad coadjuvandum Principalem, tunc non admittendus est, ita *de Luca ad Franch. decis.*43 *o. in fin. ex Gio. ad Latrum obs.*85. *num.*6. & 7.

Septimo volunt aliqui, quod excipiantur pupilli, ut possint restitui adversus suspicionem omissam, ut decisum refert in S.C. *Faber par.*1. *cap.*14. & pugnantes opiniones vide apud *de Franch. & addent.* & signanter *de Luc. dec.*431. *Motill. de grad. citat. nu.*45. & 46, & demum *Dominus de Rosa dict. dist.*2. *n.*16. *fol.*373. qui residet in opinione, quod minor non doli capax qui non habet Tutorem, nec Curatorem possit per viam restitutionis in integrum post terminum 40. dierum suspectum Iudicem allegare, non obstante *prag.*5. §.6. quæ prohibet non solum restitutionem in integrum, sed quodvis aliud remedium post lapsos terminos a Pragmatica statutos; ea ratione, quia non potest Princeps dispensare super defectu talis ætatis, ut fingatur Pupillus bene nosse id, quod agit. Et alia ratio magis placet relata a *de Luc. ad Franch. d. decis.*43. *n.*3. quod tempus non currit contra Pupillum, qui nec Tutorem, nec Curatorem habet, ex traditis per *Cæsarum, Peregr. qu.*13. & *Petr. vit.*165. *nu.*61.

Octava limitatio est, quod proposita formiter suspicione cum capitibus, possunt addi alia capita post lapsos 40. dies, vel post alios 30. dies, ut practicatum asserit plures idẽ *Dom. Rosa loc. cit. n.*18. *f. mihi* 220.

Nona limitatio, ubi idem Iudex sibi scriptum facit, quo minus interveniat, tunc non comprehenditur sub terminis a Pragmatica statutis, *Dominus Rosa ibidem num.*19.

6 Nam suspicionis caussa, quando est nota ipsi Iudici suspecto, potest ipsemet Iudex se abstinere, & caussam proponere collegis, aut suo Superiori, dummodo ab illis fuerit declaratum militare tales suspectiones, alias si declaratum sit non militare, non potest se abstinere, ut statuitur per *prag.*15. *num.*17. quæ incipit *Non è cosa, ut pragm.*8. *and. titul. Gallup. par.*1. *cap.*4. *n.*24.

CAP. XV.

De instantia suspicionis infra quantum tempus præcluditur.

SUMMARIUM.

Suspicionis instantia durabat olim per dies quindecim, hodie vero dictus terminus est dierum 30. *infra quem debet compilari processus, & haberi pro concluso, quibus* 30. *diebus elapsis Iudex recusatus a domi liberabit depositum*, num.1.

*Limitatur conclusio, & pragm.*18. *cum per publicam scripturam constet Iudicem fuisse Advocatum in eadem lite, vel consanguineum, vel affinem, & alii casus annumerantur in retroscripto cap.*14. *num.*5. num.2.

Suspicione allegata per defunctum conventum non potest decisio impediri ab harede per exceptionem inventarii conficiendi, num.3.

Suspicionis caussa duos habet terminos, unum 40. *dierum ad suspicionem allegandam, alterum* 30. *dierum ad probandam, & finiendam caussam, quo termino elapso, dicitur perempta caussa suspicionis*, num.4.

Diximus supra de termino, infra quem proponi potest suspicio, merito in hoc capite sequitur explicandus terminus, infra quem durat instantia suspicionis propositæ.

1 Suspicionis instantia durabat per dies quindecim olim, ex dispositione Pragmaticæ 9. confirmatæ per pragmaticam decimam, qui decurrebant de momento ad momentum a die termini dati ad probandam suspicionem.

Hodie vero per *pragm.* 15. §. 22. Terminus instantiæ in causa suspicionis est dierum 30. decurrendus dictus terminus a die, quo formiter proponitur recusatio, ut infra dictum terminum recusans producat incumbentia per testes, vel scripturas, alias dicto termino elapso habetur pro compilato processu, & pro concluso. Nec potest prorogari dictus terminus quovis modo, nec per viam restitutionis in integrum, ut in dicta *Pragmatica*, & *Gallup. par.*1. *cap.*4. *num.*16.

Et dictus terminus 30. dierum currit de momento ad momentum, quo elapso liberabitur depositum per ipsum Iudicem recusatum domi; quid autem agendum in casu impedimenti ob infirmitatem, absentiam, vel culpam Commissarii, vel ob memoriale obtentum a S.E. vel Collat. Cons. „ (in cujus „ locum, ut pluries præcedenti tomo dictum est, „ successit Camera Realis) vel similie, dixi in dicto capite 11. in *Pragmatica* 18. ubi vide.

2 Ac etiam quod suspicio sit notoria, imponitur pœna Magnifico Secretario, qui elapso termino non asportaret processum expediendum, ut dixi in *Prag.*22. de qua re vide in eodem *cap.*11. ubi limitatur conclusio, & Pragmatica prædicta in casu, quo probetur per publicam scripturam, quod Iudex fuit Advocatus in eadem lite, vel sit consanguinitate, aut affinitate cum litigante conjunctus in gradu prohibito, nam attenta dicta scriptura publica suspicio dicitur notoria, & non requirit terminum; & alii casus extensi per Doctores in retroscripto cap.14. per nos sunt numerati *num.*5.

3 Suspicione allegata per defunctum conventum, si deinde actor instet pro determinatione causæ suspicionis; hæres vero opponat exceptionem dilationis trimestris ad conficiendum inventarium, non obstat dicta exceptio, cum ista causa suspicionis sit causa separatim examinanda a lite bonorum, & tendat ad alium finem, quam ad decisionem litis motæ, ita decisum per Sacr. Consil. testatur *Sanf. dec.*211. *num.*4. quem sequitur *de Luca ad Franch. dec.*352. *in fine.*

4 Duo itaque sunt termini, unus dierum 40. infra quem suspicio allegari potest contra Iudicem, de quo dictum est supra in *cap.*10.

Alter est terminus 30. dierum, intra quem debent fieri probationes, & definiri causa suspicionis, alias dicto termino elapso dicitur perempta instantia dictæ suspicionis propositæ, ut in hoc *cap.*XV.

pro-

proinde transeundum est ad praxim probandi causas suspicionis.

CAP. XVI.

De Probationibus in Caussa suspicionis.

SUMMARIUM.

Suspicionem probare de Jure civili nemo cogitur, sed de jure Canonico, & de jure Regni cogitur, num.1.

Suspicio Judicis in Regno probatur etiam per conjecturas, num.2.

Attestatio extrajudicialis non admittitur in causa suspicionis; sed potest annui diligentiæ absque productione testium, num.3.

Dictum est in præcedenti capit. de termino ad prosequendum judicium suspicionis propositæ, infra quem recusans causas suspicionis probare debet per testes, vel scripturas: merito in hoc 16. capite sequi debet praxis faciendi probationes.

1 Et licet jure Civili nemo cogitur suspicionem probare, tamen de jure Regni, & canonico suspicio est probanda, *rit.265. Carlev.* ibi, *Verd. ad Gallup. par. 1.cap.4.n.59.*

Suspicio de jure Civili sufficit allegari, nec oportet causam suspicionis exprimi, sed creditur recusantis juramento, DD. omnes penes *Apicell. de suspic.offic.n.22.Caravit.rit.261.*

Sed in Regno observatur jus Canonicum, quo suspicionum causas exprimi, & probari oportet, *cap. requiris 21. §.1. & .cap. cum speciali 61. de appell.* ut habetur *in ritu 285. Marant.par.4. dist.5. n.4.* & sic passim servatur.

2 Suspicio Judicis probatur etiam per non concludentes probationes, & conjecturas, *Larrea allegat. 118.tom.2.n.2.* præsertim in Regno, ubi in qualibet causa levissimæ etiam probationes sufficiunt ex *cap.detestantes, & pragm.1. de ord.judic.*

Et levior causa sufficit ad removendum Judicem, concludit *Petr.Gregor.Syntagm.lib.17.cap.3.*

3 Attestatio extrajudicialis non admittitur, etiam si testis sit in quacumque dignitate constitutus, sed judicialiter proponi debet in caussa suspicionis, *dict. pragm.15. §.21.*

Verum contra recusantem potest ab altera parte annui diligentiæ absque productione testium, *dict. pragm.15.§.20.*

CAP. XVII.

De Caussis suspicionum.

SUMMARIUM.

Collega est suspectus in caussa collegæ, & Scriba in caussa alterius Scribæ ejusdem Bancæ, num.1.

Judex est suspectus, ob gravamen in alia causa illatum. Et qui cum inimico parentelam contrahit, num.2.

Suspicio licet allegari non potest a contumace etiam purgata contumacia, limitatur in minore non habente Curatorem, num.3.

Acta sunt valida facta a Judice, qui potest allegari suspectus, & non allegatur, num.4.

Officialis Baronis in causis activis, & passivis tangentibus interesse Baronis, quando est incompetent, & quando est suspectus, declaratur, num.5.

Episcopus, quando est incompetens, & quando suspectus in causa propria declaratur, num.6.

Accessum cum facit Judex si hospitatur, & conversatur cum parte, redditur suspectus, num.7.

Sororius est suspectus in causa, in qua est advocatus alter sororius, vel qui habet Procuratorem, vel Advocatum consanguineum usque ad tertium gradum inclusive, & sic Magister actorum etiam est suspectus, & sic Frater etiam ex uno latere conjunctus, consobrinus, cognatus, nepos, vel Patruus, Gener, vel Socer, & omnes conjuncti in tertio gradu consanguinitatis, & in secundo affinitatis inclusive, num.8.

Officialis est suspectus in causis eorum, a quibus Filii obtinuerunt jus patronatus sive beneficium, num.9.

Inimicitia reconciliata, & ex causa litis, & ex causa compatratus remissive, num.10. *& vide hic n.15.*

Advocatus non potest esse Judex etiam utraque parte consentiente, num.11.

Suspectio affectata non militat, num.12.

Suspectione allegata ob mandatum, vel obligationem de non offendendo, vel ob cautionem datam sub fide, & verbo Regio, discutiendæ sunt causæ, ob quas fuit oblata dicta cautela, num.13.

Suspicio militat ob votum propalatum, cum limitatione, num.14.

Semel recusatus, & semel inimicus, quia semper durat causa suspicionis, quandocumque poterit recusari, etiam ex alia causa, num.15.

Et semel rejecta causa suspicionis, non potest iterum allegari suspectus, nisi aliæ causæ novæ superveniant, num.16.

Dictum est superiori *cap. 16.* de praxi probandi causas suspicionis; merito in hoc *cap.17.* sequitur collectanea causarum, ob quas suspectus redditur Judex.

1 Suspectus est collega in causa collegæ, & scriba in causa alterius scribæ ejusdem Bancæ, *Sanfel.decis. 81. in fin.*

2 Suspectus redditur Judex ob gravamen in alia causa illatum de jure canonico, *ad c. hac* io 1., *& cap. proposuit de appell.*

Quod in Regno servatur, secus de jure civili per *l.1.ff. apud eum a quo appellatur*, sed quando scienter intulit gravamen, suspicio militat etiam de jure civili, *Bart. in d. l.1. Sanfel.* hæc omnia concludit *decis.86.num.1.*

Suspectus redditur Judex, qui cum Inimico meo parentelam contrahit, *Carrab. sing.152.ex Mascard. de probat. conclus.893.num.35. Bald. in l.liberi C. de inofficioso testam.& in l.1. n.13. de rerum divisione.*

3 Recusari non potest suspectus Judex a contumace, etiam purgata contumacia, *Rovit.pragm.1.n.29. de suspic.offic.*

Limitatur hæc conclusio in minore contumace, quando non habet Curatorem, qui restituitur, etiam ut possit Judicem suspectum recusare, *Cæsar. p.1.cap.13.* decisum refert in S.C.

4 Adverte tamen, quod suspectus, qui potest allegari, & non sit allegatus, si procedit, processus, & sententia erit valida, & parti imputandum est, cur suspicionem non proposuit, *Scyal. de foro suspect. cap.9.fol.70. num.24. ex Rovit.pragm.1. num.70. & pragm.8.num.5. de suspic.offic. Capibl. prag.3.n.242. de Baron. Sanfel. decis.85. num.4. Cancer. resol.21. lib.1. num.38. Mastrill. decis. 152. num.6.* Riccius *collect.2118.*

5 Hinc est, quod licet Officialis Baronalis sit suspectus in causis activis, & passivis tangentibus interesse Baronis, ut dicit *Capibl.tom.2. cap.8. nu.1. & cap. insinuante de offic. Delegati Fab. dist.9. C.de judiciis*; imo ibi dicit, quod sunt incompetentes. Sed male, quia multum differt esse incompetentes, ac esse suspectos, ut dixi in *cap.de except.incompet.*

Tamen si officialis Baronalis non recusatur, uti suspectus, acta sunt valida, & bene procedit in causis Baronum, ut post disputatum articulum concludit *Carlev.de judic.tom.1.dis.2.q.7.sect.1.num.786.*, *& San-*

& Sanfel.decis.63.n.8. & de Marin.tom.1.resol..... licet *num.* 1. dicat, quod Officialis Baronalis nullam habeat cognitionem, & quod sit omnino incompetens in causis, tum civilibus, juxta *Ursil. ad Afflict. dec.365.num.35.*, tum criminalibus, juxta *Consil.de Bottis ex Bart. in l.qui jurisdict.ff.de jurisdict. omnium judicum*, referens fuisse per S.C. denegatam Marchioni Oiræ cognitionem furti in ejus bonis per quandam fœminam commissum; subjungit deinde idem *de Marinnum.5.in causa Jo: & Petri Morante* inquisitorum de furto animalium valoris tercentum cum armis prohibitis noctis tempore in feudo Montisleonis, quod Jo:de Brino Baro non potuit obtinere remissionem a M.C.V. ubi reperiebantur carcerati dicti inquisiti; sed quia postea ipsi inquisiti consensum dederunt, stante eorum contentamento fuerunt remissi, & idem refert *Th. in suppl. verb.Judex fol.316.* quos approbat, & citat *Scyal. in tract. de foro comp. c.9. de foro suspecto n.171.*

Curia itaque Baronalis est competens in causis Baronis, sed est recusabilis.

6 Nec mihi placet distinctio adducta per de *Luca ad de Marin. meliorat......nu.2.* ubi concludit quod in caussa, vel furto in bonis propriis, & particularibus Baronis, vel Episcopi, eundem non solum esse recusabilem, sed omnino incompetentem, ita ut nulla recusatione accedente gesta dicantur invalida, ex juris dispositione in nigro *Cod. ne quis in sua causa.*

Sed pro bonis redditiitiis Feudo, vel mensæ Episc. potest recusari, sed si non recusatur, acta sunt valida.

Nam dicta distinctio, ego dico, quod intelligi debet, ubi ipse Baro, vel Episcopus esset Judex, sive ubi furtum committeretur in bonis ipsius Judicis, secus vero; ubi non ipse disrobatur, sed alius Minister suæ Curiæ; & sic non procedit dispositio dicti juris, quæ non est applicabilis in ejusmodi casu, sed tunc procedit exceptio suspicionis, quæ præsumitur in Judice dependente a Barone, vel Episc. a quo recepit beneficium commissionis, & ideo nulla recusatione accedente, gesta erunt valida, & ita erit dictus de *Luca* intelligendus, ne in errorem incidas.

7 Accessum dum facit Judex super faciem loci, si manducet, & hospitetur cum parte, quæ illum duxit, non potest suspectus per hoc allegari, *Post. de manut.observ.101.in fin.ex Ant.fol.ad decr.saband. lib.3 tit.19. de examin.glos.1.in fin.*

Sed in Regno non habet locum, quia est prohibitum cum parte commensari, & hospitari, alias est suspectus judex, ut *pragm.64. de offic. S.R.C.* & dixi *in cap.37. de accessu p.1.*

8 Sororii habentes duas Sorores sunt suspecti, ubi unus sit Judex, & alter Advocatus, ut dixi supra in Collectanea *pragm.4.*

Procurator, vel Advocatus, qui est consanguineus Iudici usque ad tertium gradum inclusive, vel Magistro actorum in dicto gradu conjunctus est suspectus, *prag.6. de suspicion. & prag.1. de causis decid. & prag.1. de offic. S.R.C. & pragm.5. de muner. offic. & pragm.7. §.2. de offic.Jud.*

Filius, sive Frater utrinque, vel ex altero latere conjunctus, consobrinus, cognatus, vel nepos, sive patruus alicujus Iudicis, licet non sit ipse Commissarius, est suspectus, *d.pragm.6.*

In genero socero, & in omnibus conjunctis in tertio gradu, & in marito sororis, marito consobrinæ, marito neptis, & aliis, tam de linea ascendenti, quam transversali eadem militat suspicio, *dict.pragm.6. & pragm.7.*

Et parentela intelligitur usque ad tertium gradum consanguinitatis, & ad secundum affinitatis inclusive, *pragm.22. de suspic.* qui gradus computantur de jure canon.

9 Officiales sunt suspecti in causis eorum, a quibus filii obtinuerunt jus patronatus, sive beneficium, *pragm.9.de suspic.*

10 De suspicione ex causa inimicitiæ, & ubi inimicitia est reconciliata, ex causa litis, & ex causa compatratus, dixi *cit.cap.11.d.prag.15.§.16. & 17.*

11 Qui fuit advocatus est suspectus in illa causa, non obstante consensu utriusque partis *d.pragm.15.§.18.* qui non salutat, si declarat inadvertenter fuisse factum, non est causa sufficiens, *d.pragm.15.§.19.*

12 Suspicio affectata non militat, imo punitur, ut in *pragm.15.§.8.& 14.* sed latius in *pragm.19.* declaratur affectatio, ut dixi in *d.cap.11. in collect. dicta pragm.*

13 Obligatio, vel mandatum de non offendendo, vel cautio sub fide, & verbo Reg. non est causa legitima recusandi, sed discutiendæ sunt causæ, ob quas fuit data dicta cautela, *d.pragm.22. de suspic.*

14 Suspectus est Iudex ob votum propalatum; quæ conclusio fallit in casu, quo propalatur in actu informationis, quæ Ministris traditur circa merita causæ, tam in aula, quam domi, vel ex relatione, vel voto ad Suam Excell. de ejus ordine misso, in his enim casibus sufficiens non est causa suspicionis, *d.prag.22.* versus finem *§.la propalazione del voto.*

15 Et suspectus semel recusatus, etiam si causa suspicionis cesset ob temporis mutationem, vel inimicitia sit reconciliata, quia intelligitur durare semper causa suspicionis, quandocumque poterit recusari, *Franch.decis.719. Rovit. in pragm.1. de suspic.offic. num.45.Capic.Latr.decis.82. peres Gallup.p.1.cap.4. num.9.& 13.Sanfel.decis.79.lib.1.* quia etiam cessante causa non cessat suspicio *prag.7. & 20. de suspic.* per quam corrigitur *§.13. prag.15.* Sed hodie *prag. 22. §. Ancorchè* corrigit omnes pragmaticas, & mandat, ut servetur dispositio juris communis.

16 Verum suspicionis causæ si semel sint rejectæ non poterunt aliæ causæ contra eundem Iudicem iterum allegari, quia est materia odiosa, ita *Gallup. p.1. cap. 4. num.29. ex Mut.decis.15. Novar.in pragm.15. de suspic. Sanfel.decis.8.n.8.lib.1.*

Sed *Verde in Apostill. ad dict. Gallup.* limitat, nisi sint aliæ causæ novæ, quæ supervenerint, quæ sint veræ, & sufficientes.

Et suspicionis justa est caussa, si Iudex absque legitima caussa remotus alias fuerit, sed tamen ob inconsistentiam a negotio ei delegato, & ita decisum refert *Sanfel. decis.87.* quia litigare coram offenso Iudice durissimum est, ad *Text. in l.apertissimi C. de Judic.in cap.cum inter de excep.*

C A P. XVIII.

De Judice competenti in causa suspicionis.

S U M M A R I U M.

Judex competens antiquitus in causa suspicionis erat Logotetu, & Protonotarius Regni, postea Episcopus, deinde ad instantiam Universitatis Petræ Pertosa fuit hoc revocatum, num.1.

Suspicionum capita hodie in Tribunalibus Collegiatis recipi non possunt per alium, nisi per caput illius Tribunalis, num.2.

Et si proponitur contra ipsum caput, suspicio præsentari debet ad Dominum Proregem, vel ad Secretarium Regni.

Suspectus declarari non potest quivis Minister absque judiciaria cognitione, non impedito cursu causæ principalis, nisi a Vicerege, vel Collaterali aliter fuerit ordinatum, num.3.

Suspecta allegata uno Officiali, vel Rationali, ceteri de aula

aula procedere possunt in causa, dummodo sint numero non tribus pauciores: Nam si pauciores sunt, additur adjunctus alterius aulæ, num.4.

Judex allegatus suspectus non est competens in declarando suspicionem non militare, rejectis aliis contrarium dicentibus, alias acta sunt nulla, num.5.

Suspicio præsentata superiori, & parti tantum notificata, donec ad notitiam Judicis perveniat, acta sunt valida, & sufficit, quod judex deponat ignorare allegatam suspicionem, num.6.

Suspicio etiam frivola etiam in Curiis inferioribus non potest reiici ab ipso judice inferiore allegato suspecto, num.7.

Acta facta post allegatam suspicionem sunt invalida, nec requiritur appellatio, rejecta illorum opinione, quod requiratur appellatio, num.8.

Baro potest eligere judicem in causa suspicionis extra districtum sua Baroniæ, intra tamen eandem Provinciam, num.9.

Baroni suspecto ex inimicitia suscepta cum vassallo, licet non sit suspectus ejus Capitaneus, tamen pro bono regimine mandari solet, ut eligatur judex in Civitate, & si Baro est negligens, vel adhærentem eligat, electio fit per Tribunal Supremum, num.10.

Suspecto Episcopo, est suspectus Vicarius, num.11.

Dictum est supra de requisitis, ut recipiantur capita suspicionis, de terminis ad illa proponenda, & decidenda, & de probat., & causis, nunc merito sequitur hoc caput 18. ne quis erret in Iudicis competentia.

1 Iudex competens antiquitus, coram quo causæ suspicionis allegari, & decidi debebant, erat Logotheta, & Protonotarius Regni, ut est statutum in *Ritu M.C.V.* 265. ex disposit. *pragm.edit. per Joannam secundam anno* 1417. *penult. Septembris*, quæ fuit prima pragmatica circa suspicionem Officialium, quæ cum sit inserta in dicto Ritu non reperitur registrata inter alias pragmaticas in *tit.261.de suspic. Offic.*

Hic ritus 265. fuit, quoad hoc caput correctus per *pragm.9.de ord.judic.* promulgata anno 1477., in qua fuit permissum adire Curias Ecclesiasticas pro decidendis causis suspicionum, juxta morem, quo utebantur Hispani.

Et d. prag.9. de ord. judic., fuit deinde revocata ad instantiam Universitatis Petræ Pertosæ Provinciæ Basilicatæ per *prag.1. editam per D.Petrum de Toledo die ult. Augusti* 1551. *contra Episcopum Acheruntinum*.

Et per aliam prag. anni 1556. *sub die* 3. *Octobris*, fuit generaliter statutum, ut nemo audeat Curias Ecclesiasticas adire pro causis suspicionum, sed adeant Curias Regias.

*Nam per pragmat. ann.*1540. erat provisum circa Trib. Collegiata tantum, ut causæ suspicionis allegari deberent coram aliis de Aula, qui deciderent suspicionem militare, vel non; dummodo in Aula remanerent non minus tribus numero, alias deberent procedere cum Adjuncto alterius Aulæ.

2 *Deinde ex pragm.*15. *Comitis de Lemos sub die* 3. *Novembris* 1511. fuit statutum, quod suspicionum capita clausa, & sigillata præsentari non possint ad alium, nec recipi per alium, nisi per caput illius Trib. Collegiati, & ubi suspicio proponeretur contra Caput alicujus Trib. Collegiati, allegans debeat præsentare ad Dom. Proregem, vel ad Secretarium Regni, *ut in* §.11.

*Et ex prag.*22. *in prætermissis* emanata *per Comitem de Sancto Stephano sub die* 2. *Sept.* 1689. confirmantur omnes pragmaticæ de præterito, & præcipitur, ut serventur in Regia Iuncta, in Consultore Cappellani Majoris, in Consultore Reg. Trib. Reverendæ Fabricæ, & in omnibus, qui sunt de gremio Trib. Collegiati.

3 Et suspectus declarari non possit quivis Minister, sine cognitione judiciaria, nec per scriptorium, nec per decretum Collateralis absolutum, etiam si dicat *ex causis*, alias acta sunt nulla; quæ nullitas possit proponi semper, nullo termino præscripto.

*Et ex pragm.*23. *Eminentissimi Cardinalis Grimani in prætermissis sub die* 12. *Julii* 1710. statuitur, ne admittatur suspicio contra Ministrum particularem, nec contra caput Trib., nisi in manibus Viceregis, & donec per Collaterale non fuerit facta cognitio causæ suspicionis, & declarata subsistens, non impediatur cursus causæ principalis, nisi Vicerex, vel Collaterale mandavit aliter.

4 Suspectus si allegetur Regius Consiliarius, vel Præsidens Regiæ Cameræ, aut Rationalis ejusdem Tribunalis, aut Iudex M. C. Vicariæ, tunc cæteri procedunt in causa, si remanserint numerò non tribus pauciores, nam si pauciores sunt, tunc aggregentur alii ex numero Consiliariorum alterius Aulæ, ut disponitur *in prag.1.de suspic. offic.* Sed vide, quæ dico *in pragm.*10. inferius, quod hoc servatur in aliis Trib., secus in S.C. per viglietum Em. Cardinalis Zapata.

5 Regula infallibilis est, quod Iudex allegatus suspectus non est competens in declarando, quod procedatur coram ipso, allegata suspicione non obstante, ut dixi *in cap.8.de except.incompetentia n.6.*

Ubi assignavi rationem diversitatis, cum potest Judex declarare se competentem, non obstante allegata exceptione incompetentiæ, sed respectu suspicionis allegatæ remanent ligatæ manus Iudicis, qui non potest super dicta exceptione interloqui, nec amplius in causa procedere; & ne eadem repetam, ibi te remitto, alias acta sunt nulla post allegatam suspicionem.

Nec mihi placet illa limitatio per *Novar.* adducta in *gravam.qu.*146.*tom.*2.*num.*10.*& per Reg.Petram rit.*165.*tom.*2.*num.*50. cum aliis Iurisconsultis ibi citatis, dicentibus quod si causæ suspicionis essent frivolæ, & non admissibiles, tunc reiici possunt ab eodem Iudice allegato suspecto, illisque minime obstantibus potest decernere esse procedendum ad ulteriora.

Quam limitationem dicit procedere in Iudicibus inferioribus, non autem in Iudicibus Tribunalis Collegiati Dom. *Marad. ad Gallup. cap.4. fol. mihi* 44. *num.*3.

Quia hoc nulla ratione est fulcitum, & esset irrationabilis practica, dum ex recusatione Iudex ad indignationem provocatur, *l. litigatores ff. de arbitr.*, & si antequam fuerit allegata suspicio, erat suspectus allegantі, tanto magis crescit suspicio post allegatam suspicionem, quæ facit præsumere Iudicem passionatum ad decidendum causam propriæ suspectionis, cum nemo possit in causa propria judicare & sibi jus dicere, vulgatis juribus in *l.unic.C. ne quis in sua causa judicet, l.qui Jurisdictioni ff. de jurisd.omnium judicum*, etiam parte consentiente, vel non opponente, *Gallup. p.1. cap.4.n.*14., quod non sic se habet in exceptione incompetentiæ, quæ non respicit propriam personam, sed jurisdictionem Tribunalis, ut dixi in *cap.4.de except.incompetentia.*

Confert, quia Iudex, qui pertinaciter sibi assumit causam, ingerendo se animose ad judicandum, ex hoc sine alia causa redditur suspectus *ex tex.in l. quæ omnium §.1. vers. nec ferendus ff. de Procur. Rovit. in rubr. Pragm. de suspic. offic. num.*44., *& cons.*10. *num.*11.*vol.*1. *Staib.resol.*37.*n.*36., etiam si causa suspicionis non militaret, sed sit falsa, processus ipso jure redditur nullus, *Petra rit.*265. *n.*167. *tom.*2. & alii ibi, *Sanfelic. decis.*85.*n.*4. *Gallup.p.*1. *cap.*4.

cap.4.n.5. Galeot. contr.39.n.4. Marant. distinct.16. p.4.n.4.; & secundo est, quia statim proposita suspicione sunt ligatæ manus Iudicis suspecti, quia illius jurisdictio suspenditur, propterea acta omnia facta, recusatione pendente, sunt nulla, tamquam facta a non habente jurisdictionem, *Niger in cap.Regni* 216. *num.26.Sanfel.decis.85.Rovit.in pragm.1. de suspic. offic.n.43. & 44.* Adeo hoc est verum, quod recusatus nec etiam potest esse præsens relationi, vel discussioni causæ, *pragm.40.de offic. S.R.C. Capyc.latr. dec.89.num.14. Rovit.d.pragm.1.num.47.De pollic. loco cit.num.14.*

Ante vero recusationem acta valent, licet causa sit vera, *cap.Judex ab Apostolica de offic. Deleg. in 6.c.requiris 21.§.1.extra de appellat.l.apertissimi. C. de judiciis Tap. de j. r. Regni tit. de suspic. offic. pragm.23.sub n.25. vers.his tamen, Mastrill.dec.151. a num.16.*, sed hæc conclusio limitatur, quando est suspectus ex offensione ei facta, uti persona privata, tunc licet a parte non recusetur, processus erit nullus, *Caball. casu 128. n.7. Guaz.defens.2. cap.18. n.13.De pollic.loco cit.n.41.& 44.*

6 Et quando recusatio præsentata Superiori notificata fuisset parti tantum, & non dum fuisset ad notitiam Iudicis perventa, tunc acta facta per Iudicem suspectum sunt valida, & sufficit, quod Iudex deponat ignorasse allegatam suspicionem; ut decisum refert *Petr.vit.256. lib.2.num.167.vers. nisi, ex decis.Trivis.51.lib.4.*

Concluditur ergo, quod ipsemet Iudex recusatus non potest suam causam recusationis reiicere, prætextu, quod sit frivola, & non admissibilis, quia alius Iudex, cui committitur a Barone causa suspicionis, videns, quod capita suspicionis non sunt admittenda, statim ea reiicit, absque termino.

Et si norit causas suspicionis esse relevantes, tunc dabitur terminus ad probandum, ita statuit *prag.5. de suspic.offic.*

In Regno enim observatur jus canonicum, quo attento suspicionum causas exprimi, & probari oportet, *cap. requiris 21. §.1. & c. cum speciali de appellat.*, & cœpit hæc observantia in Regno ab anno 1417. die 11. Sept. quo die fuit publicata *pragmatica* per *Joannam secundam*, quæ est inserta in *Ritu M.C.Vicariæ*, per quam statuitur, quod non obstante dispositione juris civilis servetur in causis suspicionum sanctio juris canonici; ubi tamen statuitur etiam, quod causæ suspicionis exprimantur, & probentur coram Logotheta, & Protonotario Regni, qui extrajudicialiter oretenus se informet de causa suspicionis. Ex hoc infertur, quod licet causa frivola exprimatur ad oculos ipsius Iudicis suspecti, vel timore, vel ex reverentia, & modestia, tamen potest dari casus, quod ad aures Logothetæ exprimantur causæ magis relevantes.

Præter quam quod dicta *pragmat.*, quæ mandat causas esse exprimendas, mandat etiam, ut expressio earum non fiat coram ipsomet Iudice suspecto, sed coram Logotheta, & mandat, quod in dicta causa suspicionis minime procedat ipsemet Iudex suspectus, sed procedat Protonotarius Regni, qui decidat, si, vel ne causa suspicionis justa sit, vel injusta, ibi:

Sed ad ipsius Protonotarii dictum Judex ille allegatus suspectus in causa illa procedat, & ibi: *Nos autem arbitrio, discretioni, & voluntati ipsius Protonotarii, vel alterius eligendi per eum, inspiciendum committimus, an causa suspicionis justa sit, vel injusta.*

Ex quibus verbis clare habetur, quod non potest ipsemet Iudex suspectus inspicere, si causa suspicionis justa sit, vel injusta, frivola, vel relevans, quia hoc fuit prohibitum per dictum statutum Regni, expressis verbis, ut supra. Et sic est tenendum, rejecto Novario, & aliis, ut supra, limitantibus in casu, quod causa sit frivola, quia dictum statutum hoc non distinguit, sed abdicat omnem jurisdictionem a Iudice allegato suspecto, donec causa suspicionis inspiciatur a Protonotario, si justa, vel injusta sit.

Et in locum Protonotarii hodie ipse Protonotarius, qui idem est ac Præses S.C., committit causam suspicionis alicui Consiliario Rotæ sequentis, ut dixi supra *pragm.10.*

7 Et cave a Domino *Marad. ad Gallup.q.4.num.7.* dicente Iudicem inferiorem posse rejicere frivolam suspicionem; quia hoc est falsum, & irrationabile, Curiæ enim inferiores sumere debent normam a M. C. Vicariæ, & aliis Trib. superioribus; alias Curiæ inferiores majorem haberent præeminentiam, quam Tribunalia Collegiata, si permitteretur Iudici inferiori id, quod prohibetur Iudici superiori, quod absurdum, & conveniens non est.

8 Infertur hinc, quod rejicienda est etiam opinio *Gallup.p.1. cap.4.num.12. & 51. & Minad. cons.27. num.6.de Pont.cons.99.num.6.*& aliorum dicentium, quod ad invalidanda acta facta per Iudicem suspectum requiritur appellatio; quia hoc non potest intelligi de actis factis post allegatam suspicionem, tunc enim caret jurisdictione, ut clare habetur ex verbis dictæ pragmaticæ, ibi: *statim suspicionis causa proposita, & recusatione pendente, & ejus jurisdictio suspenditur, & acta deinde facta, uti a persona privata, & jurisdictione carente, sunt ipso jure nulla*, nec est opus appellare a persona non habente jurisdictionem. *Sanfel.deci.85.Vantius de nullit. ex defectu jurisdictionis num.140.Marant.a p.6. num.24. vers. recusatio est actus suspensivus, & in 4.p. distinct.16.num.4. vers.2. dicitur judicium nullum, Masull. ad Capyc. dec.138. num.5. & de jure com. Bart.* etiam dixit omnia acta esse ipso jure nulla, *in l. qui ff.ad Trebell.cit.Vant.num.140. de nullit. ex defectu jurisdictionis.*

9 Et iudex suspicionis potest eligi extra districtum Baronis, modo sit in eadem Provincia, *Rovit.prag.3. tit. ubi de delicto quis conveniri debet n.9. Gallup. 1.cap.4. num.* 10. & vide, quæ dicimus in sequenti *cap.19.*

10 Suspecto Barone ex inimicitia cum Vassallo non intelligitur suspectus ejus Capitaneus, quia dicitur persona penitus distincta, sic advertit *Capiblanc. in pragm.2.num.165.*

Sed pro bono regimine tali casu solent Tribunalia Suprema remittere causam ad Baronem cum conditione, ut eligat iudicem in Civitate, & si Baro erit negligens in eligendo, vel dolo velit eligere personam sibi adhærentem, tunc dicta electio Iudicis fit per dictum Tribunal Supremum, ut decisum refert *Capyc. Latr. dec.90. penes Gallup. p.1. cap.4. num.8.*

11 Suspecto Episcopo, intelligitur etiam suspectus ejus Vicarius, *Giurb. decis.27. Gallup. par.1. cap.4. num.8.*

C A P. XIX.

De Praxi recusandi Judicem in Curiis Baronalibus, vel Regiis non Collegiatis.

S U M M A R I U M.

B*aroni competit committere causas suspicionis, rejectis contrarium dicentibus*, num.1.

Praxis in Curiis inferioribus distinguitur in tres casus. Primo, ubi unus exercet officium Gubernatoris, & Judicis in Cur. Baronali. Secundus casus in Curia Regia. Tertius casus, quando Curia regitur

per duos, nempe unus Gubernator, alter assessor, & Consultor, num.2.
Formula actorum in primo casu, num.3.
Praxis in secundo, & tertio casu, num.4.

HActenus habes, lector, Praxim suspicionis in Trib. Collegiatis, nunc accipe Praxim in Curiis Baron. & Regiis non Collegiatis.

1 Et primum videndum est, an Baroni competat committere causas suspicionis suorum Officialium? Causa dubitandi oritur in pragmat.; dum *ex prima pragm. inserta in tit.265. edita per Reginam Joannam anno* 1417. solus Praes. S.C. erat competens in dictis causis suspic., deinde per *pragm.9. de ord. judic.* editam 1477. Hispanico more Iudices Ecclesiastici erant competentes, deinde per *pragmat.1. de suspic. anno 1540. & per pragmat.2. & 3. hoc tit. anno 1551., & 1556.* fuit statutum, quod nemo adeat Curias Ecclesiasticas pro causis suspicionum, sed adeat Reg. Aud.

Ex his sumpsit motivum *Carav.*, & alii dicentes, quod Baro non habet causas suspic., dum in Regno nunquam causae suspicionis fuerunt permissae Baronibus; Imo semper fuisse cognitionem suspicionis concessam aliis, & in ultima *pragm.*, quae fuit edita anno 1556. fuit destinatus certus Iudex, idest Regia Audientia Provincialis.

Sed rejectis *Carav.*, & aliis hodie cessat tale dubium per rationes late adductas a *Muscat. in glos. competentes p.2. Rovit. in pragm.1. de suspic. num.2.* quibus assentitur *Petra tit.265. num.76. tom.2. &* Antilignan. omnium *Frecc. de subfeud. lib.3. in cap. inter quaternata num.37.* & communi calculo a nostris practicis mens ipsius Pragmaticae interpretata ad beneficium Baronum, quod legislator voluit tollere de medio Iudices Ecclesiasticos, & restituere cognitionem superioribus laicis cuilibet in causis suorum Officialium; & illa verba, *nemo adeat Curias Ecclesiasticas, sed adeat Regias Audientias* improprlantur, & mens, non verba legis attenduntur: & sic observatur, & communis observantia est vera interpres dicti statuti.

2 Et in praxi distinguendi sunt tres casus; Primo, quando est unus Officialis, Gubernatoris, & Iudicis officium exercens in Curia Baronum. Secundus casus in Curia Regia. Tertius casus, quando sunt duo, unus Gubernator, alter assessor, vel Consultor.

3 Primo, ubi est unus Officialis, qui utrumque munus exercet, Gubernatoris, & Iudicis simul, tunc si ille recusetur, debet recusans praesentare libellum recusatorium coram eodem Iudice, tenoris, v3.

Nella Baronal Corte della Terra T. comparisce N. e dice, come nella lite vertente con T. di T. il Magnifico Governatore, e Giudice di essa Corte si allega (con ogni dovuta riverenza) sospetto per le sottoscritte cause.

Primo, perche il detto T. Avversario ha contratto matrimonio con la Magnifica T. congiunta in secondo grado con detto Magnifico Giudice.

Secondo, perche sono commensali, e spesso mangiono, e bevono insieme.

Terzo, &c.

Perciò fa istanza astenersi d'intromettersi in detta causa, riservandosi ricorrere dal Signor Barone per la provista di Giudice non sospetto, così dice, salvo, &c. in ogni altro miglior modo, &c. e fa istanza darli copia della presente comparsa.

Die, &c. in T. Terra.

Per Curiam dictae Terrae N. ejusque Dominum Gubernatorem, & Judicem provisum est, quod praesens comparitio conservetur in actis pro indemnitate comparentis, intimetur parti adversae, & detur copia petenti, hoc suum, &c.

Deinde porrigitur memoriale ad Baronem, v3.

Illustrissimo Signore.

Il T. di T. supplicando espone a U. S. Illustrissima, come nella lite, che verte con T. di T. nella sua Corte della T. Terra ave allegato sospetto il Magnifico N. Governatore, e Giudice di detta Corte per l'infrascritte cause.

Primo, per questo, e questo, &c.

Secondo, per questo, &c.

Per tanto supplica U. S. Ill. a commettere li capi della suspezione a qualche Dottor de' convicini, eccettuatone il T. e T. che pure l'ha sospetto, il tutto, ut Deus.

Il Magnifico Dottor T. di T. proceda alla discussione degli esposti capi di suspezione, e frattanto, affinchè non s'impedischi il corso della causa principale, proceda in quella il T. Luogotenente di detta Corte, col voto del T. Dottore insino alla sentenza esclusiva, diamo perciò ad essi tutta l'auttorità bastante. Cassa, &c.

Il Dottor Delegato farà l'osservanza, v3.

Praesens rescriptum fuit coram Dom. U. I. D. N. praesentatum per T. de T. Procuratorem hac die . . . . & per eundem fuit supra caput receptum, & dictum, quod executioni demandetur, ostenso prius ipsi Magnifico Officiali, & parti adversae, & transmittatur copia praesentis ad Magnificum Locumtenentem, ut possit in causa principali procedere interim, pendente causa suspicionis.

Si farà copia del memoriale, e decreto, e si manderà al Magnifico Officiale, e parti contraria, non per lo Giurato, ma per qualche Notaro, o per lo Mastrodatti, il quale farà l'atto, v3.

A di 9. del mese, &c. nella T. Terra, &c.

Per me Not. T. o Mastro d'atti della Corte di questa Terra T. si è mostrato il soprascritto memoriale, e provista al Magnifico T. Officiale, e T. Adversario, e datoli copia per ordine del Magnifico T. di T. Commessario, ed in fede, &c.

T. di T. Mastro d'atti.

T. di T. Notar Regio per ordine, ut supra.

E se li capi son veri, deve l'Officiale dire.

Vera sunt exposita, & proinde non possum intervenire.

Allora il Commessario Delegato del Barone deve dire, *stante veritate expositorum acceptata per Magnif. T. Officialem recusatum, idem Magnificus Officialis amplius in causa petita non procedat, sed alter partibus non suspectus eligatur.*

E se le cause sono così frivole, che anche se costassero, non sarebbero sufficienti per ammovere l'Officiale ordinario, in tal caso l'Officiale ordinario dirà, v3. *Veda esso Signor Delegato, se l'esposte cause sono sustanziali, e sufficienti, o nò, anche se fussero vere, come sono.*

Tunc fiat monitio tenoris, v3.

Ordine Domini N. Delegati moneantur ambae partes, quatenus prima die, &c. cum continuatione sequentium compareant coram dicto Domino ad discutienda capita proposita per T. de T. in lite vertente cum T. de T. coram N. Gubernatore, & Iudice Curiae T. & ad dicendum quidquid coram eodem Domino Delegato in ejus aedibus suae solitae habitationis in T. Terra, & ad audiendam provisionem super discussione praedicta faciendam, alias, &c. quoniam, &c. Data in T. Terra, die, &c.

Haec monitio notificetur utrique parti tantum, & non Officiali, & fit relatio per Iuratum in forma.

Et lapso biduo, si Domino Delegato videbuntur caussae frivolae, quae etiamsi probarentur non essent sufficientes ad recusationem admittendam, tunc interponitur decretum, tenoris sequentis.

Visis capitibus suspicionum per N. propositis in lite ver-

vertente cum N. in T. Baronali Curia in personam Magnifici Doctoris N.Gubernatoris, & Iudicis ipsius Curiæ, illisque discussis, partibus monitis, & auditis per Dom. N. dictæ causæ suspicionis Commissarium, provisum,& decretum est, quod rejiciantur, & proinde Magnificus N.Gubernator, & Iudex continuet in procedendo in causa principali, suspicione. per dict. N.opposita non obstante,hoc suum,&c.

Ubi vero capita erunt substantialia, fit decretum tenoris sequentis, *visis, &c.provisum, & decretum est, quod capiatur informatio super expositis*, hoc suum,&c.

E si deve fra 30.giorni dal dì, che fu allegata la sospezione decorrendi, esaminare, e far tutti gli atti, e decreto diffinitivo, perchè passati li 30.giorni si fa perenta l'istanza, e l'Officiale recusato proseguirà a procedere.

Se però fosse malizia, o iniquità del Delegato, o artificio delli contrarj far scorrere detto termine de' 30.giorni, in tal caso userà la cautela il ricusante di fare tre comparse, una appresso l'altra, che si sbrighi prima, che scorra il termine; con protestarsi contra quos, e potendo moltiplicare memoriali al Barone, o all'Agente protestandosi, che le parti artificiosamente procurano far scorrere il termine,per far restare indecisa la sospezione,come si dirà più appresso.

Il decreto diffinitivo consisterà, *continuet in procedendo*, ovvero *se abstineat, & fiat electio alterius partibus non suspecti*.

4 Secundus casus est in Curiis Regiis, & tunc capita suspicionis proponuntur in Regia Aud. Provinciali.

Tertius casus est, ubi Officialis, & Assessor regunt Curiam; tunc

Recurritur ad Regiam Audientiam, si est Curia Regia, vel ad Baronem, si est Curia Baronalis, juxta formulas,ut supra datas.

Vel Gubernator ipse potest providere de alio Doctore non suspecto in locum Assessoris, vel Consultoris ordinarii suspecti in casibus, in quibus suspicio est admittenda contra Assessorem, vel Consultorem ordinarium, & sic in dicto tertio casu utroque modo potest practicari.

C A P. XX.

De Formul. libelli, & actorùm in causa suspicionis, ipsa formul. est loco Summarii.

Copia extracta ab actis suspicionis propositæ pro parte Illustr. Ducis Marialiani in personam Domini Reg. Consiliarii Petri Fusco, in causa cum haeredibus quondam Julii, & Damiani Pallavicino.

NEl S.C.compare il Duca di Marigliano, e dice, come essendo stato convenuto dagli eredi del q. Giulio Pallavicino con giudizio d'assistenza avanti il Regio Signor Consigliere D. Cesare Natale Commessario successore, avanti del quale domandarono condennarsi gli eredi di Cesare Zattara al pagamento d'alcune somme, e per l'istessa quantità prestarli l'assistenza suddet., trattatasi la causa a relazione di detto Signor Consigliere Natale Commessario a due Ruote sotto li 26. di Giugno 1699. furono assoluti tanto gli eredi di detto Cesare, quanto gli eredi del quondam Regio Consigliere Giulio Mastrillo, come anche il Comparente *ab impetitis* per gli eredi di detto Giulio Pallavicino; *salvis juribus si competunt haeredibus Damiani Pallavicino contra quos decet ipsis comparentibus*, come dalla sentenza; dalla quale, come assolutoria, che portò con se l'elecuzione, esso comparente diede supplica per la commessa della reclamazione *pro confirmatione sententiæ*, e sotto li 15. Gennajo 1700. fu commessa al Regio Signor Consigliere Pietro de Fusco; *fol.3.proc. inter haeredes Iulii Pallavicina*, e fu detta supplica presentata l'istesso giorno 15. di Gennajo 1700. dal quondam Nicola Daniele suo Proccuratore, come dalla procura, *fol. 5.* e la presentata suddetta *fol. 3. a terg.in fin.*

Dopo comparvero gli eredi di detto Giulio facendo commettere la causa della reclamazione, e a' 15. Febbrajo 1701. li disse, *Idem Magnificus* all'istesso Signor Pietro de Fusco *fol.6.& 7.at.*

Comparvero ancora alcuni asserti eredi di Damiano Pallavicino, e diedero supplica per il loro preteso credito riservato *in sententia*, e sotto li 25.Febbrajo 1701. ottennero la decretazione, *Idem Magnificus* in persona di detto Signor Consigl. Pietro de Fusco *fol. 1.& 2.proc. inter haeredes quondam Damiani Pallavicino*, e sebbene spedirono la controsupplicata, ed intimarono esso Comparente a'5.Marzo 1701. *fol.18. at.* ed intimarono ancora il Magnifico Giuseppe Valla suo Avvocato, *fol.* 20. il quale replicò, che non esercitava procura, nè era Proccuratore, e credeva, che la procura del Comparente fosse *in actis d. fol.* 20.come in effetto essendo la procura *in actis* fin dalli 15.di Gennajo 1701. come si è detto, intimarono poi detto Magnifico Daniele suo Proccuratore sotto il 6. Aprile 1701. *fol.21. at. d.proc.* conchè il giorno seguente 7.Aprile si propose la questione di Commessario, dicendosi, che nella causa degli eredi di detto Damiano doveva procedere il Regio Signor Consigliere de Natale, mentre il detto Signor Consigliere de Fusco era solo Commessario della semplice reclamazione, *fol.17.proc.Iulii*, e ne fu portata copia del processo di Damiano; anzi nello stesso giorno fu notificato al Proccuratore degli eredi di Giulio *f. l.* 18. e 19. *proc. Iulii*, e poi nel giorno seguente 8. d'Aprile 1701.fu intimata detta supplica di questione di Commessario, e poi essendosi andato colle parti a provvedere avanti allo Spet.Sig.Presidente del S.C.senza esser inteso il Comparente, nè il Proccuratore, fu a' 28. Marzo 1701. ordinato, *continuet in procedendo Regius Consiliarius Petrus de Fusco, tam in causa haeredum qu.Iulii, quam qu.Damiani Pallavicina, servata forma suæ commissionis, fol.62. at.proc.Iulii.*

Dalla quale decretazione essendosi portato *relationem faciat in Collaterali Consilio*, e fattasi la relazione, nella quale il Mastro d'Atti assegnando la causa di detta decretazione, disse,che la questione di Commessario non era proposta in tempo; nientedimeno fu la causa commessa in Collaterale allo Spettabile Signor Reggente d'Andrea, *fol.60.proc.Damiani*, non ostante si è proceduto a diversi atti per detto Regio Signor Consigliere de Fusco animosamente con rev. affrettando la causa degli eredi di detto Damiano Pallavicino, ed animosamente inferendosi in essa; di modo che si è reso notoriamente sospetto, conchè non può intervenire in detta causa; che però ricorre al detto S. C. e proponendo *formiter* li seguenti capi di recusazione *pro nunc*, fa istanza ordinarsi, che non intervenga in detta causa, riserbandosi d'aggiugnere altri capi,e ragioni,così a voce,come *in scriptis*.

Primo, perchè dopo decisa la questione di Commessario dallo Spettabile Signor Presidente del S. C. e pendente la reclamazione in Collaterale, commessa la causa al Signor Reggente d'Andrea *d. fol.* 66. per detto Signor Consigliere Pietro de Fusco, si fè la parola in Consiglio,confirmando il Decreto del termine *fol.62.* quale causa propose senza chiamare le parti, e senza che il processo gli fosse stato portato dallo Scrivano; ma se gli diede dal Mag.Francesco Riccio, che intervenne per tutte due dette cause, al quale stavano li processi improntati, senza che lo Scrivano sapesse cos'alcuna; di modo che essendo andato l'istesso

Riccio a dire allo Scrivano, che fosse andato a pigliare li processi dal Segretario, detto Scrivano li domandò chi l'aveva portati a detto Signor Consigl. Fusco, e detto Riccio li rispose averceli portati egli; anzi il medesimo Scrivano ricusava di pigliarli dal Mag. Segret. però il d.Mag.Segret. gli disse, che li pigliasse, e così li pigliò, vedendosi da questo, che det.Sig.Consigliero animosamente cum rev.ii sia inserito in detta causa, pigliando li processi dal Procuratore delle parti, e trattata, e fatta la causa del modo di sopra, onde si è reso sospetto.

Secondo, perchè dal detto Decreto portatasi la reclamazione, *fol. 67.* e dal Collaterale essendosi mandata ambasciata, che detto Signor Consigliere non proceda, sotto li 31. Agosto 1702. fece due cause, confirmando il Decreto del S.C. del termine dato tanto nella causa di Giulio, *fol.80.at.proc.Iulii*, quanto del termine dato nella causa degli eredi di Damiano, *fol.69. at.proc.Damiani*, non ostante l'ordine, seu imbasciata fattagli per ordine del Regio Collaterale, che non proceda in detta causa; onde si vede animosità d'ingerirsi a procedere.

Terzo, perchè avendo le parti di detti Giulio, e Damiano dato memoriale a S.E. esponendo, che per esser passato il mese in conformità delle *pragm.89. §.3.de offic. S.C.* non occorreva far decidere più la causa, supponendo, che per gli ordini Reali detto Sig. Consigliere Fusco era già rimasto Commessario, rimesso al Collaterale, per lo stesso Regio Collaterale a'28. Settembre 1702. s'ordinò, *stante lapsu termini pro exequutione Regiæ pragmaticæ serventur decreta Spectabilis Præsidentis S.C. fol.73. e 74. proc. Damiani*; sotto li 30. del mese d'Ottobre 1702. ferono ordinare, *viso rescripto Suæ Excell.& Regii Col.Cons. pro exequutione decretorum S. C. terminus alias datus currat, & currere intelligatur ab hodie fol. 75.* Avverso del quale avendo esso Comparente fatto istanza, che non sapeva in che forma si procedesse, pendente la decisione di Commessario in Collaterale, non avendo altra notizia, perchè non se l'era intimato nè decreto, nè atto alcuno, *fol.78.proc. Damiani*. Ma avendo avuto notizia della decretazione fatta per Collaterale, *stante lapsu termini*, diede memoriale in Collaterale, esponendo i motivi, per li quali *d.prag.89. §.3.* non avea luogo in questo caso, ed ottenne a'7. Novembre 1702. che det.Spettabile Signor Reggente d'Andrea Commessario *relationem faciat in Regio Collaterali Consilio loco reclamationis fol.81.& 82.eod.proc.* col quale memoriale, essendosi andato a provvedere, e rappresentatosi, che la decretazione, *stante lapsu termini* stava sospesa con la reclamazione suddetta, per detto Sig. Pietro de Fusco a'17. di detto mese fu ordinato, *procedatur ad ulteriora ad ea, quæ incumbunt pro expeditione causæ, salva provisione facienda super petito sequestro pro parte hæredum Damiani Pallavicino fol. 82. at.eod.proc.* onde si vedono due cose; la prima l'animosità di procedere col Decreto *procedatur ad ulteriora*, non ostante la reclamazione pendente in Collaterale, e presentata al S. C., in dorso della quale fu steso detto Decreto. La seconda animosità maggiore d'aversi riserbata la provista sopra il sequestro, in tempo che non poteva procedere, det. reclamazione pendente; e non li era intimata al Comparente, nè al suo Procuratore istanza di sequestro; e sebbene stava fatta *fol.79.* stava dato *simpliciter* il termine, senza riserba di sequestro, ed il Comparente avea una sentenza assolutoria.

Quarto avendo il Comparente formato supplica *de verbo faciendo* di det. decreto, e datala al Magnifico Mastrod'atti della causa, dal detto Regio Consigliere Pietro de Fusco li fu dato ordine a voce, che non facesse la presentata, nè ricevesse detta supplica, conchè il Mastro d'atti non voleva farci altro; il che avendo riferito al suo Procuratore, formò memoriale allo Spettabile Presidente del S.C. per averne fede della verità, e s'ordinò *fiat fides veritatis*; ma detto Mastro d'atti dopo aver detto voler fare la fede, trattenne di farlo, perchè volle parlare col detto Signor Commessario Fusco, e avendoli parlato, e detto, che da parte del Comparente si cercava detta fede, lui prevenendo, che era in ordine a proponere sospensione, disse al Mastro d'atti, che la ricevesse, conchè detto Mastro d'atti ci fece la presentata: ma non per questo si lascia di conoscere l'animosità di detto Ministro, e l'affettazione di voler procedere in detta causa. Tanto vero, che ciò si vede dal susseguito, d'onde risulta il .

Quinto capo di ricusazione; che presentata detta supplica, mentre il suo Procuratore teneva li processi, per parte di detto Magnifico Francesco Riccio si accudì con memoriale a detto Signor Pietro de Fusco, asserendo, che la supplica non poteva riceversi, perchè non s'erano presentati li processi nella Banca; in piede del quale avendo decretato, che venga lo Scrivano avvisare le parti, essendosi andato, il Signor Pietro ordinò, *stante quod agitur pro exequutione decretorum S. C. & Domini causa Commissarii procedatur ad ulteriora in causa*. In tempo, che il Sacro Consiglio mai ha decisa questione di Commessario, ma quella pende nel Regio Collaterale, ed avendo il Magnifico Francesco Riccio detto all'istesso Signor Consigliere Fusco, che tal decreto non si fusse notificato, il medesimo ordinò allo Scrivano, che non l'intimasse, cose che tutte mostrano l'animosità, ed affettazione di voler procedere in detta causa, così dimostrata da principio, e continuata in tutti gli atti seguiti fino all'ultimo; conchè si è reso sospetto, e sospettissimo, di modo che non può più intervenire in detta causa, salva la facultà d'aggiugnere altri capi, e ragioni, *omni modo meliori*.

Giuseppe Valle Avvocato della causa, per osservanza della Regia prammatica con tutta la riverenza dovuta.

Sed de hoc vide in sequ. *cap.21. de quæst.Commissarii*, ubi sunt allegata contraria.

C A P. XXI.

De exceptione quæstionis Commissarii.

S U M M A R I U M.

Quæstio Commissarii, quo anno habuit principium, num.1.

Quæstio Commissarii opposita infra mensem, an, & quando retardet cursum caussæ? & datur formula decreti, num.2.

Terminus mensis numeratur a die, quo cœpit Commissarius procedere in caussa, num.3.

Reclamatio unica tantum admittitur, a decreto Præsidis S.C. interposito circa quæstionem Commissarii, & dicta reclamatio terminari debet in Collaterali infra mensem, & si labitur mensis, firma remanet decretatio Dom. Præsidis, & si revocatur infra mensem decretatio, potest reclamari ad idem Collaterale, num.4.

Collaterale Consilium non potest prohibere cursum caussæ, quando agitur de quæstione Commissarii, vel circa unionem Rotarum, vel Adjunctorum, nec facere decreta domi, num.5.

Quæstio Commissarii non potest proponi post tres menses, quando partes sunt in Civitate; & post sex menses, quando sunt absentes, vel hæredes, aut similes, qui ignorantiam allegare possunt, num.6.

Unio actorum potest peti etiam lapsis tribus mensibus, sed non præjudicat quæstioni Commissarii, num.7.

Suspicio Commissarii potest allegari semper, num.8.

Ter-

Terminus trium mensium currit in præjudicium etiam illius, qui nunquam in caussa fuit auditus, n. 9., *quantus sit hic terminus ex nov. Const. advertitur.*

Quæstio si fuerit petita infra mensem, interim pendente quæstione committitur alteri Judici, qua commissio durat per mensem, & solum proceditur ad actus, qui accidunt necessario determinandi, num. 10.

Allegazione per gli eredi del Signor Giulio Pallavicini coll'Illustre Duca di Marigliano, e l'Illustre Duca di S. Donato. Si narra il fatto, num. 11.

Pragm 89. §. 3. de offic. S.R.C. *si dichiara, che la questione de' Commissarj nel Collaterale si debbia terminare fra un mese, a scorso detto termine resti ferma la decretazione dello Spettabile Signor Presidente*, num. 12.

Pragm. 6. de dilat. *si dichiara; che il termine del mese corra dal dì, che il Commessario ave incominciato a procedere*, num. 13.

Il Consigliero essendo stato destinato Commessario ad istanza del Signor Duca di Marigliano, non potrassi dal medesimo opponere detta questione, num. 14.

Giudice di seconde cause ha giurisdizione limitata super quo tractatum fuit in prima instantia, a quando può anche sopra altre cose procedere, num. 15.

Terzi possessori chiamati in prima istanza, e gli altri aggiunti in seconda istanza, devono tutti soggiacer alla giudicatura di uno, acciò non succeda una giudicatura diversa dall'altra, e si assegnano diverse ragioni, num. 16.

Decreto del Sign. Reggente, e Presidente Ulloa del 1698. *s'inserisce*, num. 17.

Suppliche, e memoriali nel S.C. si leggano, e decretino dal Magnifico Mastro d'Atti della causa, e della Banca, e non da altri, eccetto in caso d'impedimento si leggano, a decretino dal sustituto in suo luogo, e si sottoscrivano dall'Attuario della causa, sotto pena di ducati ventiquattro, e non si ricevano, nè se n'abbia ragione alcuna, num. 18.

Questioni di commessario sono perniciosi dilazioni, e si ordina l'osservanza della 6. *e* 7. Pram. de dilat. *che passati li tre, o sei mesi non si ricevano suppliche, e memoriali per detta questione, nè anche per farsi descendenza anche in qualche patrimonio, a concorsi de' creditori ad istãza di persona, che non fosse stata intesa*, n. 19.

Il Commessario dato, fra il mese, che pende la questione, proceda agli atti necessarj solamente, ed elasso il mese, resta estinta detta commessione, sotto pena di sospensione alli Mastro d'Atti, od altra pena arbitraria; num. 20.

Le cause introdotte nella G. C. della Vicaria; se con suppliche si domanda la commessione nel S. C. non si possano decretare, se prima non sia intimata la parte interessata. E se nella supplica non si narrasse la verità del fatto, soggiaccia non solo alla pena stabilita nelle Regie Prammatiche per detta surrezione, ma ad altra pena ad arbitrio del Signor Presidente, così il Mastro d'Atti, come Scrivano, che ha fatta l'inibitoria a detta G.C. senza dare notizia al Magnifico Secretario del S. C. per l'esazione della pena, e siano tenuti pagarla de proprio, num. 21.

Formola del memoriale del Signor Duca di Marigliano per la questione di Commessario commessa allo Spettabile Signor Reggente de Andrea, num. 22.

Formola di memoriale degli eredi del Signor Giulio Pallavicino in contrario alla retroscritta supplica del Signor Duca di Marigliano al Signor Presidente del S.C. num. 23.

Formola di altro memoriale al Reg. Coll. Conf. num. 24.

Decreto, quod stante lapsu termini serventur decreta spect. Reg. & Præs. S.R.C. num. 25.

Formola di supplica per questione di Commessario avanti il Signor Presidente Zosia, colla decretazione, intimetur parti, & si quæstio non fuerit proposita infra mensem, non impediatur cursus caussæ, num. 26.

Formola di memoriale ad istanza della Terra di Laurino, e suoi Casali per la questione di Commessario per lo Territorio di Rofrano vetere, col Signor Barone di Rofrano, che ne facci relazione in Collaterale, nu. 27.

Huc usque Praxim dedi opponendi exceptiones contra Judicem, tam contra jurisdictionem inprorogabilem, vel prorogabilem, quam contra personam inhabilem, vel commissione carentem, vel suspectam, & continuato ordine in hoc 21. cap. dicemus de quæstione contra Judicem ex causa descendentiæ, vel prælationis.

1 Quæ antiquitus non fiebat, quia non destinabatur Commissarius generalis caussæ, & quod ad successorem in causa spectaret cognitio, nam dicta successio, fieri cœpit ab anno 1559. & deinde in antea descendentia servata est de Commissario in Commissarium, ut testatur *Franc. Ant. de Mercat. Secretarius S.R.C. in quadam descendentia in* 4. volum. intitulato, *Illustris Ducis Castri Saraceni, cum Universitate, & hominibus Terræ Sancti Quirici in Banca olim Auriemma, nunc Magnifici Burtonis, Dominicus Costa Scriba fol.* 3.

In Sacro Regio Consilio, in Regia Camera Summariæ, & in Magna Curia Vicariæ, & in aliis Tribunalibus hujus Fidelissimæ Civitatis Neapolis, frequentius opponi solet quæstio Commissarii.

Nam successor omnes caussas prædecessoris suscipit, *Pragm.* 1. edita 4. *Junii* 1574. *de caussis decidendis tit.* 25.

Ruota, (secondo anticamente praticavasi) nella quale debbano nella prim'ora passare un Consigliere Capo di Ruota, ò due, e tre Giudici, quelli appunto, che saranno Commessarj de' gravami interposti da' decreti interlocutorj emanati dalle Regie Udienze, ed altre Corti inferiori del Regno; acciò da i gravami si discutano, e decidano in questa seconda Ruota; restando frattanto il numero opportuno de' Ministri nella prima, nel tempo, che si attende alla Visita de' Carcerati non scritti, che suol farsi in detta prim'ora in detta G.C. quale terminata, debbano i detti Ministri della seconda Ruota ritornare nella prima a trattare unitamente gli affari del Tribunale.

2 Et quod in ferenda sententia ducatorum biscentum intervenire debeant tres ad minus Consiliarii, *d. Pragm. 41. de offic. S.R.C. §. 3.*

3 Et si in altera ex dictis Aulis numerus trium Consiliariorum non interfuerit, & causa valorem mille ducatorum attigerit, tunc Dominus Praeses potest unum, vel duos alterius Aulae separatim nominare, qui decisioni litis interesse debeat, & sic adjungitur Judex, ut sit in numero opportuno trium.

4 Et si valor excederet mille ducatos, tunc ambae Aulae uniantur, quibus unitis in dictis causis mille ducatos excedentibus, si tria vota conformia non fuerint, ad rumpendam votorum paritatem ad Dom. Proregem recursus haberi debet, qui Judices collegas non suspectos deputet.

5 In causis vero infra summam ducatorum ducentorum, tunc duo suffragia tantum sufficiunt conformia, & in casu paritatis votorum, Praeses S. C. alterius Aulae Consiliarium adjungit, *dict. Pragm. 41. de offic. S.R.C. §. 3.*

6 Unio Aularum petita, vel si petitur Judex adjunctus, non impedit processum ad ulteriora, etiam cum provisione, quod intimetur parti, & quod aliquis Regens faciat relationem, vel Commissarius causae referat in scriptis, vel voce, ut *Pragm. 4. de dilationib. §. 6. Comitis de Lemos* 1612. confirmata *d. Pragm. per Pragm. 6. eod. tit. de dilat.*

De Judicibus Adjunctis.

7 Adjuncti peti non possunt, nisi post conclusum in caussa, & casu, quo gravitas caussae, vel defectus Judicum expostulet, tunc petantur Adjuncti post quindecim dies, numerandos a die dictae necessitatis adventae, *Pragm. 4. de dilat. §. 3.*

8 Adjuncti considerantur uti Judices ordinarii non solum in S.C. sed in quolibet alio Tribunali, tam respectu caussae suspicionis, quam cujusvis impedimenti, & ubi numerus restantium Judicum sufficit, non impediatur cursus, sed procedatur etiam ad expeditionem, *d. Pragm. 4. §. 4.*

9 Adjuncti non possunt nominari, & dari ex alia Aula, nisi ex Aula sequenti, & si omnes illi sequentis Aulae essent suspecti, tunc nominentur de alia Aula subsequenti, *d. Pragm. 4. §. 2.*

10 Lista suspectorum dari non potest in petitione Adjunctorum, sed petens potest voce notitiam dare de aliquo suspecto contra Judicem adjungendum.

11 Verum postquam fuerit Adjunctus, licitum est suspicionem formiter proponere, prout proponitur contra Judicem ordinarium, cum requisitis Regiae Pragmaticae.

12 Et interveniant in diffinitivis, non autem in decretis interlocutoriis, aut incidentibus, juxta *Prag. 21. de suspic.* ita statuitur *in d. Prag. 4. de dilat. §. 1.*

13 Petitio Adjunctorum decisionem causae non impedit, ut dixi *sup. num. 6. ex d. pragm. 4. §. 6.*

14 Adjuncti, qui fuerunt praesentes relationi, si tempore decisionis reperiuntur impediti ob infirmitatem, vel ob transitum in aliam Rot., vel ad aliud Tribunal, vel quomodocumque reperiuntur absentes etiam extra Regnum, tunc expeditio caussae per Judices praesentes in Aula, si sunt in numero opportuno, expediatur. Verum in casu, quo in Aula non remaneat opportunus numerus judicantium, tunc dicti Judices impediti, & absentes mittant vota in scriptis, *d. pragm. 4. de dilat. §. 13.* quae *pragm. & §. 13.* fuit melius declaratus per *pragm. 2. de caussis decidendis per Comitem de Lemos 3. Decembris* 1615. ubi declaratur, quod si absentia, vel impedimentum est breve, dierum circa octo, ad instantiam partis, expectentur Judices Adjuncti, ut veniant in Aula ad votandum.

15 Et declaratur numerum opportunum esse trium Judicum in una Rota, & quinque Judicum in duabus Rotis Adjunctis, nisi in illa caussa esset stabilitus alius certus numerus Judicum, *prag. 2. de caus. decid.*

16 Adjuncti non conceduntur per literas a Secretis Regni, sive per viglietttum, *prag. 14. de off. Secret. §. 62.*

17 Uniri non possunt Aulae feriis aestivis, nec quindecim diebus ante; ideo datur formula sequentis supplicationis pro dispensatione.

18 *Formula memorialis pro dispensatione, ut Aulae uniantur feriis aestivis, & quindecim diebus ante ferias.*

Eccellentissimo Signore.

Il Proccuratore degli eredi del quondam Giulio Pallavicino supplicando espone a V.E. come in esecuzione delli favoritissimi, e giustissimi comandi di V.E. dati con viglietti dall'E. Sua, si è fatta introdurre dall'integrità dello Spettabile Presidente del S.C. nelle due Ruote del Regio Consigliere Duca del Vasto Girardo, e del Regio Consigliero Gasconi, la causa della consecuzione del credito di detti eredi di Pallavicino, contro gli eredi del quondam Cesare Zattara, olim Barone di Marigliano, ed altri de Zattara Duca di Marigliano Mastrillo, ed altri ingiusti possessori de' beni del quondam Giacomo Zattara debitore; ed essendosi per più mattine discorso dagli Avvocati nelle dette due Ruote giunte li meriti di detta causa, vi resta poco per complirsi la difesa, ed esame di quella. E perchè per l'imminenti ferie estive, quindici giorni prima di quelle non possono unirsi le Ruote, senza special comando, e dispensa di V.E. ricorre pertanto il supplicante all'E. S. e la supplica restar servita comandare, non solo, che la detta causa si continui nelle altre unioni, che si faranno, ma che bisognando per finir di parlare, e decidere, si uniscano le dette due Ruote, così tra li detti quindici giorni prima di dette ferie, come nelle sopravenienti ferie, nelli Giovedì, che in quelle viene tutto il Sacro Consiglio, affinchè possa terminarsi, e decidersi in tutto la detta causa, sotto il felicissimo Governo di V.E. dispensando per l'effetto suddetto in quanto sia di bisogno alle Regie Prammatiche, e questo stante, che detta causa si trova introdotta, e quasi in fine di parlarsi, onde dilatandosi in decidersi si perderebbero le fatiche, ed il tempo, in pregiudizio di detti suoi principali, e dell'altre cause, che si hanno da spedir poi nell'apertura de' Tribunali, il che tutto lo riceverà per somma grazia da V.E. ed a grazia, ut Deus.

19 *Formula supplicationis pro unione Aularum.*

S. R. M.

Supplicat humiliter Procurator haeredum qu. Julii Pallavicini exponens, qualiter compilato jam judicio ad relationem Magnifici vestri Reg. Consiliarii D. Caesaris de Natale, cum sit tractanda, ac decidenda caussa consequutionis crediti dictorum ejus principalium ascendentis ad ducatos triginta mille, & plus tam pro tertiis decursis, quam pro earum interesse ultra capitale, ut ex actis, pro quibus quantitatibus debitis a conventis, ut ex actis, fuit petita per dictos haeredes assistentia super Terra Mariliani, & contra eundem Illustrem Ducem, necnon super caeteris bonis,

& cor-

& corporibus in rubricis descriptis: Cumque tractetur in causa prædicta de magna quantitate consequendâ, necnon inter personas Illustres, fuit in calce actus ad concludendum, & in conclusione instatim causam prædictam expediendam esse junctis duabus aulis vestri S. R. C. Recurrit propterea ad M. V. exponens, eique supplicat, stantibus prædictis, dignetur ordinare, quod causa prædicta expediatur, sive decidatur junctis duabus aulis vestri S. R. C. & non aliter; nam ita dicit, & supplicat non solum isto, &c. citra præjudicium, cum potestate variandi.

Intimetur Parti, & veniat Actuarius cum processu, & partibus.

20 *Formula supplicationis pro adjunctis, ut sint numero quinque in Aulis adjunctis.*

S. R. M.

Supplicat humiliter Dux Mariliani dicens in causa vertente inter exponentem, & hæredes quondam Julii Pallavicino pro prætenso, & figurato credito contra illos de Zattara, pro quo petierunt assistentiam super dicta Terra Mariliani, fuisse commissam quondam V. R. Consil. Petro de Fusco, licet re vera esset Commissarius causæ reclamationis propositæ per hæredes dicti Julii, nam respectu Damiani tanquam nova causa immo prima causa esset Commissarius V.R.C. Natalis, tamen quia successor dicti R. C. Fusco est V.R.C. Nicodemus, qui replicavit non posse intervenire, ex eo quod in causa prædicta consilium præbuit pro supplicante, visa replicatione prædicta, fuit per M.V. causa commissa V.R.C. Bernal, quare in ejus aula, quæ est V.R.C. Raetani, remanent tres tantum judices; proinde stante gravitate causæ, etiam servata forma Regiæ Pragmaticæ recurrit ad M.V. eique supplicat dignetur ordinare, quod donec judices in aula prædicta sint in numero quinque, interveniant alii duo Regii Consiliarii adjuncti aulæ sequentis, cum quibus possit procedi in causa, citra præjudicium, &c. omni, &c.

Donec Judices in aula non fuerint in numero quatuor, interveniat pro adjuncto in præsenti causa R.C. de aula Gascon D. Io: Baptista Caravita.

Aracicl Reg. & Præf.

Provisum Neap. die 6. Martii 1705.

Rubinus.

Die 10. mensis Martii 1705. Neap. præsentata per Nicolaum Daniele procuratorem. de Onuphrio pro Figliola.

21 *Formula supplicationis, ut dentur alii Adjuncti in locum deficientium.*

S. R. M.

Supplicat humiliter Procurator Illustris Principis S. Martini D. Nicolai de Januario, exponens qualiter vertente lite in vestro S. R. C. inter dictum illustrem ejus principalem, & illustrem Lementium Comitem coram Spectabili Reg. & Consil. Illustri Duce Vasti Girardi dictæ causæ Commissario, apud aulæ, in qua residet vester Reg. Consiliarius de Fusco, qui noluit in causa prædicta intervenire, ex eo quia tempore, quo exercebat munus Advocati interfuit, ut collega in dicta causa ad beneficium dict. Illustr. Comitis Lementium: quapropter debent dari duo adjuncti, nempe alter loco dicti V.S.R.C. de Fusco, & alter loco Regii Consil. de Gaeta, qui nuper transivit ad V.M.C.V. in criminalibus. Recurrit proinde ad M. V. eamque supplicat, dignetur mandare, quod loco, & vice supradictorum interveniant in causa prædicta, & nominentur alii adjuncti M. V. melius visi, ad hoc, ut sint in numero opportuno, tanto magis, quia agitur de causa magni momenti; ita supplicat, salvis, &c. omni alio modo meliori, &c.

22 *Formula supplicationis, quando est infirmus Commissarius, vel absens, ut nominetur Alter.*

S. R. M.

Supplicat humiliter N. N. dicens habere litem in S. C. cum N. & N. conjugibus super Patrimonio quond. Doctoris Petri Antonii Santoro, & aliis, ut ex actis, in qua caussa non potest procedi ad ea, quæ incumbunt ob indispositionem vestri Consil. D. Francisci Raetani dicti patrimonii Commissarii, propterea supplicat M.V. ut dignetur, durante indispositione ipsius, causam, & patrimonium prædictum una cum annexis, emergentibus, & dependentibus, & penitus separatis committere alii ex vestris Consiliariis ejusdem aulæ melius viso, qui valeat super prædictis, & circa prædicta procedere, omni meliori modo, &c.

Magnificus U.J.D. D. Jos Baptista Pisacano Regius Consiliarius, durante infirmitate Magnif. Regii Consiliarii D. Francisci Raetani supplicata recognoscat, partes audiat, provideat, & S. R. C. referat. Ulloa Reg. & Præf. Provisum Neap. die 6. mensis Februarii millesimo septingentesimo. Neapoli præsentata per U.J.D. Franciscum Riccio Pepoli Procuratorem. De Franco Act. Mag.

23 *Formula supplicationis, quando Commissarius fecit transitum ad aliam Rotam.*

S. R. M.

Supplicat humiliter Procurator Magnificæ Catharinæ Rosellæ, dicens qualiter in causa, quam habet in V. S. C. cum hæredibus quondam U. J. D. Prosperi Santori Terræ Laurini super redditione computorum tutelæ ipsius Catharinæ per plures annos administratæ per dictum quondam Prosperum Santorum, & super aliis, ut ex actis, erat Commissarius V.R.C.D. Rodericus Messia, qui ob transitum in Aulam aliam non potest in eadem causa procedere. Recurrit proinde exponens ad M. V. eique supplicat, dignetur causam prædictam una cum annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus in locum dicti V.R. Consiliarii Messia, committere alteri V.R. Consiliario de eadem aula M.V. melius viso, qui in causa prædicta in terminis, in quibus eadem causa reperitur, jus dicat, & justitiam faciat nomine, ut supra, non solum isto, &c. salvis.

C A P. XXIII.

De exceptione unionis actorum.

S U M M A R I U M.

Unio Actorum petitur sæpius in nostris Tribunalibus, & quomodo fit decretatio in S.C. & in M.C.V. num. 1.

Unionis Actorum exceptio oritur ex pendentia litis, & ex exceptione, ne continentia caussæ dividatur, nu. 2.

Unio fieri debet apud Actuarium, ubi lis est cœpta, n. 3.

Litis pendentiæ exceptio, tria requisita habere debet, quæ declarantur, num. 4.

Inter judicium ordinarium, & executivum non fit unio actorum, num. 5.

Unio actorum opponi potest in qualibet parte judicii, & assignatur ratio, num. 6.

Unio sive cumulatio actorum non fit, nisi parte petente, num. 7.

Unio actorum ex tribus causis fit secundum Parladorum, sed secundum Carlevalium fit ex una causa, qua continet in se alias duas, num. 8.

Unio quomodo fit in eodem foro, & quomodo fit inter Actuarios diversi fori, num. 9.

Petere unionem actorum est idem, ac petere remissionem causæ ab uno Judice ad alium, num. 10.

Quæ-

Quæstio Commissarii habet terminum statutum, infra quem peti potest, sed unio actorum nullo termino præscribitur, ut dixi num. 6. Verum si fit post quæstionem Commissarii, quæstioni Commissarii terminatæ non præjudicat unio, num.11.

Casus in quibus cessat unio actorum, num.12.

Executiva judicia non admittunt unionem actorum, num.13.

Delegati plurium locorum an possint cogere via executiva debitores alicujus patrimonii deducti in S. C. ad continuandam solutionem, & ad prohibendam fabricam in aliqua domo patrimonii, num.14.

Memorialis formula ad beneficium patrimonii pro unione Actorum, quæ fiunt coram Dominis Delegatis, num.15.

Memorialis formula in S.C. pro unione actorum, nu.16.

Memorialis formula in S. C. ut unio fiat coram Domino Præsidente, num.17.

Memorialis formula in M. C. V. pro unione actorum, num.18.

IN præcedenti Cap.22. tradita est praxis pro uniendis aulis, & judicibus adjungendis: congruum est in hoc Cap.23. dare praxim pro unione Actorum.

1 Exceptio unionis actorum frequens est in nostris Tribunalibus, & in S.R.C. a Spectabili Domino Præsidente fit decretatio, quod *Actuarii Hebdomadarii videant, si est locus unioni.*

Sed in M.C.V. decretatio fit a quolibet Judice Com.

2 Exceptio hæc oritur ex pendentia litis. Nam ubi lis est cœpta, & pendet, ibi acta concernentia idem negotium, sunt unienda, *l.ubi acceptum ff.de judiciis.*

Et ex exceptione ne continentia caussæ dividatur juxta *l.nulli prorsus C.eod.*

3 Unio propterea fieri debet penes Actuarium, apud quem primo lis cœpta, per regulam *Tex.in l.qui prior ff.de regulis juris, Galtup.p.2.cap.3.n.35. fol.*133.

Hinc *Carleval.lib.2.disp.tit.2.num.5. & 6.* infert, quod ubi cessat præventionis effectus, sive litis pendentia, aut ne continentia caussæ dividatur, ibi cessat quoque unio actorum.

4 Et exceptio litis pendentiæ, ut habeat locum, tria requisita habere debet, juxta *Tex.in l.cum quæsitum cum duabus seqq. ff.de re jud.* Primo, ut sit eadem res. Secundo, ut sit eadem causa, sive modus agendi. Tertio, ut sit infra easdem personas. Ne in diversis judiciis sub diversis processibus quis divertatur, & vexetur, juxta tradita per *Menoch. de arbitr. Iudic.casu* 371.*num.*9.

5 Et unio actorum non habet locum inter judicium ordinarium, & executivum, *Carleval. lib.1. tit.2.disput.3.num.17. Tusch.lit.C.conclus.*1096. *num.*22. Et ratio est, quia in caussis executivis possunt agitari diversi processus apud diversa Tribunalia, ne quod inventum est ad beneficium Actoris in ejus damnum retorqueatur, *Alex.cons.*147.*num.*12. *Gram.cons.*95. *num.*4. *&* 16.

6 Exceptio unionis Actorum potest opponi in qualibet parte judicii, rejectis *Iason.* & aliis contrarium dicentibus; concludit *Carlev. lib.1. tit.2.disp.2.num.* 10. *&* 12.

Et rationem assignat, quia unio actorum dependet ab exceptione, ne continentia caussæ dividatur, quæ licet sit dilatoria, potest tamen in quacumque parte litis opponi, quia lex resistit divisioni judicii, & pœnam imponit, juxta *text.in l.nulli C.de judiciis*, ne continentia caussæ dividatur, & oriantur diversæ repugnantes sententiæ, & tota causa coram eodem Judice tractetur sub uno eodemque processu.

Quæ ratio æque militat, sive proponantur prædictæ exceptiones ante, sive post litem contestatam, & in qualibet parte judicii, quia in qualibet parte lex resistit, & quidquid contra legem fit, nullum est quandocumque opponatur, *l.non dubium 5. C.de legibus*, & vide, quæ dico hic *num.*11.

7 Actorum unio, sive cumulatio tunc est facienda, cum a parte litigante petitur dicta unio, alias parte non petente, & nihil opponente, cum cesset causa, cessat effectus, & proinde similiter cessabit Actorum unio, & acta facta sub diversis, & disjunctis processibus valent, *Carlev.lib.1.tit.2.disp.2.num.7.* ubi allegat *Afflict.dec.354.num.2. Menoch.de arbitrar. cent.4.casu 371.num.20.* & alios.

8 Unio, sive cumulatio Actorum debet fieri ex una, ex tribus caussis.

Primo, ratione exceptionis rei judicatæ, quoties res judicata in uno judicio, pareret exceptionem rei judicatæ in alio.

Secundo, ratione exceptionis litis pendentiæ, juxta *l.ubi acceptum 30. ff.de judiciis.*

Tertio, ratione exceptionis, ne continentia caussæ dividatur, juxta *l.nulli C. de judiciis l.cognitio 8. §.si plures ff.de liberali caussa c.1. de caussis possess. & prop. & c.1.de sequestr.possess. & fruct.* sic concludit *Paulador. lib.2. rerum quotidianarum cap.9.n.8.*

Sed melius concludit *Carl. d.disp.2.num.3.*, quod exceptio, ne continentia caussæ dividatur, dumtaxat, locum facit unioni Actorum, nam continentia caussæ non potest dividi, & sub se comprehendit omnes casus tam rei judicatæ, quam litis pendentiæ, quæ continentur sub generali exceptione, ne continentia caussæ dividatur.

Quia dividere judicium est dividere continentiam caussæ, *Carl.loco cit.nu.3. & 4.*

9 Quando caussæ in eodem actitantur foro, unio fieri debet apud Actuarium, apud quem fuit cœpta lis.

Quando caussa actitatur inter Actuarios diversi fori, acta uniuntur ad Actuarium illius Judicis, qui de causa debet cognoscere, nam acta uniri debent apud Tabellionem, apud quem sententia proferenda est, ex *c.grandi ro 3.de const.Carl.d.disp.2.nu.26.*

10 Unire processus, est remissionem caussæ petere ex uno Judice ad alterum, *d.Carl.tit.1. disp 2. qu.7. sect. 2., & 3., & tit.2.disp.2.num.16.*

Quando caussa fit inter Actuarios diversi fori, unio Actorum trahitur a Judice, qui de caussa debet cognoscere, ut uniantur acta ad suum Actuarium, & sic fit in foro Judicis.

Sed quando caussa actitatur inter Actuarios ejusdem fori, unio non fit respectu Judicis Commissarii, sed respectu Actuarii, apud quem reperitur præventa caussa, cui Actuario quæsitum est jus in caussa; per *tex.in l.1. C.de sportulis.*

11 Proinde opponi non potest quæstio Commissarii post tres menses, quando partes sunt in Civitate, & post sex menses, quando sunt absentes, vel hæredes, vel alii, qui ignorantiam allegare possunt, sed unio Actorum, etiam lapso dicto termino, peti potest, quæ tamen unio minime præjudicat quæstioni terminatæ circa Commissarium, ut dixi in *c.21.n.6. & 7.*

Unde tu, Iuvenis, pro cautela tui clientis, observa infra mensem opponere unionem Actorum, quando caussa est inter Actuarios ejusdem fori, quia ille Commissarius procedit, qui est Commissarius actorum, ubi fit unio, quando quæstio de Commissario non est opposita, nec terminata.

12 *Casus, in quibus cessat unio Actorum.*

Primo coram Judice incompetenti, unio prætendi non potest, ex *c.significaverunt ult.de judic.*

Secundo, quando Judex non habet jurisdictionem super tota lite, ut si unus est Clericus, alter est laicus, qui delictum patraverunt, dividitur judicium, & Clericus punitur in foro Ecclesiastico, laicus in foro laicali.

Tertio, quando petitur unio processus primæ instan-

ſtantiæ, cum proceſſu cauſſæ appellationis, vel proceſſus appellationis cum proceſſu reclamationis; tunc enim unio prætendi non poteſtaut ſi fuit appellatum, & poſt appellationem conveniuntur alii poſſeſſores, dividitur judicium, ut coram Judice appellationis procedatur contra litigantes in prima inſtantia, & Judex primæ inſtantiæ procedat contra alios, qui in prima inſtantia non fuerunt conventi, ex ratione adducta per *Carleval.d.diſput.2.num.17.*

23 Quarto in executivis, ut dixi ſuperius, quia duo, vel plura judicia executiva de eadem re ſunt compatibilia apud diverſos Judices, quia Judex in executivis non condemnat, & ſic non poſſunt fieri repugnantes ſententiæ; ſed exequitur, & concedit ſuum brachium ad id quod ex jure, vel facto reus eſt obligatus, & dicta executio, vel conceſſio brachii non repugnat, ut fiat per plures Judices; & quod fiat per unum non impedit alterum.

24 Hinc Delegati piorum locorum ſolent cogere debitores via executiva ad continuandam ſolitam ſolutionem alicujus annualitatis, & ſolent prohibere, ne aliquid innovetur per Fabricatores in aliqua domo, licet ſit deducta in Patrimonio ob concurſum creditorum in S. C. ex ratione, quia judicium nunciationis opus, & judicium poſſeſſorium manutenendæ poſſeſſionis in exactione annualitatis, ſunt judicia executiva, in quibus habent indubitatam juriſdictionem dicti Delegati locorum piorum.

Quæ ratio tuta non eſt, quia concurſus creditorum judicium eſt univerſale, quod trahit ſecum omnia judicia emergentia, dependentia, & abſurdum eſt, ut intereſſe tangens concurſum in S. C. tractetur, & trahatur coram delegato, ideo ſi Delegatus eſt Conſiliarius recurritur ad S. C., ſi eſt Regens, recurritur ad Collaterale Conſilium, & datur formula ſequentis memorialis.

Eccellentiſſimo Signore.

25 Il Dottor Leonardo Ricci, ſupplicando eſpone a V.E. come le caſe, e tutto il patrimonio del fu Pietr'Antonio Santoro, e Lucrezia de Mari da circa 50. anni ſta dedotto nel S.C. ad iſtanza de'creditori concorſi, e graduati, ed eſſo ſupplicante ſi trova da detto S.C. deſtinato a locare le dette caſe, eſiggere li pigioni, e pagare a' creditori, che hanno dato molte quantità per riparare dette caſe cadenti, ſpeſe con polize ſottoſcritte dal Commeſſario di detto patrimonio, precedentino decreti del detto S.C. con la clauſola d'eſſere preferiti a gli altri creditori, e perchè li pigioni non baſtano a ſoddisfare le terze a tutti li'creditori, è molti ſono reſtati a conſeguire molte annate, e fra eſſi creditori è nato contraſto di non doverſi continuare pagamento ad alcuni, come per lo paſſato ha pagato eſſo ſupplicante, fra' quali ci ſono luoghi pii, che artificioſamente ſono ricorſi, e ricorrono a fare atti appreſſo gli Scrivani della loro delegazione, e giornalmente viene eſſo ſupplicante travagliato avanti diverſi Scrivani di dette delegazioni, e del concorſo; ſupplica intanto V.E. ordinare l'unione d'atti, ad uno Scrivano, che parerà a V.E., affinchè uniti detti atti ſi poſſano riconoſcere le ſcritture, e le ragioni delle parti, e provvederſi a chi d'eſſi creditori ſarà di giuſtizia farſi detto pagamento, il tutto, ut Deus.

Intimetur parti.

Gaeta Reg. Miro Reg. Mazzaccara Reg. Ulloa Reg.

Proviſum per S. E. die 25. Septembris 1716.

Portius.

16 *Alla Spettabile Signor Preſidente del S.R.C.*

Caterina Roſella, e'l Dottor Leonardo Riccio Conjugi umilmente eſpongono a V. S. come nell'unione de' proceſſi da farſi tra la banca di Falvo, e Franco nella lite tra il patrimonio di Pietr'Antonin Santoro, e Franceſco Ceſario vi ſono deſtinati il Maſtro d'atti Rubino, Aleſio, e Fuſco, ed acciocchè ſi veda con maggior ſoddisfazione delle parti, ſupplicano V.S. deſtinarci due altri Maſtro d'atti, o pure ordinare ſi tratti alla preſenza di V.S., che, ut Deus.

Differentia eſt inter Magnificos Falbum, & Francum.

Videant Magnifici Aleſio, & Rubinus.

Ulloa Reg., & Præſ.

17 *Allo Spettabile Signor Preſidente del S.R.C.*

Caterina Roſella, e'l Dottor Leonardo Riccio Conjugi umilmente eſpongono a V.S. come nell'unione de' proceſſi da farſi tra la banca di Falvo, e Franco nella lite, che tengono con lo Magnifico Gioſeppe Ceſario vi ſono deſtinati il Maſtro d'atti Robino, Aleſſio, e Fuſco, ed acciocchè ſi veda con maggior ſodisfazione delle parti, e ſi ponga total ſilenzio, ſupplicano V. S. ordinare ſi decida in preſenza di V.S., che, ut Deus.

Fiat coram me.

18 *Al Signor D. Giovanni Ruggiero Giudice di Vicaria.*

Il Procuratore di Notar Vito Tomaſini, ſupplicando eſpone a V.S., come la lite vertente col qu. Angelo Tomaſini, e ſuoi figli si trova introdotta in banca del Magnifico Sorrentini, ed ora si pretende procedere in banca del qu. Rinaldo: Supplica V.S. ordinare l'unione d'atti, e frattanto non innovarsi coſa alcuna, e commetterla a chi parerà a V. S., ut Deus, &c.

Acta facta in banca olim Rinaldo uniantur cum actis factis in banca Magnifici Surrentini, & videat ſi eſt locus unioni Magnificus Cerqua, & pendente unione prædicta non procedatur, alias &c. Datum Neap. die 22. Menſis Septembris 1716.

C A P. XXIV.

De exceptione litis pendentiæ, ne continentia cauſſæ dividatur.

S U M M A R I U M.

Litis pendentiæ exceptio quid differt ab exceptione, ne continentia dividatur? & quando opponi poſſit, num.1.

Dictæ duæ exceptiones admittuntur inter Actuarios diverſæ bancæ, quæ unio Actorum appellatur, nu.2.

Exceptio ne continentia cauſſæ dividatur intelligitur oppoſita, quando opponitur litis pendentia, num.3.

Litis pendentia in quo differt ab exceptione ne continentia cauſſæ in caſu appellationis? num.4.

Mutans Judicem lite pendente amittebat cauſam antiquitus, hodie punitur arbitrio Judicis, num.5.
„ *obiter quid proviſum ex* nov.Conſt. *ne partes poſſint*
„ *mutare Commiſſarium, indicatur.*

Caſus in quibus continentia cauſſæ, & litis pendentia locum non habent, num.6.

Litis pendentiæ exceptio habet locum, ut non poſſit recedi a via ordinaria capta, cum diſtinctione, nu.7.

In cauſſa præventionis an admittatur exceptio litis pendentiæ? an in judicio legis diffamari, & leg. ſi contendat, num.8.

Litis pendentiæ exceptio quæ requiſita habere debet, declarantur, num.9.

Litis pendentia, & ne continentia cauſſæ dividatur ad quem finem fuerint inventa, num.10.

Exceptio ne continentia cauſſæ dividatur competit etiam Actori in cauſſa reconventionis, nec Actor renunciare poteſt judicio conventionis, num.11.

Continentia cauſſæ declaratur, num.12.

Li-

Litis pendentia declaratur, & exemplificatur, nu. 13.
Litis pendentia habet effectus diversos a ne continentia caussæ, & exemplificatur sex modis, num. 14.
Litis pendentia facit mutare Judicem, sed non judicium, sed ne continentia caussæ facit mutare Judicem, & judicium, num. 15.
Differentia inter tres exceptiones, litis pendentiæ, ne continentia caussæ dividatur, & unionis actorum, cum limitationibus, num. 16.
Litis pendentia non inducitur per simplicem præsentationem libelli, num. 17.
Pendentia litis ... praecipuos producit effectus, n. 18.

IN præcedenti Cap. 23. dictum est de unione Actorum, quæ oritur, & regulatur ex exceptione litis pendentiæ, & ne continentia causæ dividatur, ideo in hoc Cap. 24. continuari debet praxis litis pendentiæ, & ne continentia causæ dividatur.

1 Litis pendentiæ exceptio differt ab exceptione, ne causæ continentia dividatur, *l. nulli* 10. *C. de jud.* nam

Litis pendentia est, quando actor relicto primo judicio convolat ad aliud, eandem causam de novo proponendo, & dicitur mutare Judicem, *l. ubi acceptum ff. de jud.*

Sed exceptio ne causæ continentia dividatur, est, quando actor coram uno Judice causam proponit, quæ licet non sit eadem, habet tamen attinentiam, & connexionem cum alia coram altero Judice prius proposita, ut si coram uno Judice proposuerit judicium possessorium, & coram alio judicium proprietatis, quod non dicitur mutare, sed dividere judicium, *Ursill. dec. 394. num. 3.*

Differt itidem, quia

Litis pendentia opponi debet ante contestationem litis, vel immediatè post, *Motill. de grad. cit. nu. 76.* quia est exceptio dilatoria sive declinatoria, *Muscatell. in glos. Trib. p. 2. num. 1., & 13. Marant. disp. 6. num. 32.*

Sed exceptio ne continentia causæ dividatur potest opponi in quacumque parte judicii.

Et partes Judicis erunt statim remittere causam ad primum Judicem, ut *Afflict. d. dec. 394. num. 9. Ursil. ibi nu. 3 Ricc. collect. 368. Cancer. var. resol. tom. 3. de act., & obligat. cap. 1. num. 52.*

2 Quæ exceptiones habent locum, etiamsi coram eodem Judice, sed in diversa banca lis promoveatur; nam prohibetur in diversis bancis tractare, & instante parte fit unio actorum penes Actuarium utriusque causę; quam cumulationem actorum alii appellant, quæ cumulatio differt a pendentia litis, nam in cumulatione non declinatur forus, quę proprie vocatur unio actorum, sed in pendentia litis fit, ut advertit *Motill. in grad. cit. num. 75.*

3 Exceptio ne continentia causæ dividatur, etiam intelligitur tacitè opposita, quando opponitur litis pendentia, & quælibet alia ex præmissis resultans, *Afflict. d. dec. 354. num. 9., & 10.*

4 Litis pendentiæ exceptio in alio differt ab exceptione, ne continentia causæ dividatur; nam opposita prima, & non admissa, si non appellatur, processus erit validus uterque coram utroque Judice factus.

At opposita secunda, etiam non facta appellatione, processus redditur nullus, si non obstante dicta exceptione opposita procedatur, *Afflict. latissime d. decis. 354. num. 1., & 6. Marant. p. 6. membro 9. n. 40. Muscatel. gloss. Tribunali p. 2. per totam.*

5 Qui mutabat Judicem lite pendente antiquitus puniebatur amissione causæ, hodie punitur arbitrio Judicis, *Ursill. ad Afflict. dec. 394. num. 1.*, & qui dividit continentiam causę punitur quoque arbitrio Judicis, *Menoch. cas. 361. de arbitr. Judic.* sed ego nunquam vidi puniri quemquam. „ Vide *nov. Constit. §. Tom. IV.*
„ *V. num.* 20. ubi providetur, quod fiat registrum
„ causarum, quæ committuntur a Regente M.C.Vic.,
„ illudq; servetur in domo ipsius Regentis, ut possit vi-
„ deri, an causa, quæ petitur committi, fuerit ne, an
„ non prius commissa, ne sit in partium arbitrio uti,
„ aut non uti Commissario jam destinato. Hoc obiter.

6 *Casus, in quibus*

Tam continentia causæ, quam
Litis pendentia non habet locum.

Primo non habet locum, quoties citatio esset circumducta, *Motill. in grad. cit. num. 84. Franch. decis. 132. num. 4.*, & nos diximus in *cap. de citat.*

Secundo, cum instantia esset perempta; quod ampliatur, etiamsi impetrata fuerit insufflatio spiritus, *Motill. ubi supra ex Gramm. in dec. 103. num. 1014.* cui adversatur *Muscatell. gloss. Trib. p. 2. nu. 7.* dicens opinionem Grammatici non posse procedere, dum per insufflationem instantia reviviscit, ut erat prius ex beneficio Principis, quo fit ut citatus in alio Tribunali potest se juvari exceptione litis pendentiæ ex instantia restituta.

Tertio, cum reus fuerit contumax in prima lite, non poterit in secunda pendentiam opponere, *Motill. ubi supra n. 88. de Franch. dec. 487. num. 1. & dec. 551. num. 7.* nec continentiam causæ, ut late *Menoch. de arbitrar. cas. 371. num. 2.*

At si non esset contumax in primo judicio, sed in secundo tantum, tunc purgata contumacia poterit litis pendentiam opponere, *Motill. ubi supra nu. 87. Caravit. rit. 205. nu. 2. Muscatell. glos. Trib. num. 11.*

Quarto, non habet locum litis pendentia contra Fiscum trahentem judicium ad Regiam Cameram Summariæ, quando succedit personæ privatæ, cum qua fuisset cœpta lis in prima instantia, secus ubi ad secundam instantiam lis pervenisset, quia tunc obstaret dicta exceptio Fisco volenti trahere ad Regiam Cameram, *Motill. in grad. cit. n. 87. in fine, Sanfel. dec. 50. nu. 27. Capyc. dec. 175. num. 24. lib. 2.*

7 Quinto, non habet locum exceptio pendentiæ litis in judicio exequutivo, quando pendentia est litis similiter executivæ, ut dixi *in praxi de judicio executivo vigore Reg. Prag. de censibus*. At si pendentia est litis ordinariæ, ut, quia actor prius elegit viam ordinariam, tunc dicta exceptio admittitur, quia non potest recedere a via ordinaria cœpta, & redire ad viam exequutivam, & si id faciat, per exceptionem litis pendentiæ in via ordinaria impeditur via exequutiva, etiamsi fuerit protestatus, ut agendo via ordinaria non intelligatur præjudicari viæ executivæ, & sic decisum refert *Caucius de censibus articulo 6. num. 29. cap. 2. qu. 4. Gallup. p. 2. cap. 3. num 6. Maran. disp. 6. part. 6. membro 9. num. 31.*, & alii relati per *Dominum Petr. rit. 166. num. 20.*

Limitat *Muscat. ubi supra*, quando actor protestatus fuerit, quod agendo ordinarie, non intendit se præjudicare in via exequutiva, licet ibi loquutus est de via exequutiva crim. agendi, *Muscatell. gloss. Trib. in eadem litera A. Motill. de grad. citat. nu. 86.*

Distinguunt alii, ut ante litis contestationem, semper possit recedi ab ordinaria, & convolari ad viam exequutivam.

Post vero contestationem non possit, *Galterius in 3. p. princ. Rub. præsent. instrum. num. 8. Ursill. ad Afflict. dec. 226.*

Sed *d. Dom. Petra* indistinctè concludit *in d. ritu* 166. & latius *in rit. 134. nu. 14. fol. 579.* quod electio unius non facit præjudicium alteri, ea ratione, quia ideo creditor agit ordinarie, ut veniat ad exequutionem, ergo minime renunciavit exequutioni per actionem ordinarie intentatam.

Quod secus est, si plures competerent actiones; & hanc differentiam dicit non esse ab omnibus intellectam, & sic intelligitur *Textus in leg. quod in hæ-*

verb §.eligere ff.de tribut.act., qui loquitur de varianda actione.

Præsertim in Regno, ubi per Ritum M.C.V. 288. sola facti veritate inspecta judicatur, ut notavit *Merlin.cent.2.cap.27., & 97. Cevall.Galeot.*, & alii citati per *d. Dom.Petr.num* 16.

Maxime, quod in Regno apponi solet clausula in instrumento, quod una via electa, altera non tollatur, ut late ibi *Galeot.ubi supra*.

Et vide quod diximus in Praxi judicii exequutivi *cap.de liquidat.instrument., & cap.de via exequutiva vigore Reg.Pragm.de censibus*.

Et ita quoque intellige de causæ continentia, ut *Menoch.d.casu 371.n.25.& Jason.in d.l.nulli num.8.*

8 Sexto, quando fuerit præventum, ut diximus in *tit.de præventione*, & te remitto ad tradita late, & docte more suo per *Dom. de Luca ad Franch. observ.373., & Dom.Petra rit.166. nu.120. fol.95.* ubi multa habes de exceptione litis pendentiæ, & ut virtute præventionis impediatur.

Septimo, non habet locum in mero judicio *l.diffamari*, sed in judicio *l.si contendat* habet locum, ut diximus in *tit.de actis, quæ fiunt per reum contra actorem cap.de jud. diffamationis*, & docet *de Marinis lib.1. resol.54.& 257., & Verd. ad Gallup. part. 2.cap.3.*

9 Exceptio litis pendentiæ, ut habeat locum, tria requisita habere debet, juxta *Tex.in l.cum quæritur cum duabus seqq ff.de re judic.* v3. eadem res, eadem causa, seu idem modus agendi, & eadem persona.

Et sic ex integro, & essentialiter cum eamdem actionem cum suis annexis, & connexis, ac dependentibus, sicut intentavi coram primo Iudice in primo judicio, ita formaliter volo nunc coram alio Iudice, & in secundo judicio intentare.

Et in hoc casu procedit *Text. in l.ubi acceptum ff. de jud.* ex quo *text.* nascitur hæc praxis, dum per dictum *text.* sancitur, ut ubi cœptum est semel Iudicium, ibi finem habere debet.

10 At hæc exceptio litis pendentiæ fuit inventa non solum ad conservandum juris rigorem, & ad finem conservandæ jurisdictionis, ut *Muscatell.* tradit *gloss.Tribunali p.2.n.3.*

Sed ne litigantes coram diversis Iudicibus divertantur, & vexentur novis impensis, & novo labore ad novum Iudicem instruendum; ad hunc finem fuit inventa exceptio, ne continentia causæ dividatur, *Menoch.de arbitr.jud.casu 371.num.9.*

11 Adeo quod sicuti hæc exceptio ne continentia causæ dividatur competit reo, ita quoque competit actori contra reum, qui vellet reconvenire actorem coram alio Iudice, *Muscat.d.glos.Trib.num.12.*

Et si actor voluisset renunciare primo judici, coram quo fuit motum judicium, non valet facere, altera parte reluctante, *Ursill.ad Affl.d. dec.354.nu.2. Fel.& Socc.* ut ibi.

12 Sed exceptio ne continentia causæ dividatur, est, quando non eandem actionem ex integro, & essentialiter, sed aliqua dependentia ex ea, vel connexa volo intentare coram alio judice, & primordium actionis coram alio.

Continentia enim causæ est ejusdem instantiæ indivisa essentia, vel respectu ejusdem rei plurium causarum ad invicem dependentia, vel specierum sub genere continentia, ita *Muscat. in dicta glos. Trib.num.23. ex Bald.*, & aliis ibi.

Hæc praxis continentiæ causæ nascitur ex *Text. in l.nulli prorsus* 10. *C.d. jud.* per quem *Text.* prohibetur judici ad ulteriora procedere, si opponatur dict. exceptio, dum *d.Text.*ait, quod *nulli prorsus audientia præbeatur, qui causa continentiam dividet*, & ob id quod sequitur est nullum, *l.non dubium Cod. de legibus, Muscat.gloss. Trib.num.15. Ursill., & Afflict.dicta dec.134.*

Et per *Text in l.nulli* continentia causæ dividi non potest in civilibus, adeo quod denegatur audientia ei, qui apud diversos judices ventilare voluerit id quod in uno judicio terminari potest. Unde Comitissa Piceriti cum opposuerit compromissum contra Principissam Turris Padulæ suam sororem uterinam, non fuit audita, quia Principissa petabat hæredes tertii ejus mariti mortui condemnari ad medietatem interesse antelati decursi post mortem dicti viri, & assistentiam præstari super bonis possessis per dictam Comitissam, & cum utrumque caput unico contextu esset decidendum, continentia dictæ causæ dividi non poterat, ut respectu dictæ Comitissæ procederetur coram Arbitris, & respectu hæredum dicti viri, qui nullo conjunctionis vinculo erant conjuncti, procederetur in S.C.; ita anno 1630. refert decisum *Scaib.resol.63.*

Et continentia causæ proprie est, quando quis vult dividere judicium, & proponit illud idem; & exemplificant, quando coram uno judice fecit judicium possessorium, & finito judicio possessorio velis coram alio judice agitare judicium petitorium.

13 Sed litis pendentia est, quando illud idem judicium propositum coram uno judice vult proponere coram alio, & sic mutare Iudicem, sed non mutare judicium: & sic aliud est mutare judicem, aliud est dividere judicium coram diversis Iudicibus, ut tenuit *Ursill.ad d.dec.Afflict.*ubi *n.4.* carpit *Afflict.*quasi non intellexit differentiam inter has exceptiones; sed defenditur *Afflict.a Muscat.in glos.Trib.p.2. num.16.*

*Afflict.*enim quinque modis exemplificat exceptionem continentiæ causæ, & unus ex illis quinque convenit casui illius decisionis, & sic non meruit reprehendi *ab Ursill.*

Nam primum exemplum traditur *ab Afflict.* juncta opinione *Jacobi Butrigarii, & Alberic. de Ros.* quod habeat locum exceptio ne continentia causæ dividatur, quando adest identitas personarum Actoris, & rei.

Sed hoc impugnatur *ab Ursill.* quia ubi est identitas personarum actoris, & rei, dicitur exceptio litis pendentiæ, non autem ne continentia causæ dividatur; quia tunc non dividitur judicium, sed mutatur Judex, ut supra diximus.

14 Quod multum refert hoc cognoscere, nam si est pendentia litis, habet multos effectus diversos ab ne continentia causæ dividatur.

Quod attinet ad primum exemplum; superius narravimus dictas differentias, & ego non discederem a dicta opinione *Ursill.*

Secundum exemplum continentiæ causæ relatum *ab Afflict.ubi sup.* traditur, ubi est identitas personarum, & rei, licet non actionis, ut in petitorio, & possessorio; causa enim possessionis est judicium cōtinens etiam causam proprietatis & ob id dividi non potest, sed ab eodem Judice est terminanda, per *Text. in cap.1. de causa poss.& pro., Menoch. d.casu 271.nu.9.*

Tertium exemplum relatum *ab Afflict. in dicta dec.354.num.13.* ubi est identitas personarum, & actionis, sed non rei, & ubicumque sub una generali actione plures res continentur, quemadmodum in actione tutelæ, & utili negotiorum gestione, & *Afflict.* sequitur, & declarat *Menoch.dict.casu 371.n.11.*

Quartum exemplum *ab Afflict.* traditur, ibidem, ubi est diversitas personarum, & rei, sed actionis identitas, quæ ex uno, & eodem fonte procedit contra plures.

Quintum exemplum *ab Afflict.* traditur, ubi est identitas actionis, & rei, sed personarum diversitas, sicuti est in duplicibus judiciis; quod exemplificatur a *Menochio dicto casu 371.num.11.*, quando res inter fratres, vel socios communis est dividenda, tunc

unus

unus tantum Judex adeundus est, *L.2. ff. de quibus rebus ad eundem Judicem eatur.*

Sextum exemplum traditur a *Menoch. d.casu* 371. quod in ordine *dicti Menoch.* est quintum, cum creditor partem debiti petit coram uno Judice, & aliam partem vult petere coram alio. Quo casu non potest, ne continentia causæ dividatur; & hoc indistinctè, sive Judices sint ordinarii, sive delegati, tenet *d. Menoch.* quidquid alii in contrarium senserint, quod habeat locum solum coram Delegatis, quia *dict. Menoch.*, respondet, ut ibi.

Et hoc sextum exemplum habet locum, quando est una solum summa, quæ uno eodemq; tempore debetur, secus si esset summa diversa, vel una pars debita hodie, altera infra mensem; Nam poterim hodie Prætorem adire pro una parte, & consequuta solutione hujus partis, pro altera adire alios Judices; tunc enim non dividitur continentia causæ, nam ratione diversitatis summæ, vel temporis, causæ diversæ censentur, ut *Menoch. late ubi sup.*

15 Ex his poteris colligere, quod per litis pendentiam mutatur Judex, si non mutatur judicium; non res, sed eadem; non actio, vel causa, sed idem modus agendi; non personæ, sed eædem personæ; & per dictam exceptionem declinatur forus primi Judicis.

Per continentiam causæ mutatur Judex, & judicium, vel mutatur actio, ut in secundo exemplo, vel mutatur res, ut in tertio exemplo, vel mutatur persona, & res, ut in quarto exemplo, vel mutatur solum persona, ut in quinto exemplo, vel diversificatur summa, vel tempus pensionis, ut in sexto exemplo: & per dictam exceptionem declinatur forus primi Judicis.

Per unionem actorum, non mutatur Judex, nec declinatur forus.

Quando fit cumulatio actorum, quæ sunt in diversis bancis, ut in una uniantur in eodem foro, ut advertit *Merill. in grad. cit. num.* 75. secus quando fit inter Actuarios diversi fori, ut *in praeced. cap.* dixi.

16 Et sic habes differentias inter has tres exceptiones, quæ tamen simul, & unitim possunt opponi, imo traditur cautela, ut opponatur non solum exceptio litis pendentiæ, sed quælibet alia ex narratis resultans, & debet excipiens narrare factum simpliciter; & taliter, quod implicite ex facto narrato resultet exceptio non expressa, ut *Afflict. d. decis.* 354. *num.* 10. *Muscat. in glos. Tribunali part. 2. nu.* 19.

Litis pendentiæ exceptio ante litem contestatam habet locum, quia est dilatoria, ut diximus supra; sed exceptio ne causæ continentia dividatur, in Regno potest proponi post litem contestatam in qualibet parte judicii. Et ratio est, ne in una causa, vel duabus invicem connexis, quæ ad eandem continentiam pertinent, oriantur diversæ repugnantes sententiæ, licet dictæ exceptiones sint dilatoriæ, quæ ante contestationem deberent proponi. Ita usus, & praxis in Regno inolevit, quicquid *Jason in l. nulli num. 6. C. de judic.* dixerit post contestationem non posse opponi. Quia *Jasoni* respondet *Carlev. lib. 1. tit. 2. disput. 2. num.* 10. & testatur dictam praxim, quod in quavis parte litis fit cumulatio actorum, ut tota causa coram eodem Judice tractetur sub uno, eodemque processu. Sed hanc conclusionem limitabis.

Primo, ut procedat parte opponente, alioquin si nihil opponatur uterque processus valet, ut idem *Carlev. ibidem num.* 7. & nos diximus superius.

Secundo, limita, quando actor, & reus sunt diversi fori, ut si alter laicus, alter Clericus, tunc non possunt processus uniri. *Carlev. ibi nu.* 13.

Quo casu si causa, vel res est individua dignior trahit ad se minus dignum, & si est dividua, quilibet remittitur ad suum Judicem competentem.

Tertio, limita, quando reus est contumax coram præveniente, tunc non auditur, nisi refectis expensis, *Carlev. num.* 14. & nos diximus superius.

Quarto limita, quando Judex non habet jurisdictionem super tota lite, nam tunc oportet dividere judicium, *Carlev. nu.* 15. *Menoch. ubi supra.*

Quinto limita in exequutivis: nam possunt agitari diversi processus apud diversa Tribunalia, ut debitor solvere compellatur, *Carlev. ibidem num.* 16. *Gallup. part. 2. cap. 3. num. 3. Seraph. de privil. juram. privil. 77. num. 81. Prat. resp. ms. 193. col. 2. Gram. cons. 95. num. 4. & 26. Alex. cons. 147. nu.* 12.

Nam quod est inventum ad beneficium creditorum, non debet retorqueri in eorum damnum, rejecto *Marant. part. 6. memb. 9. num.* 31. ubi dicit, quod hæc exceptio impedit judicium summarium, & rejecto *Papar. de judic. exequutivo cap. de liquidat. instr.* prout diximus *in cap. de via exequutiva vigore Reg. Pragm. de censibus.*

Sexto, limita, ut non possit cumulari processus, qui exercentur sub diversis instantiis. V.G. prima instantia, cum processu causæ appellationis, & neque judicium ordinarium, & exequutivum, *Carlev. ibid. num. 17. & Franc. Marcus decis. 77. num 5. part.* 1.

Septimo, limita, quando juramentum intervenisset in promissione, nam tunc potest simul agi coram diversis Iudicibus, coram Ecclesiastico, & seculari, cum juramentum addat forum foro, ex *text. in c. ult. de foro compet. & Jason. in l. nulli C. de judicis num. 6. vers. 5 cogita.*

Verum de hoc aliter sentit *Carlev. ibidem ubi sup. num.* 18. ubi quod juramentum addat forum foro, exponit, non quod apud diversos foros simul agi possit de contractu jurato, sed quod sit in potestate Actoris eligere ex duobus foris Ecclesiastico, vel seculari, quod malit, in quo debitorem suum conveniat.

17 Litis pendentia non inducitur per solum libellum præsentatum, vel solam citationem expeditam, sed necesse est, ut sit parti notificata citatio cum solemni Nuncii relatione, ut diximus *in cap. de citat. num.* 3. & notat *Affl. dec.* 354. ac late fundat *Muscat. in glos. Tribunali part. 2. num.* 5.

Et praxis opponendi dictam exceptionem ponitur a *Muscat. ubi supra num.* 2. ut statim opposita exceptione, quod lis pendet coram alio Iudice, cogitur Iudex, coram quo opponitur dicta exceptio, statim terminum statuere competentem, infra quem excipiens doceat de allegata litis pendentia, qua docta tenetur remittere causam ad illum Judicem, coram quo prius fuit lis cœpta.

Quæ praxis nascitur ex *l. ubi acceptum ff. de judic.*

18 Pendentia enim litis duos præcipuos producit effectus.

Primo, ut altero invito nequeat coram alio Judice litigari, sed ubi cœptum, ibi finiri debet judicium per *tex. in l. ubi acceptum, ut supra.* Ideo obstat exceptio litis pendentiæ, tamen, ut obstet, debet opponi ante litem contestatam, cum sit exceptio dilatoria, ut supra diximus ex *Afflict. & Muscatell.* & aliis supra citatis, quibus adde *Ricc. collect. 368. Fab. def. 2. C. de judic.*

Secundo, producit prohibitionem attentatorum, & proinde operæ pretium duxi aliquod dicere de attentatis.

C A P. XXV.

De litigiosi vitio.

S U M M A R I U M.

Lis unde incipere dicitur? num. 1.

Unde litis pendentia, & unde vitium litigiosi contrahitur, num. 2.

Litigiosa res non efficitur per solam citationem, nisi in actione reali, sed in actione personali per litis contestationem efficitur litigiosa, num.3.

Litigiosa proprietas non efficitur, quando lis est super possessione, num.4.

Fructus nascentes ex re litigiosa non subjacent vitio litigiosi in re, quæ lite pendente alienatur, num.5.

Lite pendente res alienari non potest, sed actio, & jus instantiæ cedi potest, & cum incœpta instantia sequitur judicium, nec requiritur, ut nova instantia fiat a cessionario, num.6.

Alienatio facta in potentiorem, ut pupillum, viduam, aut alium privilegiatum est prohibita, quia præsumitur causa mutandi judicium facta, num.7.

Litigiosi vitium locum habet tam contra reum, quam contra actorem, cum limitationibus, num.8.

Constitutio Regni, Conventus, *declaratur; & datur praxis ad beneficium agentis*, num.9.

Sententia lata contra reum, qui pendente lite, alienavit rem, vel post sententiam in alium transtulit, an, & quando exequutioni demandari potest contra tertium novum possessorem; & quid si novus possessor sit Clericus, aut aliter exemptus a jurisdictione, num.10.

Et quid si possessor novus sit subditus Iudici seculari alterius Civitatis, num.11.

Alienatio mutandi caussa judicium in potentiorem est prohibita regulariter, cum limitationibus dictæ regulæ, num.12.

IN præcedenti *Cap.24.* dictum est de litis pendentia, a qua oritur vitium litigiosi, ideo continuato ordine sequi debet hoc *Cap. 25. de litigiosi vitio.*

1 Lis tunc dicitur incipere, & pendere, cum citatio legitime a Iudice fieri jussa pervenit ad notitiam citati, *Text. in clem. cum lite 2. & ibi glos. verb. ad partem, ut lite pendente, Guid. Papa dec.488. Farin. in fragmentis crim. lit. C. ex num.367. Carlev. lib.1. tit.1. disp.2. qu.7. sect.3. num.917.* Sed *Sanfel. sect.13. num.6.* concludit de jure canonico rem effici litigiosam per solam citationem.

2 At de jure civili, & novo authenticorum, per solam libelli oblationem in actione reali, in qua de dominio, vel quasi directo, vel utili agitur, *Auth. litigiosa C. de litigiosis.*

Licet olim requirebatur litis contestatio, ut *l. 2. Cod.*

Sed in actione personali contrahitur vitium litigiosi per litis contestationem; & ibi assignatur ratio ex *Reg. Galeota tom.1. contr.2.* ubi *num.1.* dicit alienationem rei litigiosæ esse prohibitam, non solum ratione fraudis, sed ne reddatur elusoria sententia, & ne deterior efficiatur conditio litigantis, & ne juri tertii derogetur; sed intellige, quando agitur actione personali ad certam rem pro illius dominio consequendo, aliàs res, quæ petitur actione personali, non dicitur litigiosa, *d. Sanfel. ubi supra num.9. ex Covarr. resol.12. de litigiosis tit.6. num.10.*

Nam sola citatio sufficit ad jurisdictionem Iudicis citantis perpetuandam, *de Marin. lib.1. resol.54. num.15. ex cap. proposuisti de for. compet. & c. gratum & c. licet de offic. Delegat.*

Et litis pendentia sola citatione inducitur, *de Marin. lib.1. resol.257. num.1. Vard. ad Gallup. par.2. cap.30. num.60.*

Sed advertendum ducó, quod litigiosi vitio res efficitur per solam citationem, quando agitur actione reali, juxta tradita per *Covarr. cap.15. pract. qu. num.6. Affl. in Const. eorum fraudibus num.4. Marant. in spec. in 4. par. distinct. .. num.5.*

Et fuit dubitatum, quid si eodem die alienationis reperiatur citatus alienans, an dicatur res effecta vitio litigiosi, & censuit Magn. Cur. non dici rem litigiosam, quia alienatio præsumitur antecedenter facta, ita *Sanfel. decis.2. tom.1. num.18. per text. in l.2. ubi Glos. & DD. C. de petit. hæredit. Alciat. præsump. 52. Menoch. lib.6. præsump.7. num.9.*

Secus in actione personali, ubi non sufficit sola citatio, sed requiritur litis contestatio ad inducendum vitium litigiosi, ut inferius dicemus.

Sed *Pont.* consuluit *cons.105. 2. vol.* an *c. Regni, conventus*, vindicet sibi locum in dicto casu.

3 Concluditur itaque, quod litigiosa res non efficitur per solam citationem, nisi cum exercetur actio realis; *Auth. litigiosa, l.2. & 4. C. de litigios. Carlev. ubi sup. n.936. Gallup. par.2. c.3. n.40.* rejecto *Burat. n.100. Pont. cons.54. Viscont. concl. verb. litigiosa col.3.*

Sed ubi agitur actione personali, ad hoc, ut ipsa actio personalis sit litigiosa, requiritur litis contestatio, *Affl. in d. Const. eorum* tradit *num.4. post Angel. in auth. litigiosa C. de litigiosis, Muscat. in gl. gradum, p.1. in addit. lit. A.*

4 Nec efficitur litigiosa proprietas, quando lis principalis est intentata super possessione, *Gallup. ubi sup. ex Glos. in c.1. de confirm. utilis. & inutilis Bald. in margine, vers. lis n.27. Ric. collect.225. par.4.*

5 Advertendum insuper est, quod litigii vitium in ipsa re, quæ lite pendente alienatur, tantum committitur, & non in fructibus a re litigiosa nascentibus, *Affl. in Const. Regni, eorum fraudibus in 18. limit. sub num.19.* quem citat, & sequitur *Sanfel. de c. 119. num.6.*

6 Item licet res deducta in judicio non possit alienari, tamen ipsa actio, & jus instantiæ potest cedi, *l. dudum C. de contrah. empt. Natt. cons.367. num.21. Surd. cons.208. num.5.*

Nec tunc requiritur nova instantia, sed cum incœpta prosequitur, *Giurb. dec.107. Gallup. ibid.*

7 Verum si fiat in potentiorem, aut in privilegiatum, ut in pupillum, viduas, &c. quia præsumitur facta mutandi causa judicium, prohibetur talis alienatio in præjudicium collitigantis, *DD. in tit. de alienat. judic. mutand. caus. Tap. in jus Regni loc. cit. Gallup. ubi sup. Muen dec.14. num.15.*

8 Litigiosi vitium locum habet non tantum in reo, qui lite pendente rem, super qua est quæstio, alienat; Sed etiam in actore, qui motam in judicio actionem in alium aliquo titulo transtulisset, sive cesserit, ut nimirum talis cessio nullam habeat subsistentiam. Ita disponitur *in l.2. & fin. C. de litigiosis*, cui Imperator Fridericus novam addidit legem in his Regnis Siciliæ, ut *in Constitutione eorum fraudibus*, ubi ultra pœnam a jure communi impositam aliam constituit, ut alienans ratione sui doli in tertia parte æstimationis illius rei, quam alienavit, Fisco applicanda condemnetur; idque, si contigerit ante judicium motum, dum sciebat sibi litem movendam.

Quia si post citationem facta est alienatio, ipso jure dicitur nulla, & venditor carebit pretio, & emptor re, si litis motæ erat sciens, quia si ignorans propter ejus bonam fidem pretium recuperabit; quod amplia vit Imperator non modo in venditionibus, sed in quibuscumque contractibus. Quinque tantum exceptis casibus, in quibus rei litigiosæ alienationem permisit.

Primo, ubi alienatio fieret ex causa transactionis.

Secundo propter dotem.

Tertio ex causa donationis propter nuptias.

Quarto propter divisionem rerum hereditariarum.

Quinto, ubi res litigiosa alicui legetur.

Adde sextum casum, si res esset tempore peritura, *Campagn. in constitut. Regni Conventus 15. sub n.6.*

Alios tamen decem, & octo in dicta *Constitutione a num. 12.* addit *Afflictus*, de quibus late est videndus *Regens de Marinis lib.1. resolut.256. a num.5.* ubi

Afflictum declarat, & cum contrariis concordat, refellit, & defendit, adde *Gallup. p.2.cap.3.num.29. Menochius lib.2.de præsumpt.c.ult. num.37. Giurb. decis.62.num.18.*

9 Et Rex Carolus Secundus pinguius providendo *in cap. Regni Conventus* disposuit, quod judicium cum alienatoris persona compleatur, & si possessio per mille ambulaverit manus, exequutio contra possessorem fiat etiam non citatum; vel liceat petere revocationem alienationis ad electionem collitigantis, *Affl. dec.396. Ursillus ibi, de Franch. dec.464.*

Sed praxis, qua consulitur agenti, erit, ut agat contra alienantem actione in factum ad interesse, concurrentibus requisitis, de quibus *Guid. Pap. sing.561.*

Et potest petere declarari alienationem fuisse nullam, & potest sequi judicium cum alienante, & lata sententia contra alienantem exequitur exequutio contra illum, penes quem reperitur res, etiam si per mille manus ambulaverit, non citato possessore, *Afflict. decis.396. num 9. Gallup. cap.3. par.2. num.33.* per *cap. Regni Conventus*, & de jure communi est *textus in l.fin.C.de litig.*

10 Sententia lata contra reum, qui rem litigiosam ante, vel post sententiam in alium transtulit, dolo desinens possidere, potest recta via sine novo processu contra tertium possessorem in judicium non vocatum exequutioni mandari, dummodo dictus novus possessor in judicium non vocatus subiiciat foro ejusdem Judicis, qui sententiam tulit. Ita concludit *Carlev. lib.1. tit.1. disp.2. qu.7. sect. 3. nu.933* ubi allegat *Capyc. dec.128. Cacher. decis.65. num.4. Peguer. dec.205. num.4. Tusch. lit. E. concl.488. ex num.7. to. 3. Peregr. de jure fisci lib.4. tit.7. num.7.* multos alios allegat, rejectis contrarium tenentibus.

Et maxime in Regno, ubi sic statutum expresse est per *C. Regni Conventus* 152. Regis Caroli II. ubi *Sebastianus de Neap. & de Nigris, & Franch. dec.464. & 545.* & addentes ibi; per quod *c. Regni Conventus* est provisum in Regno ad difficultatem, quæ erat de jure communi, quod facta translatione rei litigiosæ, per conventum in alium quovis modo, lite pendente contestata, vel quasi; aut alius sciens, vel ignorans, ipso connivente, possessionem intraverit, finitur judicium in personam transferentis: etsi per multas manus possessio ambulaverit, exequutio fiat contra possessorem, ad quem dictæ rei possessio invenitur manere.

Verum cum novus possessor subiicitur diversæ privilegiatæ jurisdictioni, ut si esset clericus, aut monacus, aut miles, tunc res non est sine controversia. Nam *Ursill. ad Aff. dec.281. num.2.* & ad *dec.331. num. 2.* refert in Sac. Cons. decisum anno 1564. posse sententiam exequutioni mandari propria authoritate adversus clericum, in quem alienata est res litigiosa, & sic iterum decisum in dicto Sac. Cons. de anno 1628. sub 12. Aprilis refert *Carlev.* ubi supra *num.936.* ubi S. Cons. habuit pro vero, quod *cap. Regni Conventus*, locum etiam habeat adversus clericum contra *dec. 545. de Franch.* & dicit Dominos collegas testatos fuisse de aliis pluribus decisionibus similibus, & hoc ad claudendam viam fraudandi judicia secularia. Sed dictis decisionibus non obstantibus, idem *Carlev.* dicit veriorem, & tutiorem sententiam esse contrariam, videlicet exequutionem esse remittendam ad Judicem competentem novi possessoris, ut in casu proposito, ad Ecclesiasticum, & allegat dictum *Franch. dec.545. Panormit. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ 3. num. 10. Ricc. collect.342.* ita etiam *de Marin. resol.256. num. 4. lib.1. & resol.54. num.15. & lib.2. resol.54. num.8. Genuens. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.9. num.5. in fin. Bottis ad dictum cap. Regni Conventus*, & alios infinitos.

Cum limitatione tamen *dictus Carlev.* concordat, quod tunc remittitur exequutio ad Ecclesiasticum, quando certe constat Clericum esse possessorem; secus in dubio, ut si fieret exequutio in re, quæ creditur possidere per laicum damnatum, & Clericus opponeret se exequutioni, ut eam impediret, petens se ad proprium Judicem remitti, nam tunc Clericus coram sæculari debet agere, & probare; & pro hac concordia, seu distinctione allegat *Gramm. dec.41. Ricc. res.146. Capyc. dec.8. n.3.* & alios, & rationem assignat, quia Clericus eo casu videtur actor voluntarius.

Sed adverte, quod *Sanfel. decis. 2. tom. 1.* fundat contra hanc ultimam opinionem, & impugnat *dec. de Franch.* illamque pluribus rationibus refellit, qui *Sanfelic.* allegat *Ludovic. dec. Perus.26. num.9. Afflict. dec.24.* & ita decisum in Sicilia teste *Mastril. decis.79. num.3. & Parlador. in §.5. num.9. & Caval. practic. qu. commun. contra communes tom.3. qu.72. a num.28.* ubi ampliatur, sive Clericus emptor sciverit, sive ignoraverit rem esse litigiosam, sive actio sit in rem, sive in personam, sive de re ipsa controversia sit, vel generalis de omnibus bonis alicujus, quia postea res judicata exequi potest contra tertium possessorum, qui tertius possessor non est citandus, dum alienatio nulla sit, & ex consequenti ex ea nullum erit jus Clerico acquisitum, & dicitur facta alienatio contra legis prohibitionem, ut *in c. Sanctæ Mariæ, ut lite pendente*, ubi prohibet Pontifex alienationem, ne judicia sint clusoria; & vide latius apud *dict. Sanfel.*

Sed adverte, quod novissime *Fermosinus de foro compet. in c. proposuisti qu. 13.* contra *Sanfel.* insurgit, & contra *Ursil.* & concludit, ut exequutio committatur Judici Ecclesiastico competenti ad removendum Clericum a possessione; is enim, sive sit possessor justus, sive injustus, sive ex contractu valido, sive invalido, per Judicem Ecclesiasticum amovendus est, & non per laicum, qui potestatem non habet, neque pro bonis furto subtractis. Sed de hoc nos alibi dicemus.

11 Et tertio notabis, quod si novus possessor rei litigiosæ erit subditus alteri Judici sæculari alterius Civitatis, tunc subdistinguitur, quod si res sita est in Territorio Judicis, qui sententiam tulit, potest propria authoritate exequutioni mandare, citato tamen possessore absente, per requisitorias literas; at si res erit extra territorium, atque idem possessor erit extra territorium, tunc ad exequutionem peragendam, utendum est literis requisitoriis, quibus invocatur auxilium Judicis, apud quem reus degit, & ubi res sita est, ut sententiam exequutioni mandet, juxta *tex. in l. a Divo Pio 15. §. sententiam Romæ ff. de re judicat.*, & *DD. ibi*, & juxta doctrinam *Bald. in l. edicto 3. n.55. C. de edicto Divi Adriani Tollend.*

12 Alienatio de re deducta in judicio, ipsius mutandi causa in potentiorem facta, est semper de jure prohibita, *ut toto tit. ff. & C. de alien. judicii mutandi causa.*

Quæ regula fallit multis modis, ut per *DD. ibid.* & signanter quando fit in filium potentiorem, *Tiraq. in repet. l. si unquam vers. susceperit liberos n.9. de revocand. donat.* quem sequitur *Gallup. in prælud. num.26.* ubi

Litigiosi vitium ne contrahatur, & instantia continuari possit cum cessionario, dat cautelam, ut cessio fiat cum clausula vz. *ponens, & constituens cessionarium in rem propriam, per text. in l. non solum §.1. ff. de alien. jud. l. plane ff. familiæ hercisc. Regius de Pont. cons.6. num.19. & cons.7. n.19.* quem sequitur *Giurb. dec.107.*

Regulariter enim causa non potest transire in potentiorem, sed in integrum est restituenda, *l.1. & ult. de alienat. jud. mut.* & restituitur intra annum, per annum enim durat dicta actio restitutoria, *l.8. ff. eod. tit. Cujac. observ.13. c.37. & lib.10. c.13. l. unic. C. eod.*

ita

ita hæc omnia concludit *Rever. Verd. ad d. Gallup. in d. præl. num. 35.*

Sed nota, quod

Lite pendente non potest fieri cessio ad effectum, ut Judicium transferatur in cessionarium, sed sola actio ipsius litis potest cedi, & utilitas potest transferri in cessionarium, sed oportet, ut judicium currat cum cedente, *Affl. dec. 354. n. 22.*

Litigii vitium cessat, ubi instantia est perempta, adeo quod facta alienatione in Clericum post peremptam instantiam Judex Ecclesiasticus est competens, etiam quod reviviscat per insufflationem spiritus vitæ, *de Luc. ad Franch. observ. 545. in fin. ex Carlev. de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 7. sect. 3. n. 922. Fermos. in c. proposuisti q. 17. n. 3.*

Litigii vitium non contrahitur, si alienatur res litigiosa vicino pro exequutione retractus, *Menoc. de arb. ... 24. n. 10. Gnit. de credito cap. 2. tit. 3. num. 652.* quia videtur res necessaria, *Novar. par. 2. qu. for. 26. num. 3.* sic etiam pro ampliatione atrii, vel constructione novæ viæ, per quam ad Ecclesiam habetur aditus, idem *N var. ubi sup. de Marin. lib. 1. resol. 256.* ubi latissime alios casus, & limitationes ponit, & quomodocumque agitur de ampliatione Ecclesiæ, *Tapp. dec. 7. Gallup. par. 2. c. 3. n. 39.*

Litigiosi vitium cessat ex causa dotis, ut quando mulier, lite pendente, dat marito bona in dotem, cum ex necessitate ob causam dotis illa alienatio est permissa, & ideo sententia contra uxorem lata, exequi non potest contra virum, absque citatione viri, tanquam contra rem vitio litigiosi affectam, quia dicto vitio affecta non dicitur, *de Luc. ad Franch. dec. 636. n. 6. ex Castill. dec. 100. de Marin. lib. 1. resol. 256.* ubi latissime alios casus, & limitationes ponit.

C A P. XXVI.

De Attentatis.

S U M M A R I U M.

Attentata quid sint, num. 1.

Attentata lite pendente ante omnia ad pristinum reduci debent, quando ante conclusionem, & quando post, num. 2.

Attentatum etiam dicitur, quando ad alium Judicem recurritur pro eodem negotio, cum formula decreti, num. 3.

Attentata locum habent contra tertium, qui habet caussam, vel cessionem a litigante; secus si tertius non habeat caussam, ut supra, num. 4.

Actor electionem habet petendi alienationis revocationem, vel contra alienantem sequendi litigium, & postea exequendi contra possessorem non citatum, num. 5.

Attentata ante omnia sunt revocanda, & pendente oppositione supersedetur in judicio cœpto, num. 6.

Sequestrum absque suspectu dilapidationis, dicitur attentatum, num. 7.

Attentata revocari possunt a Judice ex officio, parte non instante, & extraordinarie sine libello, & sine figura judicii proceditur, num. 8.

Attentatorum rigor, in quibus cessat, num. 9.

1 Attentata nil aliud sunt, quam omnia ea, quæ innovantur ab alterutro litigante lite pendente, idest post citationem, ut *in toto tit. C. & Decretal. ut lite pendente nil innovetur*; Nam post citationem debet expectari decisio Judicis, & si interim aliquid attentetur, debet ante omnia ad pristinum reduci;

2 Ut esset occupatio possessionis rei in judicio deductæ, late *Gallup. tit. 2. c. 3. num. 5. tit. de litis pendentia*, rejecta opinione, quod a citatione, usque ad conclusionem, dicitur innovari, cum lis finita dici non potest, nisi per sententiam transactam in rem judicatam, *Affl. dec. 352.*

Verum si fuerit innovatum, & postmodum fuerit conclusum, non potest post conclusum dari revocatio innovati, quia censetur remissum ad merita, *Affl. d. decis. 352. n. 3.*

Attentata vero facta ante conclusionem, possunt revocari, etiam ante, sed non post conclusionem, quia præcluditur via illa revocandi, ut supra.

Secus vero attentata facta post conclusionem, quia illa revocantur, conclusione facta non obstante, *Afflict. decis. 352. Gallup. de conclusione cap. 29. num. 6.*

3 Attentatum etiam dicitur, si pendente lite coram uno Judice, recurratur ad alium, pro eodem negotio, ut supra.

Unde pendente lite in S.C. Neapolitano inter Taddæum, & Franciscum super conventione, & reconventione, Taddæus non potuit attentare Judicium Gentiæ, petendo ut fiat exequutio literarum cambii contra Franciscum.

Adeo quod fuit decisum, ut attentata per dictum Taddæum prius revocentur, & deinde procedatur in S.C. ad actus incumbentes, *Affl. dec. 354. n. num. 19. usq. in fin. decis.*

4 Et licet remedium attentatorum non habet locum contra tertium; tamen fallit, quando tertius qui innovavit habuit causam a parte litigante, vel a judice caussæ, *Afflict. dec. 354. num. 21. per Gloss. in c. non solum de appell. in 6.*

Unde non solum quicquid est attentatum per Taddæum, sed quicquid est attentatum a tertio habente causam, sive cessionem a dicto Taddæo, etiam quod illa cessio fuisset facta ex causa necessaria; ex quo habet causam a cedente post litem motam est revocandum, ut *Affl. in fin. d. dec. ut sup.*

5 Attentatum etiam dicitur, si res in judicio deductas reus alienaverit, vel actor: quo casu est in electione actoris, vel petere alienationis revocationem, vel sequi litigium contra rem alienantem, & postea exequi contra quemlibet rei possessorem, etiam non citatum, ex *Constitutione Regni Conventus, Afflict. dec. 396. n. 9. ubi Ursill. de Franc. dec. 464.* etiam contra Clericum possessorem, implorato brachio Ecclesiastico, ut latius infra.

6 Attentatorum oppositio efficit, ut interim supersedeatur in judicio incœpto, donec expediatur attentati emergens, *Decius in cap. ex ratione col. 8. de appell. Ursill. ad Affl. ibidem n. 3. Faber def. 1. C. ut lite pend. Text. est expressus in c. non solum de appell. in 6.* Nisi tamen attentata fuerint levis præjudicii, *Gallup. tit. de lite pend. num. 8.* Imo

Attentata ante omnia sunt revocanda, non solum a litigatoribus, veluti si litigiosam domum alienaverint, vel diruerint; vel aquam litigiosam averterint.

7 Sed etiam ab ipsomet Judice, ut si ordinaverit sequestrum lite pendente absque suspectu dilapidationis, nec alia causa; ut & dixi *in tit. de sequestro cap. 26. part. 1. n. 3.* quod diceretur attentatum commissum a Judice, *Faber. def. 1. C. ut lite pend. Ricc. coll. 177. & 1827.*

Et in aliis casibus narratis a DD. in *d. l. & l. si fidejussor §. fin. ff. qui satisdare cogantur, Vestrius lib. 7. c. 2. n. 17. Affl. dec. 80.*

8 Attentata potest Judex revocare, etiam parte non instante, quia non solum adversarius, sed ipse Judex offenditur, *Alex. & Felin.* penes *Ursill.* omnino videndum *dec. 352.*

Attentatorum judicium adeo privilegiatum est, ut extraordinarie in eo procedatur absque libello, & figura judicii, sed sufficit qualiscumque imploratio officii Judicis; *Gloss. in c. non solum de appell. in 6. Affl.*

6. *Affl. dec.352. num.1. Rota Roman. dec.14. & 76. Fab. def.20.Cod.ut lite pendente.*

9 Attentatorum rigor cessat, ubi notoria esset justitia innovantis, *Rota decis.76.* apud *Ricc. coll.477. Vivius opin.77.n.10.p.1. Viscon. concl.jur.verb. attentata Gallup.p.2.c.3.n.7. rejecta Afflict.dec.98.qua dec. Afflict.* potest procedi, quando tangit principale negotium, nam si est circa incidens,& parvi præjudicii, non revocatur in Regno, ubi sola facti veritate proceditur, & ita conciliantur per *Gallup.* ibi, & ubicumque proceditur cum clausola summarie, & de plano, cujus vigore Judex potest cognoscere super meritis, omissis emergentibus, & incidentibus, tunc non revocantur attentata in primis, & ante omnia, sed differtur decisio ad diffinitivam; *Sabelli in §. attentata n.18. & Cancer. de attentat. in præf.it. nu.45.* cum aliis *per Gratian. decis.197.n.16.*

Et ubicumque constat de bono jure attentantis non habentur in consideratione attentata, *Sabell. in cit.§.attentata num.10. ex Rota decis.64.p.17.recent. num.42.*

Attentatorum rigor cessat etiam in judicio possessorio, & interdictu uti possidetis, si uterque litigantium se possidere contendat. Ideo differentia de attentatis, pronunciatur in diffinitiva sententia, *Faber def.1.C.uti possidetis.*

Et possessio capta vigore novæ provisionis Judicis Superioris, non dicitur attentata, *cit.Sabell.in §.attentata n.15. Caval. dec.186. Lancellot. de attentat. p.3. cap.29. & n.59. cap.30. n.250. Pac. Turs.vol.3.lib.14. tit.14.n.a22. fol.250.*

C A P. XXVII.

De exceptione excommunicationis.

S U M M A R I U M.

Excommunicationis exceptio est anomala, & competit reo contra actorem, qui actor expellitur a limine judicii ex Judicis officio, etiam si nulla oppositio sit facta a reo, sed opponi non potest ab actore contra reum necessarium, & assignatur ratio, num.1.

Bannitus, perjurus, aliave persona infamis etiam audiri debet, si vocatus erit in judicio, num.2.

Conclusio circa actorem limitatur, quando agit per Procuratorem, quia Procurator actoris excommunicati admittitur in judicio, num.3.

Conclusio circa reum limitatur, ubi sponte comparet in judicio pro suo interesse, vel ad aliquod defendendum, quia tunc dicitur reus voluntarius, & expelli debet, ita in reconventione, tanquam voluntarius non auditur, sed opponens compensationem, vel solutionem, auditur, quia est defensio necessaria, num.4.

Testes excommunicati etiam repulsantur, & nulla habetur ratio de eorum depositione tanquam facta ab infame, num.5.

Excommunicationis exceptio contra actorem opponi potest, etiam post sententiam, & impeditur ejus exequutio, num.6.

Excommunicatio intelligitur de majori, quæ censura appellatur, & ejus effectus est, ut excommunicatus a communione fidelium separetur, num.7.

Cessionarius excommunicati, quando admittatur in judicio, & quando non, num.8.

Excommunicatus cum potestate substituendi non potest alium substituere, & substitutus repellitur, etiam nemine opponente, num.9.

Hic incipiunt mere dilatoriæ secundæ speciei respectu personæ litigantis in genere quod sit infamis, criminosus, &c.

NAm usque ad *Caput 26.* habuisti praxim de exceptionibus primæ speciei concernentibus respectu personæ Judicis, consonum est, ut nunc continuetur praxis exceptionum secundæ speciei concernentium personam litigantium, inter quas ab aliquibus numeratur exceptio compromissi, sed quia de compromisso tractatum est in prima parte cap.39. ideo transeundum est ad sequens *Caput* 27. de exceptione excommunicationis.

1 Excommunicationis exceptio est anomala,& competit reo contra actorem, & hæc exceptio major est, quam exceptio perjurii, quia excommunicatus dicitur membrum diaboli.

Nihilominus non potest ab actore contra reum necessarium opponi, *Motill. in grad.cit. nu.232. &* 235. Et ratio assignatur, quia excipere, appellare,& se defendere sunt de jure naturali, *c. inter de except. l.ut vim ff.de justit., & jur. Motil. ubi sup.*

Actor itaque excommunicatus repelli debet a limine judicii, & Judicis officio, licet exceptio excommunicationis non opponatur a partibus, *c.except. de except. in 6. Oin.lib.4.tit.6. de action. nu.52.*

Sed reus excommunicatus non potest repelli, etiam si opponatur exceptio excommunicationis ab actore, *Motill.* late *ubi supra, & n.240.* Nam prohibitus agere non est exclusus excipere, ut se defendat, *c.cum inter 5.extra de except. Oin.ubi supra.*

2 Ita pariter Bannitus, Perjurus, aliave persona infamis, dum vocatur in judicium ad se defendendum, ut rei necessarii debent audiri, *c.cum inter de sent. & re judic.glos.11.n.14. Motill.in grad.citat. nu.236.*

3 Hæc conclusio circa actorem, limitatur, ubi non personaliter venit in judicio, sed per Procuratorem agit, quia tunc Procurator excommunicati admittitur in judicio, *Motill.in grad.citat. n.241.*, maxime si sit reconventus.

4 Et conclusio hæc circa reum excommunicatum limitatur, ubi sponte, non molestatus judicialiter comparet in judicio pro suo interesse, vel ad aliquem defendendum, quod debeat repelli, quia tunc dicitur reus voluntarius. Et tunc obstat exceptio excommunicationis, *Motill.ubi sup.num.239.*

Limitatur secundo in reo reconveniente, quia reconventio non est defensio, sed potius actio, & ideo exceptio excommunicationis obstat reo in reconventione, ut non audiatur, *Motill. ubi sup.*

Verum si reus opponit compensationem, auditur, quia compensatio non est reconventio. Et sicuti potest reus excommunicatus opponere exceptionem solutionis, ita potest opponere compensationem, *Motill.in grad.citat.n.238.ex l.4.§.solvisse ff. de re judic.*, & aliis ibi allegatis.

5 Excommunicationis exceptio ampliatur, ut habeat locum non solum contra actorem, sed etiam contra testes, nam si testes examinatos quis probaverit esse excommunicatos, de eorum dictis nulla habenda erit ratio, *Rit.M.C.V. 236. ubi Carav.*

Et ratio assignatur, quia excommunicatus dicitur infamis, & testis infamis non probat, *Motill. ubi supra.*

6 Excommunicationis exceptio opponi potest etiam post sententiam contra actorem, & licet opposita post sententiam non vitiat illam, tamen ejus effectus erit, ut impediatur executio sententiæ propter impedimentum excommunicationis, donec non auferatur dictum impedimentum, *c.prudentia de offic. Judic.Deleg. c.1. de except. in 6.*, ubi communiter *Canonistæ, & Covarruvias in c.quamvis p.3.§.3. de pactis in 6.* apud *Motill.in grad.cit.num.233.*

7 Ex-

7 Excommunicationis exceptio, ut habeat locum, debet intelligi de majori excommunicatione, quæ etiam censura appellatur, per quam homo a communione fidelium separatur, *Gloss.in c.omnis Christianus 22.qu.3. Motill.ubi sup.*

8 Excommunicati cessionarius potest agere. Et hæc communis regula, & ratio assignatur, quia

Exceptio excommunicationis cohæret personæ, & non tangit rem, nec transit ad successorem.

Sed dicta regula intelligitur in cessione facta ex causa onerosa; & limitatur dicta regula, quando esset ex causa lucrativa, nam tunc non potest agere.

Item quando res, ad quam agitur ex jure cesso esset reditura ad ipsum cedentem, quia tunc exceptio, quæ obstat excommunicato, obstat quoque cessionario.

Item quando cessionarius agit directa actione sibi ab excommunicato cessa, repellitur ab agendo, ita *Novar.fusè in qu.for.*118.

9 Excommunicatus constitutus procurator de facto, cum potestate substituendi, non potest alium substituere. *Gloss. in clement. Religiosus 50. verbo commissum, vers. tu distinguas de procur. Bart. in l.2. §.item acquiritur num.9 ff.de acquir.possess., & Bald.in l.quod quis, qu.5.de procur.*

Et sive excommunicatio sit publica, sive occulta, Judex debet repellere procuratorem, vel Advocatum excommunicatum, etiam partibus invitis, & contradicentibus, vel nemine opponente, non obstante dispositione *Tex.in c.1 de except.in* 6. quia ille *Tex.* loquitur in principali, non autem in Procuratore; *Ita Novar.qu.for.*135.

C A P. XXVIII.

De Foro Fisci, & aliorum, qui trahunt, & non trahuntur.

S U M M A R I U M.

Fiscus, Neapolitanus, Capuanus trahunt, & non trahuntur, num.1.

Caussæ, in quibus Fiscus privilegio trahendi gaudet, enumerantur, num.2.

Caussæ, in quibus Fiscus non est Actor Principalis, nec reus, nec Actor laudatus, remittuntur a R.C. ad S.C., num.3.

In caussis dubiis R. Coll. Conf. ad instantiam recurrentis providet, quod intimetur Fisco, & visa instantia Fisci, providet, quod sibi videtur, num.4.

In caussis tangentibus interesse Universitatis, ubi interesse erat inter partes, solebat Reg.Coll.Conf. providere, ut S.C. procedat, hodie adest ordo Regalis, ut procedat Trib.R.C., num.5.

In caussis inter partes procedit S.R.C., nu.6. „ *ubi quid* „ *advertitur ex nov. Const.*

1 Fiscus, Neapolitanus, Capuanus, habent privilegium, ut trahant, & non trahantur.

Fiscus, sive sit actor, sive sit Reus trahit ad Regiam Cam.Sum., & a nemine Judice trahitur.

Et in Regno habemus *prag.6., & 62.de offic.Proc. Cæs.* In quibus declarantur caussæ spectantes ad dictum Tribunal Reg.Cam.; emanatæ dictæ pragmaticæ in anno 1584. & 1585. v3.

2 Primo caussæ, in quibus Fiscus est Actor, vel reus. Secundo in computis Perceptorum, Portulanorum, & aliorum, qui Regiam pecuniam administrant; & caussæ concernentes extractiones a Regno, vel negotia Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuliæ, & concernentes Thesaura.

Tertio caussæ, ubi Fiscus est Auctor laudatus, in caussis immunitatis, vel bonatenentiæ, vel æstimorum, pontium, & scafarum tractentur in Reg. Cam. Sum., ut *prag.61. de offic.Proc.Cæsar.§.2.*

Item caussæ domaniorum tractentur in Reg.Cam. *dict.Prag.62.§.3.*

3 Caussæ vero, in quibus Fiscus non est actor principalis, nec reus conventus, nec auctor laudatus, remittantur a Reg.Cam.ad S.C.

4 Et ubi inter partes movetur dubietas, an sit, vel non interesse Fisci, recurritur ad Collat.Conf. a quo solet provideri, quod intimetur Fisco, & a dicto Collat. visa instantia Reg. Fisci decernitur, quod ei videbitur justum.

5 In caussis tangentibus interesse Universitatis, ubi interesse erat inter partes, solebat Reg. Coll. Conf. providere, ut S. C. procedat, hodie adest ordo Regalis, ut procedat Trib.R.C., & ita passim practicatur.

6 Demum habemus chartam Regalem Serenissimi Regis Philippi Tertii expeditam in Valladolid sub die 20. Septembris 1608. in qua habemus Judicem competentem in caussis inter partes, ubi non habet Fiscus interesse, S.R.C.

„ Operam prorsus perdere non erit, si hic ea verba referamus, quæ in *nov.Constit.* leguntur § IV. *n.*17. „ ubi præscribitur modus agendi in R. Cam. in aliquibus caulis, ut celerius expediantur. Prædicta verba „ hæc sunt. XVII. *Ed affinche in detto Tribunal della Regia Camera si proceda con maggior celerità al disbrigo delle cause; vogliamo, che in uno, o due giorni di ciascheduna settimana passino nella Terza Ruota in giro due Presidenti Togati, uno di Cappa corta, ed uno de' Fiscali de' Conti, e questi disbrighino tutt'i gravami prodotti da' decreti da essi fatti in casa nelle cause di Discussioni degli Stati, e Revisioni de' Conti degli Amministradori delle Università; come parimente, che detti due Presidenti procedano alla decisione di tutti gl'incidenti, che sorgono nelle cause, nelle quali se bene il Fisco non abbia interesse presentaneo, rimangono addette al Tribunale per legge espressa, alla quale non contradica la presente determinazione; Come finalmente debbano definire le cause di detta specie, sempre che però il loro importare non ecceda il valore di docati trecento. E perchè sono inutili le leggi, quando se ne trascura l'osservanza; perciò ordiniamo, e comandiamo, che con particolar attenzione, e vigilanza debba il Luogotenente di essa Regia Camera, e suoi Ministri attendere, ed invigilare, che le presenti nostre Regali deliberazioni inviolabilmente s'osservino.*

C A P. XXIX.

De Foro Neapolitani, & Capuani.

S U M M A R I U M.

Neapolitanus civis etiam si extra Neap.domicilium faciat, si est vere originarius, sive actor, sive reus, sive auctor laudatus sit, etiam ortus in casalibus, item exterus, qui domum habet, & uxorem neapolitanam, & ejus institutor, vel famulus, vel qui apotecam, vel tabernam exercet Neapolitanorum, gaudet foro trahendi ad M.C.V., num.1.

Miserabilis non gaudet foro electionis, & variationis fori contra neapolitanum, cum sua limitatione, num.2.

Neapolitana nupta extero, etiam vidua exteri perdit privilegium Neapolitanum, num.3.

Vidua verò reversa in civitatem Neapolis, vel vivens cum domicilio separato ab antiquo domicilio viri, tunc gaudet privilegio Neapolitanorum, & assignatur ratio, num.4.

Barones rejectis contrarium tenentibus non gaudent privilegiis Neapolitanorum, nisi vere sint originarii Neapolis, num.5.

Barones originarii Neapolitani, quando conveniuntur

de

de actu ad Baroniam spectanta non gaudent privilegia fori, num.6.

Neapolitanus originarius gaudet privilegio, etiam si domicilium habeat extra Neapolim, secus Neapolitani effecti per concessionem, num.7.

Neapolitanus cessionarius quando gaudet, & quando non, num.8.

Neapolitanus gaudet privilegio, etiam natus in casalibus Neapolis, rejectis contrarium tenentibus, num.9.

Neapolitanus litigans cum Capuano, qui simile privilegium trahendi habet, gaudet foro, & assignatur ratio, num.10.

Neapolitani non gaudent fori privilegio in caussis tangentibus Dohanam Menepecudum Apuleæ, nec quando quis post litem captam consequitur civilitatem, n.11.

Neapolitani non possunt renunciare suo foro, nec consentire in Judicem extraneum, num.12.

Neapolitana mulier quoad forum subjacet foro viri extra Neapolim ad patriam viri ducta, sed quoad gabellas gaudet exemptione ubilibet, num.13.

Neapolitana nupta extero an patiatur publicationem bonorum, adsunt contrariæ opiniones, num.14.

Neapolitani contribuunt extraordinariis impositionibus in loco, ubi degunt extra Neapolim, & quæ sint declarantur, & qui sit Neapolitanus, declaratur. n.15.

1 NEapolitani cives verè originarii, etiamsi extra Neapolim incolatum faciant, trahunt, & non trahuntur, ideoque in eorum causis sola M.Cur. procedere debet, sive sint Actores, sive Rei, etiamsi Neapolitanus sit author laudatus, etiam ortus in ejus Casalibus, etiamsi sit exterus, sed habet domum propriam Neap. vel uxorem Neapolitanam; & etiam eorum institores, vel factores, ut *Rit. M.C.V.* 391. ubi *Caravit.*, & alii *Glossantes*, *Ricc. collect.*8., & 301., & etiam famuli, qui famulantur Neapolitanum, vel qui tabernam, vel apothecam exercent Neapolitanorum, *Petra in rit.*301. *num.*66.

Quod nota bene, quia per Ritum M. C. V. 301. sublata est jurisdictio a Judicibus omnibus contra Neapolitanos, sed reservata fuit solis Tribunalibus Neapolitanis.

2 Unde miserabilis, eligendo alium Judicem, eligit Judicem competentem, ita *Tartagl. in prax. cap.*2.*n.*23. *Calà de modo articulandi gloss.*1. *num.*23. *Viscont. ad Franch. dec.*406.*n.*1. *Petra ad Capyc. dec.*59.

Verum si actor est Neapolitanus, & convenerit viduam, vel alium privilegiatum extra forum Neapolitanum; illo foro semel electo, variatio non erit permissa Neapoli; sed tunc miserabili tantùm permittitur variare, quia tunc gauderet suo privilegio, ita *Carleval. lib.*1. *tit.*1. *disp.*2. *qu.*6. *sect.*8. *num.*680.

3 Neapolitana nupta extero, etiamsi solutum sit matrimonium, non gaudet privilegio Neapolitanorum, sed retinet domicilium quondam viri, *Surd. dec.*33. *num.*27. & *Carl. ubi supra num* 683.

4 Sed Neapolitana vidua si revertatur in Civitatem Neapolis, vel saltem in Civitate extera quondam viri eligat domicilium separatum a domicilio antiquo viri, itaut per se, & principaliter intelligatur habere domicilium suum, tunc gaudet privilegio Neapolitanorum, si Neapolitana prædicta sit originaria; & hoc est speciale in viduis Neapolitanis, quia originarii gaudent dicto privilegio, etiam alibi commigrantes, & simili modo videtur originaria Neapolitana: sed aliæ viduæ tunc recuperant antiquum domicilium, quando revertuntur ad antiquam patriam tantùm, *Carl. ubi supra num.*685.

5 Barones eo quod Barones sunt, non sunt censendi cives Neapolitani, ut falso putavit *Capibl. prag.* 12. *num.*1., & *Galiup. in prax par.*2. *c.*6. *nu.*63. ubi, nullum adducunt per se argumentum, non text. non Doctorem, sed ut *Carleval.* dicit *n.*597. ex capite loquuntur, ideo non gaudent omnes privilegiis Neapolitanis concessis, nisi vere sint Neapolitani, sed Barones Cives sunt locorum suæ Baroniæ, & gaudent ut cæteri Cives suæ Baroniæ, ut dicit *Carleval.* ibidem ubi allegat *Rovit. in d. prag.* 12. *nu.*3. & 4. & illi Ba-

6 rones, qui vere Neapolitani sunt, gaudent privilegiis Neapolitanorum, sed non quando conveniuntur de actu ad Baronis officium spectante gesto extra Civitatem, quia tunc non ut Neap. sed uti Barones Cives eorum Baroniæ reputantur, quo casu non gaudent privilegio fori, sive civiliter, sive criminaliter, *Capyc. decis.*59., & *Petr.* ibi, *Anna singul.* 97. & *Carleval. ubi supra n.*681., ubi multos citat.

7 Gaudent Neapolitani originarii, etiamsi aliò domicilium transtulerunt, dummodo sint vere originarii, nam Neapolitani facti per concessionem, per incolatum, vel domicilium, quando aliò se transferunt, perdunt privilegium, ut in *prag. de immun. Neap.*, & *rit. M.C.* 301., & quid de muliere nupta cum extero, & ad patriam viri ducta, dixi supra, & dicam inferius.

8 Neapolitanus agens ex jure cesso sine fraude, tam ex causa lucrativa quam onerosa gaudet hoc privilegio. Omnia prædicta de Neapol. habes apud *Carleval. lib.*1. *tit.*1. *disput.*2. *qu.*6. *sect.*8. ex *num.*1.

Hinc nota, quod diximus *sine fraude*.

Nam ubi ageret ex causa lucrativa ad finem trahendi tantum, quia tunc non est sine fraude, Neapolitanus non gauderet privilegio trahendi, per *text. in l.*2. *Cod. ut liceat potentiorib. actiones in se tran ferre*, ut decisum refert *Thor. in supplem. dec.* verbo *remissio causæ petitæ* apud *Motill. de grad. cit. num.*194.

9 Neapolitani censentur etiam illi nati in Casalibus Neap. & fori privilegio gaudent; & licet contrarium teneat *Angelus Pisanell. ad Afflict. dec.*84. & *Petr. ad Gram. decis.*21. *n.*10. tamen refelluntur a *Carlev. ubi supra num.*683., & declaratur *Text. in §. si quis igitur, auth. quibus modis naturales efficiantur sui*.

10 Neapolitani gaudent etiam litigantes cum Capuanis, qui simile privilegium habent trahendi alios, etiam litigantes cum Viduis, & aliis privilegiatis, cum limitatione, *Carlev. ubi sup. lib.*1. *tit.*1. *disp.*2. *qu.*6. *sect.*8. *num.*677. *Ursill. ad Afflict. dec.*183. *nu.*8. & ratio est, quia *Rex in cap.*53. privilegium dedit Neapolit. *a Segovia anno* 1505. in quo expresse derogavit privilegio Capuanorum, & aliorum etiam in corpore juris clauso.

11 Neapolitani tunc non gaudent fori privilegio, quando agitur de causis tangentibus Dohanam menepecudum Apuleæ *Carleval. ubi sup. Motill. de grad. cit. nu.*194. sed vide ne erres, quæ dico in *seq. Cap.* 50. *num.* . . .

Neapolitanus tunc foro non gaudet, quando lite cœpta, & pendente consequitur civilitatem, ita *Carleval. ubi sup.* & *num.*907. Prout de omni privilegiato dicimus, quod per privilegium sive miserabilitatem, quæ supervenit post litem cœptam, non admittitur variatio fori, *Motill. de grad. cit. tit. in appendice num.*346. *Carleval. ubi sup.*

12 Neapolitani gaudent privilegio fori, etiamsi illi renunciaverint, quia illius renunciatio non valet, cum sit privilegium indultum Universitati, *Ursill. dec.*41. *num.*6. *Paschal. de viribus patr. potest. par.*3. *cap.*3. *nu.*28. *Rovit. pragm.*1. *nu.*3. *ubi de delicto quis debet conveniri*, *Carleval. ubi sup. n.*675. & ob dictam caussam potest allegare dictum privilegium in quacumque parte judicii etiam post conclusum.

Et non potest Neapolitanus consentire in Judicem extraneum, & prorogare jurisdictionem Judicis non sui, quia per *Rit.*301. sublata est jurisdictio a Judicibus non residentibus Neap. ut dixi *num.*1. *in fin.*

13 Neapolitana mulier extra patriam nupta, & ad

Patriam viri ducta quoad forum non gaudet privilegio Neapolitanis concesso, quia matrimonium hujus naturæ est, ut transfundat originem uxoris ad originem viri, etiamsi uxor litigaverit cum viro, *Bald. conf.100. lib.1. & in cap. constitutus lib.2. de testibus, de Luca ad Franch.decis.414. n.3. in principio, & est Text. cum quadam puella ff. de jurisdict. omn. judic.*

Sed quoad exemptionem a gabellis gaudet, quia mulier Neapolitana extra patriam nupta, & traducta gaudet omnibus privilegiis originis, exceptis judicialibus, & quoad forum, *de Luca ad Franch.dict.decis. 416.n.4.* ex *Bald.conf.351. lib.1. nu.8., & conf.310. nu.7. vol.3. Tiraq. de legibus connub. glos.1. part.1. n.38. Gratian.discept.forens.c* 886.*n.2*, qui *n.3.* ostendit non solum in favorabilibus, sed in odiosis, & confirmat *Card.de Luca lib.de dote discurs.149.* Unde

14 Neapolitana nupta extero non patitur publicationem bonorum ex privilegio Neapolitanis concesso, juxta *decis.de Franch.416.*, nisi in certis casibus, *ut in dec. ejusdem 102., & 213.*

Contrarium tamen refert decisum *Gammar.dec.15.* quem sequitur *Altimar.ad Rovit.dec.75.num.8.* quibus videtur adhærere *de Luca ad Franch. decis.416. in fin.*, & ego dixi *ad Cervell. directorium in appendice fol.107.num.5.*

15 Hinc adverte, quod Neapolitani sunt immunes cum uxoribus, & filiis a muneribus ordinariis, sed contribuunt extraordinariis in loco, ubi degunt extra Neap. ut sunt accomodationes viarum, fontium, horologii, reparationes Majoris Ecclesiæ, salarium Prædicatoris, Medicorum, Magistri grammatices, dummodo de illis sentiant commodum, & si uti velint, ratizando inter cives, & de bonis stabilibus solvunt bonatenentiam juxta catastum. Et ita in Curia Civitatis Nuceriæ Paganorum fuerunt mihi Judici dictæ Curiæ præsentatæ provisiones Regiæ Cameræ summariæ pro parte Joannis Jordani, Antonii de Natale, Francisci de Amato, & aliorum habitantium in dicta Civitate, quæ provisiones sunt expeditæ sub die 3. Aprilis 1685. penes Josephum Petitum Actorum Magistrum.

Neapolitanus dicitur, vel ortus in ipsa Civitate Neapolitana, vel exterus, qui habet, vel uxorem Neapolitanam, vel domum in districtu dictæ Civitatis, vel Casalium, *Recc. collect.301.* quod intellige de domo propria, non vero conducta, vel emphyteutica, & quæ sit secundum conditionem, & qualitatem suam, ut decisum refert *Gallup.*

C A P. XXX.

De foro Locatorum Menepecudum Apuliæ.

S U M M A R I U M.

R*Agioni per lo Magnifico Savino d'Adamo con Ruggiero d'Adamo; e si narra il fatto*, num.1.

Qualità, che fonda l'esenzione, devesi provare dall'Allegante, num.2.

Incompetenza si può determinare dallo stesso Giudice, avanti del quale si oppone, num.3.

Ragione è l'anima della legge, quieta la mente del leggente, e toglie ogni confusione, o dubbio, num.4.

Dogana di Foggia è membro della Regia Camera della Summaria, e gode la stessa prerogativa del foro nelle cause solamente spettanti al Patrimonio Regale, dove ha interesse il Fisco, e si assegna la ragione, num.5.

Pragm.79. de offic.Proc.Cæsar.§.38. *non aggiunge privilegio nuovo a detta Dogana, ne amplia il privilegio antico*, num.6.

Dogana di Foggia ave l'istessa giurisdizione, che ave la Regia Camera nelle cause appartenenti al Real Patrimonio, nelle cause civili, ma nelle cause criminali procede ratione loci, *dove si fa la locazione, dove si pasce, o dove sono li tratturi*, num.7.

Giurisdizione ratione loci *è conceduta ad ogni Tribunale, anche a Corte Baronale per delitti commessi dentro la Baronia*, num.8.

Decisioni riferite da Ageta si dichiarano, num.9.

Decisione nova del 1711., num.10.

Cause, che spettano alla Regia Camera, ed al Sagro Consiglio, num.11.

Decisioni riferite dal Reg. de Marin. *si esplicano*, n.12.

Tribunale della Regia Camera e Dogana di Foggia est Judex ad certum genus causarum, *come li Sindicatori in causa di sindicato, e la Bagliva in causa de' danni dati, nelle quali non si ammette elezione, o variazione di foro*, num.13.

Scialoya de foro compet. *si dichiara*, num.14.

Prorogazione da chi si può fare, num.15.

Decisioni di Cafaro *si esplicano*, num.16.

Patrimonio, o eredità dedotta nel Sagro Consiglio, è giudizio universale, che tira tutti gl'interessati coram uno Judice, num.17.

Decisione di detta causa, num.18.

Ragioni aggiunte a detta Allegazione, num.19.

1 *RAGIONI PER LO MAGNIFICO SAVINO DI ADAMO, CON RUGGIERO DI ADAMO, CIRCA L'ESENZIONE ALLEGATA, COME PRETESO LOCATO DELLA DOGANA DI PUGLIA. L'ILL. SIG. MARCHESE VALLETTA SIGN. D. GIUSEPPE LUCINI REG. CONS., E COMM. IN BANCA DEL MAGNIF. FRANCESCO DI NAPOLI, LO SCRIVANO FRANCESCO BOVA.*

SAvino di Adamo della Città di Barletta ha dedotto l'eredità, e Patrimonio Paterno nel S.R.C. affine di fare dichiarare prodigo Ruggiero suo fratello Primogenito, fare dividere detto Patrimonio, far pagare a due sorelle Monache il vitalizio d'annui docati otto per ciascheduna, ed anche far annullare i contratti fatti con diversi compratori per lesione enormissima, e per altro rimedio, che li compete.

Dall'illustre Marchese Valletta Signor D. Gioseppe Lucini Regio Consigliero, e Commessario essendosi fatta inibitoria alla G.C. della Vicaria, e tutte le Corti, che non procedano nelle cause attinenti a detto Patrimonio, si è opposto da Ruggiero, esser Locato della Dogana di Foggia, ed a quella rimettersi detta causa, senza portare valido documento, che sia Doganato.

2 Poichè la qualità, che fonda l'esenzione, devesi provare dall'Allegante, *Valenz.conf.191.nu.1. Frat.discept.2.num.3. de Grass.except.2. nu.4.* per lo *test.in l.4.§.docere ff.de vi bonorum rapt.* con altri concordanti.

Nè basta, che sia Doganato 20. anni prima, se non si provano i requisiti, che partoriscono gli effetti dell'esenzione, *Gratian.discept.for.c.525.nu.12.*

3 E nel nostro Regno lo stesso Giudice, avanti il quale si oppone l'incompetenza, può determinare, *an sua sit jurisdictio? Petr.rit.265. tom.3. nu.18.* per lo *test.in leg.ex quocumque 2.in princip. ff.si quis in jus vocatus non ierit.*

Ma dato, che detto Ruggiero portasse tutti i requisiti per l'esenzione de' Locati, non può pretendere remissione di causa alla Dogana per detta esenzione.

Poichè molti, scrivendo sopra questo articolo, hanno scritto repugnanti decisioni, e repugnanti oppinioni, con moltiplicare confusioni, e dubbj, perchè
4 non si è assegnata, e ponderata la ragione di detta esenzione, che è l'anima della legge, quieta la mente del leggente, e toglie ogni confusione, e dubbio.

5 La

5 La ragione dunque è, ch'essendo la Dogana di Foggia, membro del Tribunale della Regia Camera della Sommaria, e la Doganella d'Apruzzo membro di quella, che risiede in Foggia, gode l'istesse esenzioni competenti alla Regia Camera, ch'è capo di detta Dogana, e Doganella, nelle cause solamente appartenenti al Patrimonio Regale, dove ha interesse il Fisco, mentre detto Tribunale della Regia Dogana, e Doganella non fu per altro fine eletto, se non che affine di attendere a discutere li negozj del Fisco, e non altrimente li negozj *inter partes*, dove non v'è interesse del Regio Fisco, come chiaramente sta disposto nella *Prag.61. e 64. de Offic. Proc. Cas. e 37. de Offic. S.R.Consil.*, che da niuno, che sopra di ciò ha scritto, si sono dette Prammatiche ponderate, nè menzionate.

6 Nè con la *Pramm.79. de Offic. Proc. Caes. §.38.* viene derogato, o riformato cosa in contrario, nè con detta Prammatica si aggiunge privilegio nuovo a detta Dogana, nè si amplia il privilegio antico, ma solamente si sveglia l'osservanza della Giurisdizione, che competeva a detta Dogana, quale non si osservava con tutta attenzione; ivi:

E convenendo in ciò dare opportuno rimedio ordiniamo a tutti Officiali di questo Regno, così Regj, come Baronali, particolarmente al S.R.C. G.C. della Vicaria, e Regia Audienza Provinciale, che non s'intromettano nelle suddette cause de' Locati. Nota, *suddette cause de' Locati.*

Dunque la proibizione si restringe nelle cause civili a non potersi inferire alle cause de' Locati, che in buono linguaggio è l'istesso, che dire, alle cause attinenti agl' interessi del Fisco, e Patrimonio Regale.

Ed ogni disputa, ed equivoco, che in ciò si vede, è nato dalla mala interpetrazione del capit. 28., Istruzioni, sua Riforma, e Dichiarazione, *per extensum* descritta dal *Reg. de Marin. a Revert. decis.* 516. *fol.* 102. *num.* 9. *a* 12. e da *Marc' Ant. Coda fol.* 95., e meglio da *Casaro* nella *qu.* 1.

E in detto *num.* 2. chiaramente si legge, essersi dichiarato a' 12. Febbrajo 1576. dall' Eccellentissimo Marquea col parere del Reg. Collateral Consiglio, che la Giurisdizione della Dogana s'intenda per qualsivoglia delitto, etiam non toccante materia di Dogana extra Territorio assignatoli dalla Regia Corte, o in qualsivoglia luogo.

E poi soggiugne, ivi: *Atteso le parole apposte in detto capitolo s'intendono* solum, *dove essa Dogana non sta locata, nè passa, nè cammina.*

Ecco, che con dette ultime parole si viene a dichiarare, per delitti, che si commettono a quelle Provincie, dove sta locata, dove pasce, e dove cammina, cioè dove sono li trattori, anco se si commettono in qualsisia luogo fuor del Territorio assegnato al Doganato.

Onde l'Interpretazione, che fa il *Signor Maradei a d. Pragm.* 79. *fol.* 242. *num.* 8. è contra il senso, e mente di detta Prammatica, e di detta dichiarazione del *capitolo* 38. e non si deve detta interpretazione abbracciare, nè ammettersi in pratica, *salva pace* del Giurisconsulto così celebre.

7 Mentre nelle cause civili, non si può difficultare, che la Dogana ha l'istessa giurisdizione, che la Regia Camera nelle cause appartenenti all'interesse del Fisco, al Real Patrimonio solamente, e non nelle cause, dove hanno interesse solo le Parti.

E saria assurdo dire, che la Dogana avesse giurisdizione più ampla della Regia Camera, ch'è capo.

E perciò si deve abbracciare quello, che dice *Costant. Cas.* alla *qu.* 15. approvato, e seguitato da *Ageta ad Moles part.* 2. §. 3. *fol. mihi* 474. *n.* 15. *& par.* 4. *nella Mantissa n.* 28. *fol. mihi* 228. e *Francesco Costant. sup. d. Pram.* 79. §. 38.

Nè partorisce equivoco, o dubbio, che tiene Giurisdizione detta Dogana per li delitti nel luogo di locazione, o dove pasce, o dove sono i trattori di camminare, ed in qualsisia luogo, dove sta locata, pasce, e cammina, anche che si delinquisca fuor del Territorio assegnato dalla R. Corte.

8 Mentre questa giurisdizione non è conceduta solo alla Dogana, ma è giurisdizione conceduta ad ogni Tribunale, e Corte anche Baronale per delitti commessi dentro la Baronia per legge comune, *Caball. resol.* 114. *num.* 30. per lo *testo in l.* 1. *C. ubi Senatores, vel Clarissimi, & Auth. qua in Provincia C. ubi de crimine agi oportet.*

Essendo dunque il Tribunale della Dogana Padrona de' luoghi, dove si fa la locazione, dove sono li Regj Trattori, niuno equivoco, o dubbio può nascere dalla cognizione, che fa di detti delitti in detti luoghi, per la *Pram.* 1. 2. 3. 4. 5. *&* 6. *ubi de delicto quis conveniri debet, & Rovit. in d. pram.* 1.

9 Perciò nell'omicidio commesso da' Locati nella Terra di Frosolone in persona dell'Officiale di detta Terra, il Collaterale, inteso l'Auditor Fiscale, ordinò, *quod Magna Curia procedat, literis hortatorialibus expeditis per Regiam Cameram non obstantibus.*

Le provisioni di detto Collaterale sono in Vicaria Criminale appresso lo Scrivano Fiscale Nicola Morabita, riferite da *Ageta* nel 4. *tom.* della *Mantissa fol.* 100. *in fin.*

E la ragione di *d. decis.* fu, perchè detto delitto fu commesso in detta Terra di Frosolone, e non in Puglia, dove ha li Pascoli la Dogana di Foggia.

Nè dubbio, o equivoco alcuno può nascere, che nelle cause incominciate, e pendenti anco extra negozio di Dogana, non si ammette declinatoria del foro.

Nec gaudet privilegio, si post litem cœptam succedat miserabilis, ut si post litem cœptam cum defuncto, succedat vidua, quæ prosequi litem debet, ubi cœpta fuit, juxta tradita *a DD. in Auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. & Carl. tit. 1. disput. 2. q. 6. sect. 7. num. 636.*, nisi sit perempta Instantia, & judicium sit de novo inchoandum, quo casu privilegium reassumit vires, *d. Carl. loca cit. num. 646., & 647. Anna sing. 402.*

Miserabilis non gaudet privilegio fori in caussis fiscalibus, nec in caussis feudalibus, neque in caussis, ubi agitur de reddendis rationibus, *Carl. loco cit. nu. 649., & seqq.*

19 Variatio fori bis, ter, vel quater fieri potest a personis miserabilibus, *Caravita Ritu 233. num 10. Ursill. dec. 167. n. 3. Petr. de Capp. dec. 160. lit. B. Foller. in prax. crim. Audiant. excus. nu. 99. Muscatell. p. 2. glos. compet. nu. 30. Scacc. de appell. qu. 7. nu. 121. Capibl. prag. 8. p. 1. nu. 195. Novar. in prax. sect. 1. qu. 3. n. 10., & sect. 2. qu. 13. num. 4. & ad prag. coll. 222. num. 8.*, quamvis *d. Carav. Foller. Nig. it, & Carlev. ubi supr. num. 609.* dicant esse erroneam dictam praxim, nam de iure semel potest variari.

Et *Muscatell.* dicit bis tantum vidisse variare: Et *de Marin. lib. 2. resol. 47. num. 24.*, dicit receptissimum esse in Regno fori electionem non semel, sed bis, & ter fieri posse, eligendo M.C.: et postea ad Baronem variare: & a Barone iterum ad M. C. recurrere.

Ita-

Itaque variationem, ante, vel post litem contestatam, & etiam post conclusum in caussis criminalibus practicari dicitur; circa quod videatur *Afflict. in Constis. statuimus n.26. ibid. Faller. num.128. Trentacinq. var. resol. lib.2. tit. de citat. resol.2.*

20 Vidua, Pupillus, & similes personæ miserabiles non possunt eligere, & variare forum, quando designatus est certus Iudex ad certum genus caussarum, ut est Tribunal R.C.Sum., & Dohanæ Menepecudum erectum ad certum genus caussarum pertinentium ad Regale Patrimonium; & sindicatores sunt destinati ad certum genus caussarum pertinentium ad sindicatus Officialium tantum, & Curia Bajularis in caussis damni dati, ut diximus *in cap.30.num....*

Ex his infertur illa conclusio relata per *Cafaritms lib.1.qu.15.num.25.*, quod Viduæ, sive quævis alia similis persona miserabilis, non potest a foro primæ instantiæ variare, eligendo forum secundæ instantiæ, sive appellationis, quia forus appellationis est certus Iudex ad certum genus caussarum pertinentium ad gravamina tantum, quæ fiunt per Iudicem primæ instantiæ, *d.l.1.C. quando Imperator, & Auth. qua in Provincia C. ubi de crimine.*

Meritò igitur vidua, sive quævis miserabilis non potest extrahere subjectos domino Dohanario Foggiæ, eligendo in forum Regiam Cameram Summariæ, quia in Civilibus Dominus Dohanerius Foggiæ est designatus certus Iudex ad certum genus caussarum pertinentium ad Regale Patrimonium dictæ Dohanæ, & Tribunal Regiæ Cameræ est Iudex certus ad certum genus caussarum pertinentium ad gravamina tantum, quæ inferuntur a dicto Domino Dohanerio Foggiæ, nec possunt in caussis primæ instantiæ eligere forum Iudicis secundæ instantiæ, sive appellationis, eadem ratione, sed debet eligere Tribunal Regis, & postea ad alia variare, quia Tribunalia Regia non sunt designata ad certum genus caussarum. Quod nota bene, benigne Lector, quia nullibi reperies hanc praxim sic explicatam.

C A P. XXXII.

De foro pupilli.

S U M M A R I U M.

Pupillus, & Orphanus quid sit? num.1.

Minor 18. annis, major 14. si est masculus, & 12. si est fœmina, numeratur inter miserabiles, non ratione ætatis, sed ratione conditionis, quia desiit a potestate Patris, num.2.

Ecclesia etiam inter miserabiles numeratur, quia ab aliis administratur, rejectis contrariis, num.3.

Minor si fiat major pendente lite, cessat suum privilegium, cum altero privilegiato ex majori privilegio, num.4.

Pupillus, & virgo, qui est in potestate Patris, vel Avi non gaudet electione fori, & assignatur ratio; sed fallit dicta regula in criminalibus, & sic concordantur opiniones contrariæ. Alii distinguunt, & assignatur ratio distinctionis, num.5.

Pupillus in civilibus, etiam sub Patre, vel Avo, gaudet in bonis, in quibus Pater, vel Avus non habet usumfructum; & etiam si habet Patrem, & non est in potestate Patris, & habet tutorem, vel habet Patrem Religiosum, vel Patrem fatuum, aut inutilem, vel infirmum, num.6.

Universitas non dicitur habere Syndicum, si adversa valetudine sit impeditus, num.7.

Pupillus Hebreus non gaudet beneficio fori, num.8.

Pupillus conventus ex contractu paterno non gaudet electione fori; quod limitatur in legatis, ac fideicommissis paternis, quia legatum, & fideicommissum non dicitur contractus, num.9.

Spurius an gaudeat privilegio fori, repugnantes sunt opiniones, sed melior ratio videtur, quod gaudeat, num.10.

1 Pupillus est, qui citra ætatis metam desiit in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione, *l. Pupillus 139. ff. de verborum signific.* Et licet aliqui confundant pupillum cum orphano, maximè in materia electionis fori; tamen differt, nam Pupillus, ut fruatur hoc privilegio, est, qui nec sub Avi, nec Patris potestate constitutus, est minor annis 18.

Orphanus vero est, qui patris ope destitutus est, vel quia non habet, vel habet, sed inutilem, quia eum deserit, bona materna dissipat, aut odio habet, in quo multum versatur Iudicis arbitrium, *Corleval. lib.1. tit.1. dist.2. qu.6. sect.7. nu.53.*, & 568. dispunctis hinc inde aliis, aliter sentientibus.

Pupillus autem, ut *de Luca ad Franch. dec.671. nu.1.* est, qui patre caret, & 14. annum non implevit, si est masculus, & si fœmina 12., ut *in princ. instit. quibus modis tutela finitur, glos. in l. pupillus ff. de verbor. sign. f. Gutierr. in auth. Sacramenta puberum nu.1. C. si adversus transact.*

2 Sed quomodocumque sit, minor 18. annis, major 14. si est masculus, & 12. si est fœmina, gaudet privilegio electionis fori, & inter miserabiles numeratur, nam dicitur pupillus esse miserabilis, non ratione ætatis, sed ratione conditionis, ex eo quia desiit esse in potestate. *de Luca ubi supra, Corleval. de judic. lib.1. tit.1. disput.2. qu.6. sect.7. num.532.* post *Paschalem de patria potestate p.1. cap.8. nu.92. Andreol. controv.435. nu.10.* apud *Motal. de gradu citationis num.188.*

3 Et Ecclesia gaudet, ut pupillus, ex eo, quia Ecclesia similiter inter miserabiles numeratur, non quia miserabilis sit, sed quia ab aliis administrantur ejus bona instar pupillorum, *Afflict. & Ursill. decis. 257. Capyc. decis.160.*, & *Petra in addit. Franchis decis.24. et 214. num.4.*

Rejecta opinione contraria *Capiblanc. in pragm.8. p.1. nu.314. Viscont. ad Franch. dec.100. nu.17.*, ubi contra minorem decisum refert *Ricc. collect.2360. Thorus in compend. par.1. verbo minor.*, & *in note 66. nu.5. Novar. in praxi electiion. fori p.1. sect.2. quest.2. nu.5. & par.2. sect.2. qu.4. & super prag. in rubr. de infant. perditis nu.5.* ubi refellit *dec.27. Roviti*, & cum *Novar.* sequitur *Palma in divers. forio juris p.2. glos.16. num.1. fol.276.*

4 Verum si pendente lite minor 18. annis fit major, cessat privilegium, cum altero privilegiato, contendens ex privilegio illum trahere, *de Marin. lib.2. resol.47. num.24.*

5 Hinc fit, quod pupillus, & virgo, quæ habet patrem, vel est in potestate Avi, non gaudet electione fori, *de Luca ad Franch. dec.671. ex dicta decis. de Franch.*, & allegat *Andreolum controv.435. nu.10. Petra Rit. 230. de Marinis lib.1. resolut.337. n.4. & lib.1. resol.47. nu.22. Prat. lib.1. discep.13. nu.67. Gratian. discept.72.*, & 241. *Capibl. de Baron. pragm.8. nu.412. tom.1. Dexart. dec.72. n.2. Carlin. controv. 202. n.11. Rovit. dec.27. n.11.*, & *49. nu.7. Scial. de for. compet. cap.16. nu.2. Cancer. p.2. var. ar. cap.2. n.13. Novar. de elect. for. sect.2. qu.2. Pascal. de vir. patr. potest. par.2. cap.1. nu.12.*, & ratio assignatur ex dicto *de Luca ibi, Lagar. ad Rovit. sup. pragm. 1. de remiss. caussarum nu.6. Visconte ad Franch. dec.100. Vivius decis. 250. Masul. ad Capyc. dec.109.*

Pupillus enim dicitur miserabilis persona, non ratione ætatis, sed ratione conditionis personæ, ex eo quia desiit esse in potestate, ubi *dictus de Luca* allegat alios, & nos latius diximus supra.

Concluditur itaque, quod pupillus, ut gaudeat,

de necessitate requiritur, ut sit extra patriam potestatem constitutus, *Muscatell.lib.1. par.2. glos. competent. num.72.*

Quæ supradicta regula in civilibus, & non in criminalibus habere locum dixit *Capibl. de Baronibus tom.2.cap.44.nu.13.* & sic decisum refert ibi, & concordat primam decisionem *Præsid. de Franchis* 100. quæ loquitur in criminalibus, cum alia decisione 671. quæ loquitur in civilibus, & sequitur *Scial. de foro compet.cap.16.num.2.* quibus videtur consentire *de Luca ad Franch. dict.dec.671.nu.6.*

Et ratio assignatur, quia in civilibus pater est usufructuarius, & legitimus administrator, & jus constituitur in persona ipsius patris.

Sed in criminalibus, quando filiis competit jus accusandi aliud sit, & quod diximus de pupillo, intelligitur etiam de Virgine; & hæc sit prima limitatio ad dictam regulam, maximè quando pater est negligens in accusando de injuria atroci facta filio, quia tunc absque difficultate pupillus gaudet fori electione, ut decisum refert *Revit.dec.49. Scial.de for. compet.ubi supra, Thor.in compend. dec. in verbo virgo, quem patrem habet fol.420. de Luca ad Franch. ubi supra.*

Verum sine hac distinctione videtur transire *de Marinis tom.2.cap.338.* ubi per totum firmat, fori privilegium esse omninò denegandum Virgini sub patria potestate, vel pupillo sub Avi potestate existenti, *& in fin.* omni jure sic judicandum concludit contra virginem, & pupillum, ut supra; obiter tamen refert *Jo:Baptista de Thora in suo compen. dec. part.3. in verbo Virgo, quæ patrem habet fol.420.* ubi ex *Reg. Revit.dec.49.num.13.* advertisse dicit, quod ubi pater accusare negligeret, admitteretur filia, etiam cum privilegio fori, de qua hic.

Ea forsan ratione, quia tali casu Virgo judicatur esse auxilio patris orbata.

Et ubi pater, vel frater accusare non negligit, certè præfertur pater, vel frater, & non habet locum electio fori facta per sorores Virgines; ita *de Marin.* decisum refert *lib.1.resolut.2.n.3.*, ita quoque S.C. reformando sententiam ejusdem S. C. in causa Iacobi Scavarelli, & aliorum, qui fuerunt remissi ad Curiam Montisleonis; non obstante fori electione facta in M.C.V. per Virgines sorores interfecti; ex quo aderat quoque querela patris; ita pariter fuit decisum per M.C.V. in causa Caroli Pasitani, & aliorum, prima in Banca Balsami, & secunda in Banca Panzæ, & passim sic observatur.

At *Carbu.lib.1. tit.1. de virgine disput.2. quæst.9. sect.6.num.525.* concludit indistinctè Virginem in potestate patris existentem electionis fori privilegio gaudere, quemadmodum gaudet Vidua in patris potestate constituta, & allegat *Tapia in Constit. statuimus nu.20. in fin. Calà de modo articulandi gl.1. glos.1. nu.111.* rejecta opinione *Novarii qu.21.sect.1.*, & aliorum contrarium tenentium, quibus dictus *Carbval.* satisfacit, & late respondet: & idem firmat *de Luca ad Franch.decis.199. & 671.*

Et quare virgo, & Vidua, etiamsi in patris potestate sint, gaudeant dicto privilegio, & pupillus non, nisi cum distinctionibus, ut supra, & inferius assignatur ratio, quia pupillus non est, qui sub patris vel Avi potestate est.

Sed Virgo, & Vidua est, tam si habet patrem, quam sine patre, ut advertit *Paschalis de patr.potest. par.2.cap.2.num.93. Prat.lib.1.discept.43.num.67. de Luca ad Franch dec.671.num.3.*

At in conflictu tot variarum opinionum non recedo ab opinione, cum distinctionibus, ut in civilibus non gaudeant; in criminalibus neque, ubi pater, vel Avus, aut frater non erit negligens in accusando; ubi vero non concurrit pater, & secus; ea ratione; quia ubicumque plures ad eamdem concurrunt vindictam, præfertur dignior, & magis idoneus, exclusa minus digna persona, & judicium finitur cum digniori tantum, ad judicii confusionem evitandam, *l. 1. in fine cum l. sequen. ff. de exercitat. actionib. de Marinis d.lib.1.resol.2.num.2.*

Prout quando lis est cum uno contestata, alius non admittitur, licet pariter sua interesit, & non sit inferioris idoneitatis, vel conditionis, *de Marinis ubi supra.per Tex.in l.3.§.si is, cujus ff.de sepulchro viol.*

Imo *Lagan. in proœm.1. de remiss.caus.* lato calamo, & doctè concludit indistinctè Virginem non habere privilegium fori, si patrem habet, & respondet *Carbval.* qui *decis. de Franch.* dilucidat. & respondet *Capibl.Calà*, & aliis contrarium tenentibus.

Negligente autem fratre, vel Patre necem vindicare, potest tunc mulier in Judicio comparere, & prosequi, *de Marinis ubi supra.*

6 Pupillus etiam quod sit sub Patris, vel Avi potestate, gaudet privilegio in Civilibus, in illis bonis, in quibus pater non habet usumfructum, quia Pater erit ejus Tutor, vel Curator, & tenetur reddere rationem, & facere inventarium, sicut extraneus, *de Luca ad Franch.dec.671.n.6. & l.licet C.ad legem falcidiam, Bald.in l.superstite C.de dolo, Gomez ad leg.Tauri 48.n.17. Gratian.discept.365.nu.54.*

Maxime si pater nolit esse Tutor. Tunc certe sine dubio gaudet, quia Patre volente, providebitur per Judicem de Curatore ad litem; idem *de Luca*, ut supra, & *Gratian.num.46. Aret.in §. pupillus instit. de inutil. stipul.* Unde

Pupillus, qui habet Patrem, & non est in potestate Patris, sed habet Tutorem; tunc gaudet fori electione, *Georgius Obrecht de Jurisdictione lib.3. cap.18. num.9. Scial.de foro compet.cap.16.num.2.*

Pupillus habens Patrem Religiosum, gaudet beneficio electionis fori, *Novar.in prax.elect. fori to.1.sect. 2.q.2.* quem sequitur *Scial.de foro comp.ibi n.2.*

Pupillus habens Patrem fatuum, vel inutilem, gaudet electione fori, *Novar. lib.1.qu. forens.126. & de electione fori decade 44. de Luca ad Franch. decis. 671.num.6.*

Inutilis tamen dicitur pater ad hunc effectum gaudendi hoc privilegio, si dictus pater non potest in judicio comparere ad pupillum defendendum, v3. si esset ad Triremes damnatus, sive in manibus inimicorum reperiretur, aut exulatus, forjudicatus, sive quovis alio modo civiliter mortuus, sive tandem incurabili modo oppressus. Non autem dicitur inutilis, qui bonis cessit, quia securius potest in Judicio sistere, & pupillum defendere, cum sit certus non posse carcerari; & his omnibus modis similiter vir dicitur inutilis uxori, ut apud *de Marin lib.2.resol.47.n.23.* ubi allegat *de Franch.dec.100. nu.18. Vrsius dec.497. & 521.* & infinitos alios, ut ibi.

7 Pupillus habens patrem infirmum, gaudet electione. Prout Universitas non dicitur habere Syndicum, si sit valetudine contraria impeditus, idem *de Luc.ubi sup.ex Tex.in l.1. §.quod si ff.quod quisq.univer.nomin. Perreg.de lata lib.1. de univer.cap.11.n.32.*

8 Pupillus Hæbreus non gaudet beneficio electionis fori, *Carav.rit.219. Marchesilaus de commissione, & tit.de commis.advoc. par.2.§.2.n.54. Ursu. in Const. si quis imposterum, Novar.in prax. elect.qu.5. sect.1. nu. 20.* quos allegat, & sequitur *Ricc. ad Franch. decis. 671. Scial.de foro compet.cap.16.num.2.*

9 Pupillus non gaudet electione fori, ubi conveniretur ex contractu paterno; sic est sancitum de jure Regni nostri per *ritum M.C.V.235.* & idem firmat *Novar. ubi sup. & Ricc.in d.dec.de Franch.671.*

Limita tamen hoc in legatis, & fideicommissis, ubi licet ex dispositione paterna convenitur, tamen gaudet, quia legatum, & fideicommissum non dicitur con-

contractus paternus, sed dispositio post mortem patris, ita concludit *cit. Novar.*

10 Pupillus Spurius non gaudet privilegio fori secundum *Marchef. de commiss. in prax. Signat. tom. 2. tit. de Avocat. Cauf. §. 2. num. 112.* ob odium, quo leges eos prosequuntur, prout appellatione filiorum non veniunt spurii.

Sed hæc doctrina *Marchef.* repellitur a *Novar. sect. 2. qu. 5. num. 2. Merenda lib. 24. controver. cap. 38. num. 22.* quia ætas in hoc consideratur, & non ortus damnatus. Aliter idem operaretur circa Viduas, & alias personas miserabiles, *de Luca ad Franch. decis. 671. num. 5.*

C A P. XXXIII.

De foro Virginis, & Viduæ.

S U M M A R I U M.

Virgo, quamvis major, & desponsata de futuro, gaudet privilegio electionis fori, num. 1.

Vidua, & Virgo, quæ sit? num. 2.

Mulier, quæ habet Virum bannitum, vel diu carceratum, vel captivum, vel ad triremes, vel absentem, vel diuturno morbo mentis, & corporis impeditum, vel quocunque modo inutilem, numeratur inter Viduas, & electione fori tanquam Vidua gaudet, num. 3.

Vidua, quæ forum elegit, & postea nubit, gaudet foro electo, num. 4.

Vidua, quamvis dives, privilegio electionis fori gaudet, & declarantur opiniones contrariæ, num. 5.

Vidua in exactione dotis, gaudet privilegio electionis fori, rejectis contrarium tenentibus, qui declarantur, & conciliantur, num. 6.

Vidua dotem repetens habet electionem fori, etiam contra pupillum, quod limitatur in contractu paterno, num. 7.

1 Virgo Patre orbata, quamvis major gaudet beneficio electionis fori, *Carleval.* ubi supra, a quo non dissentit *de Marinis lib. 1. resol. 338. num. 1.* ubi allegat *Afflict. Tapiam, & Andream in Constit. statuimus tit. de Offic. Magistri Justitiarii, Vivius decis. 65. Mastrill. decis. 127. nu. 8. Castil. dec. 48. nu. 12. & in addit. Novar. de elect. & variat. fori sect. 2. qu. 3.*

Virgo desponsata per verba de futuro non dum traducta ad domum viri gaudet hoc privilegio electionis fori, *Isern. & Afflict. in Constit. statuimus, & Foller. ibidem. 112. Tapia ibid. n. 20. Mastril. dec. 127. nu. 10. Carlev. ubi supra num. 39.*

2 Vidua proprie dicitur, cujus maritus decessit, *cap. Vidua 34. dist. 1. leg. malum 242. §. Viduam ff. de verbor. signif.* sed ad effectum gaudendi privilegio electionis fori, juxta *Tex. l. unica C. quando Imper.*

Virgo, & quæcumque mulier viro carens vidua censetur; nam vidua dicitur quasi sine Civitate, ut vecors, & vesanus sine corde, & sanitate; & adeo etiam ad virginem hoc privilegium *l. unica* pertinet, & in hoc Regno Neap. & Praxi antiqua, & continuata Sac. Consil. confirmata, quod hæc sententia pro regula habenda est, ita *Carlev. ubi sup. disp. 2. q. 6. sect. 7. n. 533.* ubi allegat *Franchis decis. 100. & 599.* & infinitos alios, rejectis contrariis opinionibus, *Covar. cap. 7. num. 2.* quem sequitur *Gaill. practic. observ. lib. 1. observ. 18. n. 42. & Castil. lib. 3. quotid. cap. 15. nu. 16.* post *Alciat. in d. §. Viduam,* quibus respondet, & satisfit.

3 Vidua censetur ad finem gaudendi privilegio elect. fori, etiamsi mulier habeat virum bannitum, vel diu carceratum, captivum, damnatum ad triremes, in distantibus locis absentem, vel diuturno, aut perpetuo mentis, vel corporis morbo impeditum, & fatigatum, vel alio quovis modo inutilem, *cap. inter corporalia de Translat. Episc. l. quoties ex causa 6. §. qui satisdare cogantur, l. mul'a ff. de aut. tutorum, Carav. ritu 29. n. 22. Foller. in Constit. statuimus n. 113. Tap. n. 19. Franch. dec. 100. Viv. dec. 167.*

4 Vidua, quæ forum elegit, & postea nubit, gaudet foro electo; sufficit enim, quod tempore electionis fuerit vidua, *Ric. coll. 300.* & dixi *in cap. 31. nu....*

5 Vidua non solum pauper, & inops, sed quantumvis dives, & opulenta gaudet privilegio electionis fori, *Isern. in Constit. statuimus versic. Item vidua, Tapia num. 18. Nigris in cap. Regni de violent. 150. num. 13. Capibl. Pragm. 8. par. 2. num. 309. & 310. Novar. in praxi sect. 1. qu. 7. num. 2. Franchis decis. 100. num. 19. Vivius decis. 521.*

Et licet contrarium tenuerunt *Isern. in Constit. lege præsenti vers. sed quid si pupillus, Afflict. ibi num. 4. Carav. Ritu 29. num. 21.* Tamen dicti Authores, & alii similes interpretantur, quod loquantur in diverso casu, scilicet quod

Viduæ, & pupillus divites non gaudeant aliis privilegiis miserabilium, concessis ex ratione paupertatis, ut est casus *in Constit. lege præsenti, & ritu 29.* ubi Advocatus pauperum pro defensione miserabilium, gratis advocationem exerceat.

Sed circa privilegium electionis fori concessum *in l. unica,* specifice dictis viduis, & pupillis, non ex alia ratione, nisi quia sunt viduæ, & pupilli sine auxilio viri, & patris, tali privilegio gaudent, etiam si sint divites; & sic refelluntur contrarium sentientes, *Carlev. lib. 1. tit. 1. qu. 6. sect. 7. num. 549. & num. 559. disput. 2.*

6 Vidua in exactione dotis gaudet privilegio electionis fori, ita decisum refert *Alphanus ad Tartagl. cap. 2.* & decisum die 27. Maii 1627. refert *Carlev. ubi supra num. 556.*

Et licet contrarium teneat *Molfes. ad consuetud. Neap. par. 2. tit. de bonis quæst. 12. num. 18.* quem sequitur *Novar. in praxi sect. 1. qu. 7. num. 11. & sect. 2. qu. 43. num. 11.* quos sequuti sunt *Donadeus de renunciat. cap. 24. num. 64. Scop. ad Nicolinum in collect. decretorum num. 168. fol. 164.*

Tamen prædicti contrarii refelluntur a dicto *Carlev.* & dictum *Carlev.* sequitur *Motill. in grada citationis num. 193.* & declarant *Tex. in l. exigere dotem 65. ff. de judic.* ubi statuitur, uxorem exigere debere dotem in domicilio mariti; non quod per illum *Tex.* tollatur uxori electio alterius fori similiter competentis, & compatibilis ad maritum, sed ut negetur dotem exigi posse in domicilio uxoris, tanquam foro diverso incompetente, & incompatibili pro exactione prædicta. Nam mortuo viro remanet uxor de foro, & domicilio ipsius viri, adeo quod etiam si sit Neapolitana non gaudet privilegio Neapolitanorum, quia retinet domicilium quondam viri, donec manserit in domicilio viri, ut inferius dicemus.

Et iterdictus *Textus* non obstat, & *Novar. & Molfes.* refelluntur, & post dicta scripta *Carleval.* idem *Novarius quæst. forens. 47.* citat dictum *Carlev. & Molfes.* & se corrigit, tenendo eamdem opinionem cum *Carlev.* contra se ipsum, ut supra.

7 Imo *Ricc. coll. 300.* dicit, quod vidua dotem repetens habet privilegium etiam contra pupillum, ex *Anton. Fabro in l. un. Cod. quando Imperator.*

Sed contra pupillum conventum ex contractu paterno non habet electionem fori, idem *Ricc. in dict. collect. 300. in Præs. de Franch. dec. 553.*

C A P. XXXIV.

De foro mulieris nuptæ.

S U M M A R I U M.

Mulier post matrimonium efficitur de foro, & domicilio viri, verum pro rebus dotalibus recu- pr-

perandis gaudet privilegio electionis fori, num.1.

Neapolitana nupta extero, & ad domum viri traducta non gaudet foro Neapolitanis concesso, & mulier extera nupta cum Neapolitano gaudet foro Neapolitano, num.2.

Uxor an gaudeat privilegio viri, ratione artis, vel alterius privilegii personæ, num.3.

Uxor Locati Dohanæ gaudet eodem Privilegio, quo gaudet Locatus, & sic uxor Nautarum, & exercentis artem serici, & sic uxor, & filius fabricensis, num.4.

Uxor Militis gaudet foro militis in bonis, in quibus habet interesse vir, secus in Paraphernalibus; & quæ ex proprio contractu sunt perventa, & assignatur ratio, & distinctiones, num.5.

Uxor, quæ divortium fecit ex sua culpa, non gaudet fori privilegio, num.6.

1 UXor sortitur forum viri, *l. cum quadam puella ff. de jurisd. omn. Jud.* Hujusmodi namque est matrimonium, ut transfundat originem uxoris ad originem viri, & mulier post matrimonium efficitur de foro, & domicilio viri, *l. sole. §. atem ff. de municip.* & hoc etiam si Uxor litigaret cum viro, ut ex *Bald. & Jasone* firmat *de Luca ad Franch. dec.416. n.3.*

Verum pro rebus dotalibus recuperandis etiam nupta gaudet foro suo, quia dos numeratur inter pias causas, & iisdem privilegiis gaudet, quibus Ecclesia, *Novar. qu.47. num.2. par.2. Fab. dec.1. C. quando Imp. Castil. contr.25. num.28. lib.3. Ricc. collect.300. Alvarez de privileg. pauperum qu.52. in fine par.1.*

2 Neapolitana nupta viro extero, & ad domum viri traducta non gaudet privilegio Neapolitanis concesso quoad forum, ut decisum refert *Franch. dec. 416. Thesaur. decis.203. Capibl. pragm.8. par.2. num.192. Rovit. pragm.1. ex num.5. de cessione bonorum, Riccius collect.443. Carlev. lib.1. tit.1. nu.2. qu.6. sect.8. n.682.* Neque gaudet quoad solutionem Gabellarum, ut decisum refert in Reg. Cam. Summ. *Gammar. decis.17. & Dom. Altim. ad Rovit. decis.75.* & ego ipse dixi ad *Cervellinum in praxi Universitatis ad finem libr. in Appendic. fol. 217.* & gaudet etiam vidua, donec in viduitate manserit, ego ipse ad *Cervellin. in prax. Univ. cap.6. num.36.*

Et mulier extera nupta viro Neapolitano gaudet privilegio Neapolit. *Novar. in prax. sect.2. qu.38. nu. 8. Caravit. ritu 391. num.25. Tartaglia cap.2. num.22. Carlev. ubi sup. num.660. Rovit. decis.75.*

Et hoc sine dubio esse, quoad forum marito competentem de jure communi tantum, dixit *de Franch. decis.363. num.1.*

3 Dubium tamen dixit esse, in foro, quod marito competit ex particula, vel privilegio propter artem, vel privilegio personæ.

Et licet articulus hic non fuerit ibi decisus, ut idem *de Franch.* testatur, ex quo non veniebat uxor illius artificis serici ex persona propria, sed uti hæres alterius; tamen Sacr. Cons. in sententiam affirmativam inclinavit, nempe uxorem gaudere etiam ob privilegium artis, vel personæ competens, ut observavit *Merlin. contr.94. centur.1. num.2.* & firmat *Novar. in prax. elect. fori qu.47. sect.1.* & idem concludit *de Luca ad Franch. dict. dec.363. num.1.* ex pluribus ibi adductis. Unde

4 Uxor Locati Reg. Dohanæ menepecudum gaudet eodem privilegio fori declinatorio, prout gaudet vir Locatus, ut judicatum fuit in Uxore Baronis Ginestræ Locati Reg. Dohanæ, inquisita de victu præstito bannitis de anno 1623. ut docet *Danza tom. 2. tit. de elect. for. Thor. in Colleg.49. nu.27. de Luc. ad Franch. in d. decis. num.20.*

Uxor nautarum in Regno sortitur forum viri nautæ, & passim servatur, quod convenitur per Magn. Portulanium Reg. Secr. vel Protontinum, ut testatur etiam *d. de Luc. ubi sup. num.2.*

Uxor itaque exercentis artem serici debet gaudere foro viri, ut conveniatur coram Consulibus artis prædictæ, juxta privilegium dictis artificibus concessum, ex supradictis per *Dominum de Luca ubi supra num.1. & num.3.* amplat, quod filius ratione artis patris gaudet eodem privilegio fori, & famulus quoque, juxta *dec. Sanfel. 1.*

Uxor fabricensis gaudet eodem privilegio, quo vir, etiam quoad forum, etiam quod uxor non sit fabricensis, *l. pen. C. de fabricens. lib.11.* & ita etiam filius fabricensium, *de Franch. dec.363.*

5 Uxor militis juxta per nos collecta, gaudet foro militis, quando convenitur pro bonis, in quibus habet interesse vir, secus si super bonis paraphernalibus, vel si ex proprio contractu.

Sed ut verum fatear, meo quidem rudi ingenio hæc distinctio non arridet ex infra dicendis, vel si arridet, nescio, quæ ratio diversitatis movet, hanc distinctionem solum servandam esse in uxore militis, & non in uxore civis Neapolitani, vel in Neapolitana nupta cum extero, & in uxoribus Locatorum Reg. Dohanæ, Nautarum, & exercentium artem serici, & in aliis habentibus, non ex jure communi, sed ex privilegio artis, vel personæ.

Aut dico hanc distinctionem servandam esse in omnibus, prout in uxore militis, aut in nulla uxore.

Non arridet hæc distinctio, quia ut *de Marinis* dixit *in tom.1. resol.350. num.12.*

Uxor tunc non gaudet privilegio viri, quando privilegium viri est personale, adeout ratione suæ personæ tantum gaudet, & quod privilegium militare sit personale, & non transgreditur personam viri militis, ex tex. *in cap. privilegii de re judicata in 6. & in l. privilegia ff. eod. tit.*

Nihilominus, ut dicit idem *de Luca ad Franch. in supracitata decis.* 363. quoniam uxor est pars viri, & sunt duo in carne una, privilegium fori non est ità rigorose personale, ut competat tantum viro, & non etiam uxori, ut late *Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap.1. dub.2. sect.4. num.4.* & omnia privilegia marito concessa per viam comprehensionis uxori procedere dixit *de Franch. d. decis.363. num.3. Paschal. de patria potest. part.4. cap.2. num.82. de Marinis lib.1. resol.23. num.7.* allegati per dictum *de Luca ubi sup. & in decis.76. Consiliar. Aaron. de Palmerio* fuit in uno contrarius aliorum, ut advertit *Pratus de scept. 20. num.17.* & ratione, quia si uxor militis non gauderet privilegio viri militantis, is discederet a Castris, & veniret ad defendendam causam uxoris, *l. ut ad diversa C. de silentiariis lib.12.* ubi datur ratio, ut coram uno Judice conveniantur uxor, & filii silentiarii, ne per diversa tribunalia trahantur ab obsequiis per silentiarios debitis.

Silentiarii enim sunt idem, quod Consiliarii, vel Secretarii Principis, sic dicti, quia silere debent, *l. verum ff. de minor.*

Et potissima videtur etiam ratio adducta per *Franchis in dicta decis.363. num.3.* ut ideo uxores, & filii fabricensium gaudent privilegiis viri, quoad forum, quia ipsi militare dicuntur inter Fabricenses.

Fabricenses enim dicebantur, qui erant deputati armis faciendis in publicis fabricis, ut reponerentur in publicis armamentis, *l.1. C. de fabricensibus lib.11.*

Alii distinguunt, quod uxor militis actu militantis, vel ad militare exercitium submoti in jus vocata hosticam potest opponere exceptionem, & sic fori privilegio marito competente uti, cum distinctione vz. Quando judicium in dotis detrimentum tendit, tunc quia maritus est Dominus dotis competit ex persona viri dicta exceptio, & procedit *tex. in l. cum quadam puella ff. de jurisdict. omn. jud.*

At si convenitur uxor ex contractu proprio, vel fu-

super bonis paraphernalibus, quorum fructus sunt uxoris, vel super lucratis per eam propriis operibus, s. illis operibus, quæ ad ipsam, non ad maritum spectant, tunc hostica exceptione ex persona mariti gaudere non potest, ita *de Marinis tom. 1. resol. cap. 50. num. 2. ex Affl. in Constit. Regni Hostica exceptia in 2. not. vers. quorum*, quem refert *Cassan. in Consuet. Burg. in tit. Des justices rub. 1. §. 5. num. 10. fall. in fine fol. 197.* & ita fuisse conclusum per S.C. refert *Capyc. in decis. 76.* de quo memor fuit *de Franch. decis. 363. nu. 2. in fin.* His adde *Merlin. lib. 1. resol. 23. nu. 4. Prat. discept. 20. num. 17.* & cum *Affl.* & assecl's consensit *de Luca ad Franch. in d. decis. 363. in fine.*

6 Uxor, quæ divortium fecit ex sua culpa, non gaudet privilegio fori, *Novar. qu. forens. 167. num. 17. & in prax. electionis fori sect. 1. qu. 7. num. 13.*

C A P. XXXV.

De Foro Clerici.

S U M M A R I U M.

Clericus contra majorem 14. annis, & minorem 18. gaudet privilegio electionis fori in caussa Criminali, & etiam contra viduam, & alium privilegiatum; quæ est limitatio ad regulam, quod privilegia privilegiis conquassantur, & assignatur ratio, num. 1.

Regula prædicta conquassationis privilegiorum limitatur etiam in petendo primum, & secundum beneficium, ob approbationes non factas, num. 2.

Pupillorum privilegium, & aliorum miserabilium cessat in ratione tutelæ, vel cujusvis administrationis, nam ratio ibi reddenda est, ubi fuit administratio, num. 3.

Clericus pro bonis Patrimonialibus gaudet electione fori, sed non pro bonis propriis, num. 4.

Clericus pupillus habens causam coram Episcopo non potest eligere forum metropolitanum, sed Romanam Curiam, num. 5.

Clericus pupillus, vel alius beneficiatus potest eligere in forum Rev. Nuntiaturam, & assignatur ratio, rejectis contrariis, num. 6.

Clericus Pupillus in bonis quæsitis post Clericatum an, & quando habet electionem fori, num. 7.

1 Clericus offensus a minore 18. annis, majore tamen 14. potest contra minorem eligere forum M.C.V. & ita judicatum refert *dict. de Marin.* nam privilegium fori fuit a legislatoribus concessum pupillis, Viduis, &c. id fuit ex Doctorum interpretatione dict. privilegium concessum; Clericis vero, non ex Doct. opinione, sed ex particulari dispositione Juris Regni *ex rit. M.C.V. 67. 229. & 233.* ergo Clericus uti magis privilegiatus trahit minorem 18. majorem 14. annis, *de Marin. ubi supra.*

Imo Clericus potest uti fori privilegio etiam contra viduam, & privilegiatum, & non conquassari privilegium, ut fuse *Thor. in supplemento verbo Elect. for. M.C.V. Petr. in rit. 226. nu. 5.* quem sequitur *de Luca ad Franch. observ. 597. num. 1.*

2 Hæc regula conquassationis privilegiorum non habet locum, quando unus privilegiatus petit primum, vel secundum beneficium ad probationes non factas, quia licet alter sit etiam privilegiatus, beneficia prædicta conceduntur, ita *de Luca ad Franch. observ. 553. Fontanel. claus. 4. gloss. 12. num. 111.*

3 Ratio tutelæ, vel alterius administrationis, ibi reddenda est, ubi gesta fuit administratio, & non potest trahi ad alium forum, *l. 1. & 2. C. ubi de ratiocin. opi oportet*, & communiter *DD. in l. hæres absens 19. §. si quis tutelam ff. de jud.* & in hoc cessat privilegium pupillorum, vel aliarum personarum miserabilium.

4 Clericus pro bonis patrimonialibus gaudet electione fori, *Ursil. dec. 257. num. 1. Pater Duard. in comm. explicat. Bullæ Cenæ Domini lib. 2. can. 18. qu. 5. nu. 9. Ricc. in prax. Eccl. resol. 91. tom. 4. & dec. 299. part. 2.* sed non gaudet pro bonis propriis.

5 Pupillus Clericus habens causam in prima Instantia coram Episcopo non potest eligere forum Metropolitanum, sed Romanam Curiam, ex *disp. l. unica C. quando Imperator*, quæ dat privilegium adeundi Principem tantum, non obstante *dec. Conc. sess. 24. de reform. cap. 20. Sac. Congregatio Conc. in Barensi primo Aprilis 1628.* teste *Altam. in compend. Canonicarum resol. lib. 2. tit. 8. num. 15.* quos refert *Barbos. in Summa Apostolica dec. collect. 157. num. 1. & in collect. ad Trid. cap. 20. num. 43.*

6 Clericus pupillus, vel alius privilegiatus non potest eligere in forum Reverendam Nuntiaturam, ex rationibus ponderatis per *Afflict. decis. 257. num. 4. & Caravit. rit. 233. num. 7. & Capiblanc. pragm. 8. par. 1. num. 336. dec. 67.* quia electio fori, quæ datur miserabilibus personis intelligitur, si Judex superior electus habeat jurisdictionem in ipsum conventum; nam si incompetens est conventi non habet locum, & sic ubi reus habet plures Judices, electio est rei de jure communi, ut notat *Bald. in l. cum Clericis C. de Episc. & Cleric. & Ant. de Puteis in cap. si dilectus 1. 2. de rescript. & Abbas in cap. si diligenti de for. com.* & ideo vigore *legis unicæ C. quando Imperator* transfertur privilegium miserabilibus, *Afflict. d. dec. 257. num. 6.* ob favorem miserabilium.

Item quia Reverenda Nuntiatura est Tribunal designatum ad certum genus caussarum, & ad certas personas sibi subjectas; vel ratione interesse Fisci Ecclesiastici, sive Cameræ Apostolicæ, vel qualitatis personarum; & propterea cum sit Tribunal incompetens respectu caussarum civilium in subditos Episcopi, obstat reg., quod non militat dictum privilegium, in quibus designatus est certus Judex, *Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 6. sect. 7. num. 646. Marian. Soccin. cap. significasti num. 30. versic. 3. quærimus de foro competenti, Bald. in l. cum earum qu. 5. nu. 7. C. de sententiis, & interlocut. omn. jud.*

Hinc fit, quod non potest persona privilegiata eligere Tribunal Reg. Dohanæ Pecudum Apuleæ pro caussis non spectantibus ad dictum Tribunal, nec forum Magni Admirati, vel alios similes, *Scyal. de for. comp. cap. 16. num. 83. Gallup. par. 2. cap. 6. Novar. tom. 2. sect. 1. qu. 14.*

Quia sunt Tribunalia designata ad certum genus caussarum, & ulterius eorum jurisdictio non tenditur.

Sed prædictis his propositis in Tribunali Reverendæ Nuntiaturæ, fuit, oppositis non obstantibus decisum, esse procedendum in dicto Tribunali Nuntiaturæ, ubi semper admittitur electio fori, ex doctrina *Scial. de foro comp. cap. 6. de foro pupill. & miserabil.* qui allegat *Novar. tom. 2. sect. 1. qu. 4. & sect. 2. q. 8. & in collectanea super pragm. 1. ubi de delicto num. 29.* qui *Scial.* reiicit *Mart. in decis. sive voto 206.* & in consequentiam remanet rejectus *Novar.* qui sibi contrarius approbavit opinionem *Mart. in sect. 3. qu. 1. fol. nubi 284.*

Et ratio est, quia licet Tribunal Reverendæ Nuntiaturæ in Regno Neapolitano habeat certum genus caussarum, & personarum designatum, tamen in Regno repræsentat Principis, sive Pontificis supremam potestatem generalem, ita quod dispositio *dictæ l. un. C. quando Imper.* non coarctat privilegiatos ad recurrendum Regi, vel Pontifici, qui degunt extra Regnum, sed ad recurrendum ad M. C. & ad Suprema Tribunalia laicalia existentia in Regno, & ad Supremum Tribunal Ecclesiasticum existens in Regno.

7 Pupillus Clericus in bonis quæsitis post Clericatum fruitur privilegio fori extra omnem difficultatem: & ra-

ratio est, quia in illis Pater non habet usumfructum. Unde Actor procedendo contra Pupillum cum citatione Patris, si Pater recusat onus tutelæ, vel curæ, & defensionis, & propterea pupillus est provisus de alio curatore ad litem, tunc habet locum regula, quod

Pupillus, qui habet Patrem, & non est in potestate patris, sed habet tutorem, tunc gaudet fori electione, *Georgius lib.1. de jurisd. cap.16.nu.9.Scial.de foro compet.cap.16.n.2. de Luca ad Franch. decis.61. num.6.ex l.licet C.ad legem falcidiam*, ut dixi *in cap. de foro pupill.*

Unde Clericus, qui habet patrem, sed non est in potestate patris, sed est in potestate tutoris, gaudet etiam electione fori.

C A P. XXXVI.

De privilegio fori respectu loci.

S U M M A R I U M.

Reus forum sortitur pluribus modis, sed forus originis præfertur foro domicilii in honoribus, & muneribus personalibus subeundis, num.1.

Forus domicilii præfertur foro originis in judicio, n.2.

Forus rei sitæ, & forus contractus contra præsentem potest procedere ad diffinitivam; sed contra absentem causative proceditur adversus ejus bona, num.3.

Forus rei sitæ habet locum, quando proceditur actionibus realibus, & non personalibus, & quid in rebus incorporalibus, & mobilibus, & quid in transitu? num.4.

Forus contractus, & quasi contractus ubi habet locum? num.5.

Forus contractus contra præsentem, ubi judicium est cœptum, durat contra absentem usque ad diffinitivam, sed ante judicium cœptum, quid agendum, & quid si fuerit renunciatum foro: num.6.

Forus contractus non habet locum, quando contrahitur cum advena statim de loco recessuro; secus cum mercatore, qui reponit merces in taberna, vel alio loco caussa commercii, vel agitur de his, quæ statim sunt expedienda, ut venditor equi, num.7.

Forus contractus est, ubi destinata est solutio, non ubi prolata sunt verba, & ubi fit negotium, non ubi confirmatur, & quid si sit destinata solutio in quolibet loco, vel in multis, num.8.

Forus destinatæ solutionis non habet locum contra absentem, cum aliis declarationibus, num.9.

1 Reus sortitur forum pluribus modis.

Primo, ratione originis. Secundo, ratione domicilii. Tertio, ratione rei sitæ. Quarto, ratione contractus. Quinto, ratione destinatæ solutionis. Sexto, ratione delicti.

Forus originis præfertur foro Domicilii in honoribus, & muneribus personalibus subeundis. *l.libertus 17.§.præscript.in fin. ff.ad municip.& de incolis Carleval.lib.1. tit.1.discept.1. num.10.* licet domiciliario possint etiam honores, & munera decerni. Sed in concursu præfertur forus originis, ut supra.

2 Forus autem Domicilii in judicio, ut quis conveniatur, præfertur foro originis. Idem *Carlev. ubi supra*, & si alibi convenitur, potest petere remissionem, & est concedenda, *pragm. 11. §.nos autem de ordine Judic. Gallup.p.2. cap.6. num.16.* Et ita in Regno, quicquid sit de jure communi, *ex Prag. 2. tit. ubi de Delicto, & Prag.3.num.2.& Prag.81. de Offic. S. R. C. §.6.Sanfel.dec.7.Capibl.lib.2.cap.49.*

In Foro Domicilii conveniri potest quivis reus, nō solum præsens, sed etiam absens, & potest procedi ad diffinitivam, & ex quutivam ejus. Sed in ceteris foris, ubi Reus sortitur forum alio modo, quam ratione Domicilii, solum procedi potest ad possessionem ex primo decreto bonorum, quæ possidet in Territorio Judicis ejus fori, nisi compareat se defensurus, *ut l. hæres absens §.1., & fin.ff.de Judic.Carleval.lib.1.tit. 1.disp.2.nu.13., & 14.*

3 Forus rei sitæ, & forus contractus pares sunt, & a pari judicantur, nam in his non potest procedi ad diffinitivam, nisi præsens sit Reus. Et contra absentem expeditur citatio cum hortatoria ad Judicem loci, ubi degit, & postquam constat esse citatum, mittitur actor in possessionem rei petitæ ex primo decreto; Et sic licet absens, non cogitur comparere in foro rei sitæ, vel contractus.

Tamen causativè compellitur, procedendo adversus ejus bona, mittendo actorem in eorum possessionē ex primo decreto tantum, & non ex secundo decreto, *Tex.in cap.romana §. contrahentes de foro comp.in 6.*

Hodie in Regno non practicatur missio ex primo, & secundo decreto, ut alibi diximus.

Si tamen Reus compareret contestata lite, poterit Iudex diffinitivam proferre, *Carleval. lib.1. tit.1. disp.1.qu.3. nu.149., & 150., & qu.4.num.220. & 221.*, & vide eundem in *num.287.*, ubi literæ hortatoriæ non dantur exequutioni semper.

4 Forus rei sitæ habet locum, quando proceditur actionibus realibus, & non personalibus, *Glos. in l.forma.§. si vero quis, v.levari ff. de censib, Ricc. coll.37. Carleval.lib.1. tit.1. qu.3.disp.2. nu.152., & qu.8. sect.2.nu.1054.*

Forus rei sitæ habet locum, ut ibi quis conveniatur, tam ob res corporales, quam incorporales; & respectu mobilium, & se moventium servatur, quod si res mobilis, de qua controvertitur, est permansura, reus potest conveniri apud Judicem loci, ubi inventa fuerit res mobilis, vel se movens, de quibus controvertitur.

Sed si non est mansura, nam est in transitu, & via ad alium locum, Reus potest petere remitti ad forum domicilii. Dum tamen satisdat judicio sisti in suo foro, quod si satisdare non possit, res sequestrabitur propter suspicionem de recessu, & transportatione, *Carleval.lib.1.tit.1.disp.2. qu.3.nu.146.& 153.*

5 Forus contractus habet locum, sive agatur actione personali, sive reali, & tam quoad principalem obligatum, quam quoad accessoria, damna, interesse & expensas. quæ cadunt secundario, & tam de contractu, quam distractu, rejecta opinione contrarium tenentium, *Glos.in Auth.ut omnes obed. Judicibus provinc.§.hæc considerantes, verbo hypotheca c.dilectio 17. de for. compet. Carlev. lib.1., tit.1. disp.2.qu.4.nu.164., & 165.*

Et etiam ex quasi contractu, ratione scilicet administrationis, tam publicæ, quam privatæ, tenet *d.Carleval. ibidem num.271.* rejecta opinione *Barbosæ*, & aliorum contrarium tenentium.

6 Fori contractus Judex potest procedere ad diffinitivam contra Reum absentem, quando cum præsente cœptum est judicium.

Sed si ante cœptum judicium est absens, non potest petere eum ad se remitti, aut decernere missionem in possessionem bonorum sitorum extra territorium. Et si reus nullibi bona habet, Iudex loci contractus non habet potestatem in personam contrahentis absentis. Adeo quod si expeditæ sint literæ ad faciendam missionem in possessionem, iis casibus, quibus decerni non potest, aut adhoc, ut reus ad locum contractus remittatur, decernendum est a Iudice requisito, earum exequutioni locum non esse, *Carlev.lib.1.tit.1.disp.4.qu.4.dict.n.217. ad 230.*

Verum si fuerit renunciatum proprio foro, & fuerit juratus forus prorogationis. Tunc potest peti remissio rei ad locum contractus, & procedi contra absentem, ita *Tusc.lit.F. concl.442.n.11.Covar.in prax. cap.10.*

cap.10. num.6. Carl.ubi supr.qu.8.sect.6.nu.1250.

7 Forus ratione contractus non habet locum, quando contrahitur cum Advena, & Viatore, & tanquam eo statim recessuro, de quo contractu, contrahens in loco contractus conveniri non potest, *Tex.in l.hæres absens §.proinde ff.de judic. Guid.Pap.singul.677.*

Verum si cum mercatore advena, qui in loco, ut solet in nundinis, eiusa commercii habet conductam tabernam, pergolam, armarium, horreum, vel simile, in quibus merces reponeret, tunc ratione contractus sortitur forum uterque contrahens.

Ita quoque quando agitur de his, quæ statim erant expedienda, ut emens equum, si ei non tradatur, poterit convenire venditorem, & e contra, *Carlev. ubi sup.lib.1.tit.1.disp.2.qu.4.n.238. cum sequenti.*

8 Forus contractus non est, ubi verba sunt prolata, sed in loco destinatæ solutionis: item ubi gestum est negotium, non ubi ratum habetur. Et ubi fit, non ubi confirmatur.

Et destinata solutione in quemlibet locum, nullo in specie expresso, potest conveniri ubicumque invenitur; sed non in loco; ubi fuerit advena, vel prænavigans, vel in loco non tuto, & peste infecto.

Et destinata solutione in multa loca alternativè, electio est actoris. Sed in multa loca copulativè, dividuntur summæ debitæ quantitatis pro rata.

Et destinatis duobus, vel tribus locis in specie, solutionis adjecta clausula generali, non censetur divisa solutio per partes. Verum non potest conveniri in distantioribus locis, quam sint expressi, *Carlev.lib.1.tit.1.disp.2.qu.4. num.252. & sequenti.*

Et si quis existens Romæ, vendat fundum, per Nuncium, vel Epistolam existenti Bononiæ, in Civitate Bononiæ sortitur forum, & non Romæ, *Carlev.ibidem num.261.*

9 Forus contractus, sive destinatæ solutionis, in tantum habet locum, in quantum reus ibidem reperiatur, nam absens non potest conveniri, nec remitti ad forum solutionis destinatæ.

Verum si reus se submisit Iudici loci destinatæ solutionis, cum renunciatione proprii fori, tunc dictus Iudex potest procedere contra absentem, & ad eum erit remittendus.

Et respectu conventionis quoad bona ex primo decreto tantum, potest indifferenter, & semper contra absentem procedi causativè tantum.

In aliis autem casibus, semper præsentia rei requiritur, rejecta opinione DD., docentium posse procedi contra absentem ad diffinitivam in illis duobus casibus V. G. cum quis promisit certo loco solvere, & ibi se præsentare. Secundo cum quis promisit solvere certo loco, & certa die, nam *Innoc.in c.si adversar.n.4.vers.sed hac ratione*, declaratur dixisse contrarium, & non relevantur dicti DD. contrarii, ex quo non intellexerunt *d.Innoc.* ita *Carlev.d. de jud.lib.1.tit.1.disp.2. qu.4.num.268.*

C A P. XXXVII.

De privilegio fori respectu causæ.

S U M M A R I U M.

Plures rei ejusdem causæ, diversos Judices habentes possunt coram uno Judice conveniri, si causa est individibilis, ne continentia dividatur, num.1.

Socius non privilegiatus gaudet privilegio socii privilegiati, num.2.

Pupillus, vel quilibet privilegiatus non potest privilegio renunciare in præjudicium socii, qui gaudet privilegio socii ratione connexitatis, num.3.

Clerici in caussis individuis non ligantur statutis laicorum, ita socii quoque ratione connexitatis eodem statuto non ligantur, num.4.

Decisio Motilli declaratur, num.5.

Sex casus sunt, in quibus militas non gaudent foro militari, num.6.

Censum redimens, depositum facit coram suo Judice, num.7.

Solutio si est destinata in aliquo loco, ibi depositum fieri debet, num.8.

Multæ sunt caussæ, quæ habent privilegium trahendi coram uno Iudice, & non trahuntur, quas narravi supra *Cap.6.* in hac secunda parte in genere. Sed in specie tractabimus in hoc *Cap.37.*, & in sequenti *Cap.38.* de aliquibus ex dictis caussis.

1 Et primo sciendum est, quod plures rei ejusdem caussæ, qui sunt diversis jurisdictionibus subjecti, diversosque Iudices immediatos habent, benè possunt propter eamdem, & individibilem caussam, coram uno eodemque Judice ipsorum omnium mediato superiori conveniri, ne caussæ continentia dividatur; *Tex.in l.nulli C.de judiciis c.2.de causa possessionis Capyc.dec.121. Novar.qu.forens.11.nu.15. Motill.de grad.citat.num.78.*

2 Et quando plures sunt conventi, inter quos sit unus privilegiatus, scil.Clericus, vel Minor, remittuntur ad Judicem privilegiati, si caussa sit individua; nam socius non privilegiatus gaudet privilegio socii privilegiati, ut concludit *Novar. ubi supra*, & testatur *Afflict.& Addentes dec.213. Capyc.dec.173.& Capyc.Iatro consule.51. Pervet.caut.10. Capibl.prag.8. par.1.n.335.per Tex.in l.1.C.si in commun.ead.caus.in int.best.r. Tesaur.dec.173.n.2.Motill.de grad.citat.n.79.* decisum refert in M.C.V.anno 1659.decretum assistentiæ esse executioni demandandum super bonis rubricatis, præterquam super domo, quæ in communi possidebatur cum fratre Clerico, & commodam non patiebatur divisionem.

3 Pupilli, sivè aliæ personæ privilegiatæ in causa individua cum personis non privilegiatis, adeo communicant eorum privilegia dictis locis non privilegiatis, ut ipsi pupilli non possunt eorum privilegio renunciare in præjudicium socii, qui gaudet privilegio sociorum, ratione connexitatis, ita decisum *de Franch.* refert *dec.269. Rvin.cons.76. lib.4. Covar. lib.4.qu.7. Novar.qu.forens.11.n.5. tom.1.& qu.155.* ubi, quod

4 Clerici non ligantur statutis Laicorum in causis individuis. Et sicuti Clerici sunt a statutis liberati, ita quoque ratione connexitatis.

5 Hic advertendum puto circa decisionem relatam a *Motillo de grad.citat.num.38.* in assistentia petita super bonis Aureliæ Pagano uxoris Antonii Scarpetimillsis, qui petiit remitti causam Auditori Exercitus, vigore *Tex.in l.hæres absens ff.de Judiciis, & per Tex.in l.2.& leg.cum quadam puella Cod. de Jurisd.omn. judic.* fuit dicta remissio denegata per S.C. ne continentia causæ dividatur.

Cave a *Motillo*, nam dicta remissio fuit denegata militi per dispositionem *Pragm.20. de milit. §.que en las causas*, in qua statuitur, quod milites in concursu creditorum, in causis feudalibus, vel fideicommissi, vel assistentiæ, vel cessionis bonorum, vel quæ pendente tempore assensus, non gaudent foro.

6 In his sex causis milites subjacent Judici ordinario, ut ego dixi *in prax. Universit. ad Cervellin. annotat. 10.cap.9.fol.62.*

7 Censum redimere volens vigore pacti de retrovendendo, potest pro dicta redemptione depositum facere coram suo Judice, nec cogitur adire Judicem Creditoris, ut firmat *Jo: Bapt. Lupus in tract. de usuris tom.2 nu.12. Felic.de censibus lib.4.n.3.Abbas in cap.*

si quis contra Cleric. num. 6. de foro compet., *Alex. cons. 103. lib. 5. Capyc. dec. 18. nu. 2. Intrigliol. de confib. par. 3. cap. 1. qu. 3. art. 9. nu. 5. fol. 229.*, quos citat, & sequitur *Manson. de causa executiva num. 43.*

8 Et in omni deposito firmat *Novar. par. 2. qu. forens. 91.* & quoties solutio esset destinata in aliquo loco, ibi depositum est faciendum, & tunc non attenditur forus debitoris, nec Creditoris, ut *Novar. ibid. nu 6.* Etiamsi tacitè, vel post contractum sit destinatus locus solutionis, & vide *de Marin. resol. 59. lib. 1. Novar. qu. 79. & 88.*

C A P. XXXVIII.

De Casibus, in quibus non potest declinari forus.

S U M M A R I U M.

Contumax etiam purgata contumacia non declinat forum; secus si contumax est persona miserabilis, num. 1.

Privilegium superveniens post litem coeptam non habet locum in allegando declinatoriam, vel incompetentiam; limitatur dicta regula in Clerico, qui declinat, etiam si post litem fiat hæres personæ laicæ, num. 2.

Renunciatio declinatoriæ, quando expressè fieri non potest, nec per contumaciam intelligitur facta, & conciliantur Authores repugnantes, num. 3.

Clericus licet contumax coram laico potest quandocumque opponere exceptionem incompetentiæ, etiam post sententiam, qua opposita impeditur executio; & eo remisso ad forum ecclesiasticum pœna contumaciæ coram laico contracta exigi non potest, & si est exacta, repetitur, num. 4.

De Marin. lib. 1. resol. 109. *quomodo sit intelligendus*, n. 5.

Judicium ibi finem habere debet, ubi sumpsit initium, adeo quod si moriatur miles, vel militiam deposuerit, apud Judicem militarem Judicium coeptum, ibi finiri debet; Et e contra; coeptum apud Judicem Paganum ante militiam, non remittitur ad Judicem militarem post militiam, sed executio sententiæ pertinet ad Judicem militarem, num. 6.

Reus criminis capitalis apud Judicem secularem, si postea fiat Clericus, vel Monachus, perficitur Judicium usque ad sententiam apud secularem, qui si habet in fortiis suæ Curiæ Reum, potest exequi sententiam, alias si non habet in fortiis, exequitur quoad bona, non quoad personam, num. 7.

Miserabilitas si superveniat post Judicium coeptum coram ordinario, vel exemptivo fori, privilegio uti non potest, cum conciliatione contrariorum, & declaratione, num. 8.

Instantia perempta an Privilegiatus remittatur, si instantia restauretur? num. 9.

In civilibus ante contestationem si supervenit Privilegium fori, Reus utitur suo foro, secus post contestationem, num. 10.

Vidua quæ non juravit perhorrescentiam, si transit ad matrimonium, non potest amplius jurare, & foro viduæ amplius non gaudet, num. 11.

Judicium coeptum cum defuncto prosequitur cum hærede privilegiato, etiamsi sit fiscus, vel Clericus, etiam Neapolitanus, qui post litem coeptam, consequitur civilitatem. Verum si fuerit declaratum nullum Judicium, vel perempta instantia, non prosequitur judicium, ubi est coeptum, num. 12.

Judicium coeptum, quando per partes fuerit renunciatum liti, vel concordatum, non prosequitur, sed inchoatur novus processus coram Judice competenti, num. 13.

Privilegium superveniens alteri post coeptum Judicium facit, ut possit eligere, & variare forum; quod secus est in Reo, num. 14.

Privilegium fori pendente judicio superveniens Reo contra factum voluntarium, ut in Clerico, tunc Clericus utitur foro suo, num. 15.

Hæres præsens in eodem foro conveniri debet, ubi defunctus præsens debebat conveniri, & ibi Hæres absens, ubi defunctus absens, nu. 16.

Privilegiatus contra privilegiatum suo privilegio uti non potest, nam conquassatis privilegiis inter Actorem, & Reum, Actor forum rei sequitur; quæ conclusio habet locum, ubi privilegia essent æqualia, secus quando unus esset magis privilegiatus, quia tunc trahet minus Privilegiatum, num. 17.

Privilegiatus petere potest primum; & secundum beneficium contra regulam, quod privilegia privilegiis conquassantur, num. 18.

Electio, & variatio fori a M.C. ad S.C. non admittitur, & assignatur ratio, rejectis contrarium dicentibus, num. 19.

Electio, & variatio fori in causis, in quibus designatus est specialis Judex, non admittitur, ideo in causis fiscalibus sola Regia Camera procedit, & in causis feudalibus procedit S.C., & in quibus est interesse fisci procedit Reg. Cam., num. 20.

Causa Baronum olim spectabant ad pares, quod recessit ab Aula, & hodie procedit M.C. & Sacrum Consilium, num. 21.

Administratio ubi gesta est, sive publica, sive privata administratio sit, ibi agitur, nec habet locum privilegium electionis fori, num. 22.

In causis damni cognitio spectat ad Curiam Bajulorum privative, ideo miserabilis non potest declinare forum; item in causis minimis; neque in pacto exequutivo, neque in judicio hypothecariæ, vel assistentia contra plures, inter quos aliquis est privilegiatus, cum declaratione, num. 23.

Procurator non potest declinare ex propria persona, sed sequi debet forum principalis, num. 24.

Vidua quæ virum interfecit, non gaudet privilegio electionis fori, num. 25.

Vidua donec manserit in domicilio viri, censetur de foro viri, sed reversa in Patriam suam, recuperat privilegium suæ originis, num. 26.

Vidua si succedit defuncto post litem coeptam cum defuncto non gaudet fori electione, & item in omni alio privilegiato, num. 27.

Falsum deponens fori privilegio non gaudet, num. 28.

1 Declinatoria fori opponi non potest in pluribus casibus.

Primo in contumace, qui etiam purgata contumacia non potest forum declinare, licet possit alias exceptiones opponere, etiam ubi sola prima contumacia fuerit accusata, *Morill. de grad. citat. num. 30.*

Exceptis miserabilibus personis, quæ contumacia non obstante declinant, *Morill. ibid. ubi supra nu. 77.*

Et de minore diximus *in cap. de minor.*

2 Secundo, si declinatoria superveniat, lite jam coepta, quod etiam locum habet in Judicis incompetentia, excepto Clerico, qui potest declinare, etiam si fuisset hæres personæ laicæ, *Morill. de grad. cit. n. 72. Caravit. rit. 234. num. 5.*

3 Contumax enim regulariter amittit fori declinatoriam, ex eo quod per contumaciam videtur tacitè renunciare exceptioni fori declinatoriæ.

Sed fallit dicta regula in eo, qui expressè non potest renunciare declinatoriæ, quia tanto minus tacita renunciatio valebit, ut sunt personæ miserabiles, in quibus tacita renunciatio proveniens ex contumacia non operatur id, quod nec operari posset expressa, & sic contumacia non obstante gaudent electione fori, ita *Carleval. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 7. nu. 600.* ubi allegat *text. in l. de die 8. §. plane ff. qui satisdare cogantur*, *Afflict. dec. 173. Franch. decis.*

cis.417. Ric.in addit.ibi; Giurba consil.95.num.2.de Luca ad Franch.ubi sup.num.4.in fine.

Et licet *Rovit.* referat denegatam fuisse remissionem causæ ad instantiam pupilli contumacis; & vult etiam *Novar. in prax.elect. for. sect.2.qu.9.*

Tamen *dictus Carleval.* confutat *Novar.* ut advertit etiam *de Luca ubi supra.*

Qui *Rovit.* est relatus a *Domino Petra in rit. 231. num.8.*

Possunt conciliari dicti Authores juxta tradita per *Motill.in grad.citat.num.72.* ubi concludit, pupillum, vel minorem non obstante contumacia gaudere declinatoria, & sic approbatur opinio *Carlev. per Text. in l.contra pupillum 54. & l. contumacia 53. ff.de re judicata.*

Limitat vero dictam conclusionem, ubi pupillus ex contractu, vel quasi contractu defuncti dependente ab officio tutelæ, aut alterius administrationis factæ ab ipso defuncto, aut in judicio cœpto cum defuncto conveniatur; quia tunc proprio privilegio uti non potest, ex *rit.234.* juxta quem *rit.* fuit denegata declinatoria pupillo apud *Franch. decis. 364. num.7.* Et ita intelligendi sunt *Rovit. Novar.* & sequaces, & non aliter, quia miserabiles non possunt renunciare foro, ut contra *Novar.in tract. de elect. for. sect. 3. qu.7.* ubi renunciare posse tenet, contrarium defenditur a *Carleval. ubi supra num. 528.* quem sequitur, & citat *Motill.in grad.citat.num.77.*

Sed re vera hæc conciliatio non placet, quia dicta limitatio non solum procedit in contumace, sed etiam ubi non adest contumacia, ut latius infra *num....* cum diversi sint termini.

Hinc tuta mihi non videtur illa decisio relata per *Motil.de grad.cit.*

Ad Cap.27.de for.Cler.

4 Clericus quoque contumax coram laico, potest quandocumque opponere exceptionem declinatoriæ, seu rectius exceptionem incompetentiæ ante, & post litem contestatam, & post conclusum, etiam post sententiam, imo post tres sententias conformes, qua opposita impeditur exequutio, ut late *de Marin.lib.1.resol.109.num.2.*

5 Et remissus ad Ecclesiasticum Judicem, pœna contumaciæ contracta coram laico non debetur.

Imo si dicta pœna sit exacta, & fisco incorporata, stat im quod docetur de Clericatu, repetit solutum a fisco, rejecta opinione *Viv.in decis.138.num. 8.* contrarium dicentis; ita *Segal. de prax. for.judic. cap.2.num.25.Sanfel.decis.277.Gramm.vot.27. Danza de pugna DD.tom.1.tit.de contumace cap.2.*

6 Secunda regula, ubi opponi non poterit declinatoria, est, quando declinatoria superveniat, lite jam cœpta, quod etiam locum habet in incompetentia Judicis.

Judicium enim ibi finem habere debet, ubi sumpsit initium, *l. ubi acceptum 30. ff. de judic.* adeo quod judicium cœptum apud militares, etiam si moriatur miles, vel militiam deposuerit, tamen apud eosdem Judices finiri debet, *l.cum quædam puella 19. in fin. princ. ff.de jurisdict.omn.Judic. l. nullus 4. C. de veteran.milit.lib.12.Carleval.lib.1.disp.2. q.6. sect.4.num. 470.* & e contra:

Judicium cœptum apud Judicem Paganum, antequam efficiatur miles, quoad cœptam litem miles pervenius non potest se uteri privilegio fori, *l.si quis postquam ff.de judic.* & ibi DD. *Carleval. ubi sup. num. 373.* & hoc habet locum etiam in criminalibus, ubi non impeditur apud Judicem cœptum prosequi, & non remittitur ad Judicem militarem, verum prolata diffinitiva sententia; exequutio ejus pertinet ad Judicem militarem; & ita concludit, rejectis contrariis, *Carleval.lib.2.tit.1.disp.2. qu.6. sect.4.nu.476.*

7 Judicio cœpto apud secularem de crimine capitali contra Reum, qui postea Clericus, vel Monacus efficitur, potest Judex secularis judicium cœptum perficere, & sententiam pronunciare, & pronunciatam exequutioni mandare quoad bona tantum, seu civiliter, non quoad personam, seu criminaliter, nam Judex remanet causæ tantum, non personæ, ita post multa discussa *Carleval.lib.1.tit.1.disp.2.qu. 6.sect.3. num.448.* quicquid alii aliter dixerint. Hoc tamen intellige, quando reus non est in vinculis.

8 Judicio cœpto coram Ordinario, si miserabilitas superveniat, vel quodvis privilegium fori, aut exemptio, non potest miserabilis uti privilegio fori circa causam cœptam, quia præventa est juridictio, *Franch.dec.544.num.3.Pont.de potest.Prorog. tit.7 §. 2.num.12. Capiblanc. de Baron. prag.8 p.1.num.317. Muscatel. p.2.glos. compet. num.45. Novar.in prax. sect.2.qu.13.num.5.Carleval.ubi sup. t.6. sect.7. num. 635.& 637.& seq.* ubi refellit *Novar.qu.13.sect.2.nu. 1.& Ricc. collect.2155.Capiblanc.pragm.8. p.1.num. 318.* & alios tenentes, quod privilegium superveniens casu, aut motu proprio Principis concessum, dummodo non, interveniat factum, aut postulatio privilegiati, eximit eum etiam quoad litem cœptam; & pluribus rationibus respondet dictus contrarius ex *nu.641.per tex. in l.si quis postea ff.de iudic.*

Qui tamen diversimode limitatur. Primo, quod procedat in reo, non in actore, *in fin.lib.* verbis, ibi: *quasi præventus*. Secundo, ut locum habeat in privilegio superveniente post litem contestatam. Tertio, ut procedat in privilegio concesso a Principe ad postulationem partis; quas limitationes adducit *Merlin.cent.2.contr.8.num 6.& seq.de Luca ad Franch. obs.544. num.2.* qui *de Luca num.4.* tenet, quod si mulieri moriatur vir, & impuberi pater, & sic de singulis, ubicumque privilegium concessum motu proprio Principis supervenit absque suo facto, tunc extenditur ad litem pendentem, ex *d.l.cum quadam puella ff.de jurisd. omn.jud.ex Bal. dec.70.Lancellot. de attentat. limit.20. num.21.Aufrer.dec.157 Novar.de elect. sect.4. qu.13. Merlin.ubi sup. num.8.* & ita tenet *de Luca*, quicquid in contrarium dixerit *Merend. Formosin.Carlev.* & alii.

9 Sed instantia perempta, privilegium, quod supervenit privilegiato post litem cœptam, reassumit vires; & tunc privilegiatus est remittendus foro privilegiati, etiam si dicta instantia fuerit restaurata per insufflationem spiritus, quod est notatu dignum. Et ratio est, quia insufflatio non parit hunc effectum in præjudicium tertii, cui interim ex prædicta peremptione fuit jus acquisitum. ita *Carleval. lib.1.tit.1.disp.2.qu.6. sect.7.num.646.*

Et licet *Fulgosius in l.cum quadam puella 19.nu. 7.* teneat contrarium, tamen *d.Carleval.* pluribus rationibus refellit; contra *Fulgos.* tenet etiam *Angel.in d.l.puella.*

Et ubi miserabilitas cessat pendente judicio, ut quia vidua maritatur, vel pupillus sit major, debet judicium prosequi coram eodem Judice, *Carlev. lib. 1.tit.1.disput.2.qu.7.sect.3.nu.907. Capibl.de Baron. prag.8.p.1.nu.317.* quia præventa est jurisdictio, & ita sustinet etiam *D.Petra rit.233.num.25.* & indistincte hanc opinionem amplectitur *de Luca ad Franch. obs.257.* rejecta distinctione *Reg. de Marin.* qui *lib.2. resol. 243.* distinguit, quando in criminalibus remanet Fiscus persona legitima.

10 At in civilibus si ante contestationem mutatur status, electio fori non substinetur, sed si post contestationem, tunc dicitur præventa jurisdictio Judicis electi, & amplius non redit ad forum rei.

11 Alia distinctio traditur a *Franch. d.decis.257.* ubi fuit decisum, quod causa remittatur Baroni, ex quo vidua non juravit perhorrescere, & sine juramento non admittitur variatio. Quod juramentum non

L a am-

amplius potest præstari, nam post sequutum matrimonium non est vidua, ideo requiritur juramentum, tempore, quo erat in miserabilitate. Quod nota, ut sis cautus pro tuo cliente.

12 Judicium cœptum cum defuncto, prosequitur cum hærede privilegiato, & etiam si sit Fiscus, vel Clericus tenetur coram judice defuncti prosequi, eorum privilegiis non obstantibus, *Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 5. n. 321. ex text. in l. hæres absens ff. de judic.*

Etiam Neapolitanus si lite cœpta, & pendente consequitur civilitatem, ut non possit post cœptum judicium trahere, *Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 6. sect. 8. ex num. 1. & num. 9.*

Et sic concluditur de omni privilegiato, ut sive privilegium, sive miserabilitas superveniat post litem cœptam, non admittitur variatio fori, *Motil. de grad. citat. in appendice num. 246.*

Verum si fuerit nullum judicium, vel perimatur instantia, quia judicium de novo est inchoandum, eo casu Clericus hæres laici non tenebitur prosequi coram laico, sed remittendus est ad suum judicem Ecclesiasticum, etiam si per insufflationem spiritus vitæ instantia restauretur, *Anna sing. 129. Marta de jurisd. p. 4. casu 142. Rovit. in rubr. pragm. unic. de instantia cassa non restituenda num. 13. 14. & 15. Paschal. de patria potestate par. 1. cap. 8. num. 218. Gallup. part. 2. cap. 17. num. 20. Ursil. decis. 331. Minadois decis. 5. Carleval. qu. 7. sect. 3. num. 942.*

13 Ita etiam quando per partes fuerit renunciatum liti, vel concordatum, quia tunc dicitur denuo inchoari novus processus coram judice competenti, & lis primo cœpta periit actu, *Crass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 318. Asinius in prax. executiva §. 1. cap. 15. num. 12. Carpan. super statut. Mediolan. cap. 21. nu. 8. p. 2. Bal. dec. 441. Novar. qu. for. 116.*

14 Ita etiam, cum talis miserabilis non esset reus, sed actor, ex ponderatione facta per *Merlin. contr.* 81. *n.* 6. ex illis verbis d. *legis*, ibi: *Quasi præventus; & sic non denegatur actori, sed denegatur tantum reo, cui supervenit privilegium, vel miserabilitas post cœptum judicium, Motil. de grad. citat. in appendice num. 247.*

15 Et ita etiam quando privilegium fori pendente judicio superveniret reo citra suum factum voluntarium, prout in Clerico, tunc etiam variatio Clerici admittitur, secundum *Merlin. ubi sup. & D. Rodoer. ad Reg. de Marin. resol. 54. num. 8.*

16 Tertia regula, ubi opponi non poterit declinatoria, est, quando hæres nomine hereditario convenitur, ut hæres, tunc in eodem loco, & foro conveniri debet, ubi defunctus absens potuit conveniri, ibi & hæres absens, *l. hæres absens ff. de judic.*

Et ubi defunctus non nisi præsens, hæres non nisi præsens convenitur.

17 Electio fori inter ambas partes privilegiatas non datur, nam conquassatis privilegiis inter actorem, & reum, reditur ad jus commune, ut actor forum Rei sequatur, & privilegiatus suo privilegio uti non potest; ut *rit. 228. & 231. & Carav. rit. 161. & Riccius collect. 1. de Marin. lib. 2. resol. 47. num. 13. ad tex. in l. sed & militer ff. de excus. tutor. & in l. verum §. item quæritur ff. de minor. & in §. sed & hoc auth. de Sanctiss. Episcop. Franch. decis. 188. & 553. Motil. de grad. citat. num. 9.*

Intellige supradictam conclusionem, quando privilegia essent æqualia; sic enim loquuntur jura, & in terminis nostris *Rit. M.C.V. 231. Andr. & Afflict. in Const. statuimus de Franch. dec. 188.*

Quod contingit, quando pupillus vellet variare, vel agere contra alium pupillum, vel viduam, nam cum eorum privilegium sit pariter de juri communi ex *ead. l. unic. C. quando Imperator*, cessat privilegium, & actor forum rei sequi cogitur.

At quando privilegia non sunt æqualia, quia unus est magis privilegiatus, quam alter, tunc maior privilegiatus trahit minus privilegiatum; ita decisum refert *Affl. dec. 56. Ursil. dec. 161. Sanf. dec. 356. de Luc. ad Franchis obser. 188. & 553. Petr. rit. 23. nu. 9.* idem *Petr. ad Capyc. dec. 160. num. 2. de Marin. lib. 2. resolut. 47. num. 14.* qui *num. 19.* refellit *Caravit. in rit. 229. num. 3.* dicentem contrarium, & declarat *Afflict. in const. statuimus num. 19.* dicentem, quod magis miserabilis non trahit minus miserabilem, cum ratio majoris miserabilitatis in fori electione, nullius ponderis esse possit, secus in magis privilegiato, ut idem *Affl.* decisum refert *dec. 58.* quem supra retulimus, unde unus privilegiatus potest uti privilegio, si agat ex jure proprio adversus alium ex jure cesso, ut *Luc. in d. observ. 533. num. 3. in fin. ex Velasc. qu. 52. nu. 60. Marches. de commis. p. 2. de commiss. avocat. q. 3. num.* 78. Et Curialis potest uti privilegio fori contra privilegiatum, ut *ritu 228. & Caravit. ibid. Novar. sect. 2. qu. 21. nu. 10. Carlev. ubi supra num. 634.*

18 Hæc regula conquassationis privilegiorum non habet locum, quando unus privilegiatus petit primum, vel secundum beneficium ob probationes non factas, quia licet alter sit etiam privilegiatus, beneficia prædicta conceduntur, ita *de Luc. ad Franch. observ. 563. Fontanel. claus. 4. glos. 12. num. 112.*

19 Electio fori, sive variatio a M.C.V. ad S.R.C. Neap. non admittitur, quia in dicta M. C. non præsumitur metus, *Affl. dec. 30. num. 3.* per *Tex. in l. 1. C. de his, qui propter metum Judic. non appell. Rovit. cons. 88. num. 4.* & decisum refert in Collaterali Consilio *Merlin. contr. 100. lib. 2. nu. 3.* ut rejecto *Molfes. Novario, & Scialoja de for. comp. c. 16. num. 89.* concludit *Motil. de grad. cit. num. 292.* ex traditis per *Dom. Cons. Altimar. ad Rov. cons. 88. num. 47.*

20 Electio, sive variatio fori non admittitur in caussis, in quibus designatus est specialis Judex avocata earum cognitione ab aliis, ut docuit *Bald. in l. cum eorum Cod. de sentent. & interlocut. omnium Jud. Marian. Soccin. in c. significasti num. 30. vers. 3. quæritur de foro comp. & Novarius in prax. sect. 2. qu. 43. Carlev. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 6. sect. 7. nu. 649. Scialoja de foro compet. cap. 16. num. 82. Novar. tom. 1. sect. 4. qu. 64.*

Privilegio fori non gaudent miserabilés in caussis fiscalibus, ubi competens Judex est Regia Camera, sive agatur, sive conveniatur a Fisco, & ita quoque

In causis feudalibus, quarum cognitio hodie spectat ad S.C. solum, juxta *pragm. 3. de off. S.R.C.* & ad Reg. Cam. Summariæ in quibusdam casibus, & proprie ubi habet interesse Fiscus, ut in *pragm. 62. cap. 10. & 13. de offic. proc. Cæsar. & Rov. super dictis pragmaticis.*

21 Et in caussis Baronum, quarum cognitio antiquitus spectabat ad pares, hodie, ex quo judicium parium recessit ab Aula, & ex consuetudine M.C.V. & Sac. Cons. cognoscit de his omnibus causis Baronum, & curialium, ut *Dom. Tadia Senatus Supremi dec. 24. num.* 8. ideo ibidem privilegiati trahuntur. Et similiter eodem fundamento

22 In caussis, ubi agitur de reddendis rationibus, miserabiles non gaudent privilegio electionis fori, nam ibi sunt reddendæ, ubi administratio gesta est, *l. 1. & 2. C. ubi de ratiociniis agi oportet*, & communiter *DD. in l. hæres absens 19. §. si quis tutela ff. de Judic.* Et sive de publica, sive de privata administratione agatur, ut omnia *Carleval. ubi sup. Motill. in prax. civil. de grad. cit. num. 189.* Et quod

23 In caussis damni dati, quarum cognitio ad Bajularem Curiam spectat privative quoad Curiam Capitanei, ut diximus *in tit. de caussis damni dati*, miserabiles non possunt declinare forum bajularem, sed tenentur coram bajulo litigare.

Item

Item in caussis minimis non admittitur declinatoria, *Scialoja de for.comp.cap.16. num.72.*

Fori declinatoria locum non habet, cum agitur de pacto executivo, *Capyc.latro dec.59. nu.33. Motil.de prad.cit.num.78.in fin.*

Et licet *Scial.* dicat hoc procedere, modo in instrumento adsit pactum, ut possit conveniri in omni Curiâ, seu foro, tamen etiam non existente dicto pacto non esse locum remissioni decisum refert anno 1669. *D.Cons.Altim.rub.2.qu.38.de null.nu.97.*

Neque cum agatur judicio hypothecariæ, vel assistentiæ, & inter conventos adsit aliquis privilegiatus, ne continentiæ causæ dividatur, *Motil.ubi sup.ex Capyc.dec.122.*

Et semper intelligas de declinatoria in suo vero, & stricto significatu, quæ differt ab incompetentia Judicis, nam incompetentia habet semper locum, ut si Clericus est citatus a Judice laico; vel Neapolitanus citatus in aliis Curiis Regni: quo casu obstaret exceptio incompetentiæ Judicis, quæ differt a declinatoria.

24 Procuratori non competit declinatoria fori volenti declinare ex sua propria persona; nam sequi debet forum sui principalis, *l. sed hæ 35. §. non solum de Procurat.*

25 Vidua, quæ virum interfecit, non gaudet privilegio electionis fori, *Covar. pract. qu. cap.6.num.3. Ric.dec.41.& part.3.dec.163. Rap.in const. statuimus num.19. Paschal.de patr. pot.lib.2.cap.2.num.90. Capiblanc.pragm 8. part.1.num.131. Scaccia de appellat.qu.7.num.131. Novar.in d.prax. sect.1. qu.7. nu. 113. Carlev.ubi sup.num.556.& 617.*

26 Vidua donec manserit in domicilio viri adhuc censetur de foro viri, & domicilio ejusdem, sed reversa in patriam suam recuperat domicilium antiquum, & privilegium suæ originis.

27 Vidua non potest uti privilegio Viduarum, quoad fori electionem, quando succedit defuncto, cum quo lis erat cœpta, sed tenetur prosequi, ubi est cœptum judicium, juxta tradita a *DD. in leg. quas actiones C.de Sacros.Ecclesiis, Carlev.lib.1.tom.1.dub. 2.qu.6. sect.7.num.636.*

Et de omni alio privilegiato, cui privilegium, sive miserabilitas supervenit post litem cœptam, concludit, quod non admittitur, ut supra late dixi *num.* 6.

28 Falsum deponens fori privilegio non gaudet, sed punitur a Judice, apud quem falsum deposuit, & cujus aures, & dignitatem offendit, per *Tex.in l.nullum 14.C.de Testibus, Ayala de Jure belli lib.3.cap.8. num.5. Cabal.casu 294.num.258. Carlev.lib.1.tit.1.disput.2.qu.6. sect.4.num.478.*

C A P. XXXIX.

De Exceptione contra Minorem.

S U M M A R I U M.

Minor mortuo Patre nequit esse in judicio, sed quilibet de Populo etiam Mulier poterit pro eo esse, & assignatur ratio, num.1.

Minori datur Curator ad litem, quando non habet Patrem, nec Tutorem, vel Curatorem, vel habet inutilem, vel non exhibet solemnia, etiamsi est Clericus litigans coram laico, num.2.

Clerico Curatorem ad litem dat Judex laicus, coram quo litigat, num.3.

Clerici minoris ætas durat usque ad vigesimum quintum annum, num.4.

Mulieris minoris maritatæ vir poterit esse Curator, num.5.

Minor litigans cum ipso Tutore potest petere Curatorem, num.6.

Actor ante omnia debet petere, ut provideatur de Curatore ad litem minor a se conventus, & qua Praxi utimur ad dandum Curatorem ad litem infanti, vel proximo infantia, & ultra, num.7.

Minor quando habet tutorem, vel curatorem, datur praxis citandi, vel quando non habet, vel habet sine sollemnibus, vel habet absentem, datur praxis procedendi, num.8.

Minor si nominat curatorem, nominatus, vel a Judice ex officio electus compellitur ad dictum onus, aliter annullatur processus, cum limitationibus, num.9.

Minor sive conveniatur, sive sit actor, semper invitus cogitur ab Adversario ad petendum curatorem, num.10.

Minoris curator ad litem non tenetur conficere inventarium, sed tenetur cautionem dare, num.11.

Minor uti hæres si est infans, tunc poterit tutor tantum comparere cum præambulo, & sollemnibus, & liquidare instrumentum contra debitorem, sed instante parte infans asportari debet in Curia, num.12.

Major infantia debet comparere una cum tutore cum præambulo, & sollemnibus ad liquidandum instrumentum contra debitorem; imo in omni judicio, etiam in contractibus debet intervenire ipse minor cum Curatore, num.13.

Tutor agit, & contrahit solus, quoties pupillus est infans, num.14.

Minor super tenore instrumenti liquidi citatus, quia reperitur ipse obligatus cum tutore, vel curatore, allegando minorem ætatem non impedit; Secus si obligatus non fuerit simul cum tutore, & curatore, nu.15.

Pupillus, qui non defenditur a tutore, qui adimplevit solemnia, vel a curatore ad litem, qui non comparuit in principio, nec in principio, nec in medio, nec in fine litis, potest annullare acta, & sententiam, & assignatur ratio, num.16.

Minor juvatur beneficio restitutionis in integrum, si ex negligentia tutoris non fuit proposita defensio, num.17.

Minor ætas quandocumque, & in qualibet parte judicii opponi potest, & assignatur ratio, num.18.

Exceptio falsi tutoris expellit ab agendo, & acta sunt retro nulla, num.19.

Tutor post completam ætatem minoris, & tutelam finitam, an possit agere; cum distinctione tamen, num.20.

Praxis sanandi processum nullum, cum minore, cum Ecclesia, vel quovis alio, num.21.

Ratio dicta praxis sanandi processum nullum, num.22.

Nullitas judicii, vel contractus contra minorem, vel contra Ecclesiam ab adversario, vel ab alio tertio allegari non potest, num.23.

1 Minores adulti, sive pupilli, mortuo patre nequeunt esse in judicio, sed pro eis poterit esse quilibet de Populo etiam mulier, quæ ex sui persona nullum habet interesse, & est specialis favor pupillorum, *Bar.in l.2.num.6.C.de negot. gest. Gia.dec. 41.num.13.* penes *Gallup p.1.c.5.num.67.*

Nam actio quando est pupillaris, quilibet de populo in ea potest esse actor, ut est circa educationem pupillorum, *DD.in l.1.C.ubi pupillus educari debet, Gallup.p.1.cap.5.num.6.*

2 Minori datur curator ad litem, quando non habet patrem, nec habet tutorem, vel curatorem, vel habet inutilem, & absentem, quod idem est, ac non habere, *Gallupp.par.1.cap.6.num.43.* ex *l.tutor ff.de tutor.& curat.dat.*

Item si habeat, & non exhibeat solemnia, *Gallup. ubi sup.ex Affl.dec.256.a num.3. Grat.dec.75. nu.1. Visc.concl.Jurium verbo Curator.*

Ampliatur etiam in Clerico litigante coram laico, cujus minoritas durat usque ad 25.annum, ut inferius dicam.

3 Item

3 Item Judex laicus dat curatorem Clerico ad litem coram se agitandam, *Gallup. ubi sup. ex Pequer. prax. ord. judic. rubrica 3. num. 5. Viscont. concl. Jurium, verbo Clericus minor.*

4 Et minor ætas Clerici durat usque ad vigesimum quintum annum juxta jus commune, nam jus Regni non habet locum, nisi in minoribus laicis; quo attento, minor ætas durat usque ad annum 18.

5 Ampliatur etiam in muliere minore maritata, de qua ipse vir poterit esse Curator, *Gallupp. p. 1. cap. 6. num. 45.*

6 Amplia etiam in minore habente tutorem, quando velit cum ipso tutore litigare, si ipsemet pupillus petat. *l. non habet §. pupillus ff. de tutel. Gallup. ubi sup.*

7 Minor conventus, quando non habet curatorem, vel tutorem, cum quo legitime procedi possit; tunc actor ante omnia debet petere, ut provideatur de curatore ad litem. Et duplici praxi Judex uti potest. Prima, mandat minori, ut sibi eligat curatorem, qui si non eligit, compellitur captis pignoribus, aliisque juris remediis, usque quo cum effectu sibi provideat de curatore ad litem, *Grat. dec. march. 75. nu. 8. Maresc. Variar. res. cap. 145. lib. 2.* penes *Gallup. p. 1. cap. 7. num. 47.*

Secunda praxis erit; ut fiat monitio, quod minor compareat ad petendum curatorem intra brevem terminum, quo elapso in contumaciam datur a Judice curator ipsi minori invito; *Gallup. ubi sup. ex Afflict. & Ursil. dec. 156. & 261. Gloss. in §. 1. inst. de curator. Mastril. dec. 54. num. 1. Novar. consf. 17. ex tex. in l. 1. C. quo petuntur tutores.*

Sed vera practica erit illa, quam tradit *Muscatel. in gloss. intimato p. 2. num. 405.*

Ut quando est infans, vel infantiæ proximus, scilicet minor annis decem cum dimidio, si est masculus, & novem annis cum dimidio, si est est fœmina; Tunc nullo modo potest citari, sed debet citari ejus tutor, qui debet cogi ad exhibenda sollemnia.

Sed quando masculus minor decem annis, & fœmina minor novem annis cum dimidio tutorem non habet, vel licet habeat, tamen dictus tutor non exhibet sollemnia; nam paria sunt tutorem non habebere, vel habere sine sollemnibus, licet tutor conventus non tenetur exhibere; sed sat est, si dicat ubi sunt sollemnia, ut diximus.

Quo casu si habet matrem, vel Avum, ipsi præferuntur, & citandi sunt; & si non habet,

Tunc debent citari Agnati, & Cognati, ut veniant ad defendendum pupillum, juxta *tex. in l. hæc autem §. non defendi ff. ex quibus causis in possess. eatur*, & cum dictis Agnatis, & Cognatis fit judicium; Quæ praxis fusius a me est tradita in primo tomo meæ praxis *tit. 4. de tutelis cap. 3. & seq.* ubi vide.

Et si prædicti Agnati, & Cognati venire recusaverint, captis pignoribus compellendi sunt.

Si vero se excusaverint; & nullus ex conjunctis tueri vellet pupillum, tunc Judex dabit curatorem ad litem ex suo officio, *Ursil. decis. 256. & 262.* citatus a *D. Altim. rub. 11. q. 30. num. 32.* sed melius *loc. cit. & tex. est in leg. 1. C. qui petant tutores*, rejecto *Ursill. in d. dec. 256. 261. num. 5.* dicente posse etiam dari curatorem hæreditati jacenti; quia hæreditas non dicitur jacens, quando adest certus hæres, ut late *Musc. ubi sup.*

Hic adverte, quod ita intelligendi sunt DD. loquentes majorem septennio posse citari, scilicet de eo, qui non solum excessit septennium, sed decimum annum cum dimidio; in qua ætate dicitur proximus pubertati, & rationem assignat *Musc. in d. gloss. intimato num. 39.* scilicet, quod leges, infantes, & infantiæ proximos, quoad ipsorum damnum æquiparant.

Et citatio si esset expedita contra hujusmodi infantem, qui citari non potest, erit nulla, & nulla erit contumacia, totusque processus, *Sanfel. sect. 5. num. 1. per tex. in l. neque ff. de in jus vocando, Bal. in auth. offeratur C. de litis contest.*

At quando ille, qui convenitur, non est infans, nec infantiæ proximus, sed est major decem annis cum dimidio si est masculus, & major annis novem cum dimidio si est fœmina, minor vero 18. annis:

8 Tunc si minor 14. annis, quo tempore durat tutela, habet tutorem. Et si major 14. usque ad 18. annum, habet curatorem. Citandus est tutor, vel curator, ut compareat una cum sollemnibus, & simul citandus est ipse minor, & cum ipso fiat judicium.

Cum eadem tamen advertentia, quod si sollemnia non exhibentur, quia forsan habet tutorem sine sollemnibus; tunc Judex debet dare minori curatorem ad litem.

At si non habet tutorem, vel curatorem, vel habet sine sollemnibus, aut habet, sed absentem. Tunc Judicis arbitrio remittitur, vel cogere minores, captis pignoribus ad sibi ipsis petendum curatorem, cum quo possit legitime agi; vel in eorum contumaciam eligere curatorem, prout melius Judici videbitur, per *text. in l. 1. C. qui pet. tutor.*

9 Nam quando minor comparet, & nominat curatorem, ille est dandus, qui fuit a minore petitus.

Et tam curator a minore nominatus, quam a Judice electus ex officio, potest invitus compelli ad suscipiendum onus.

Et aliter factus processus, annullatur, ut late *Muscat. ubi sup. num. 53. & Caravit. rit. 291.*

Sed limita dictam conclusionem in tribus casibus, in quibus minor potest sine tutore in judicio sine dubio nullitatis esse.

Primo, quando comparet pro defensione patris, seu matris, vel aliorum descendentium; *Musc. in sua add. ad glos. intimato p. 2. tit. 2.*

Secundo, quando minor per se comparet in judicio, non constituendo procuratorem, & juravit non venire contra processum.

Tertio, quando non de per se, sed constituit procuratorem mediante mandato Procurationis cum juramento vallato; nam in secundo, & tertio casu, ut supra, minor habetur, ac si esset major, per *Auth. Sacramenta puber. C. si adversus vendit.*

Sed intellige de minoribus, qui possunt jurare, ut sunt puberes, non autem de impuberibus; ita late *Musc. ubi sup. ex Guid. Papa dec. 494. & add. ibi, Ursil. dec. 114. de Franch. dec. 429. & alii ibi.*

Sed hos duos ultimos casus intellige, quod scilicet valeret processus sic factus sine curatore, si adversarius patiatur procedi illo modo. Verum si instaret pro Curatoris provisione, tunc minor erit omnino cogendus ad petendum curatorem ad litem, & cum curatore dato procedendum, ita *Gallup. p. 1. cap. 6. num. 45. ex Mastril. dec. 54. lib. 1.*

10 Minor itaque quando convenitur, tunc nemo discrepat, quod eo invito, poterit dari curator ad litem, modo, quo superius diximus. Sed dubium restat, quando non convenitur, sed agit, an invitus possit cogi, sicuti cogitur, quando est reus. In hoc dissonæ reperiuntur DD. opiniones; sed ego, quicquid alii sentiunt, accedo cum opinione *Muscat.* qui *in d. gloss. intimato p. 2. nu. 61.* concludit, quod

Minores sive agant, sive conveniantur, semper poterit eis invitis dari curator ad instantiam adversarii, non solum ex rationibus ibi assignatis per *d. Musc.* quæ intellectum convincunt; sed etiam alia ratione a me considerata, quia actor qui cœpit agere, potest cogi ad prosequendum judicium a reo, cui in hoc est jus quæsitum, ut diximus *in cap. de actoribus.* Ideo ut valide dictum judicium prosequatur, potest adversarius cogi facere minorem ad petendum

dum

dum curatorem, aliàs sequeretur magnum absurdum, & ita teneo, rejectis aliis contrarium tenentibus, *Tex. est in l. 1. admone, C. qui petant tutores, vel curatores*, ibi, in summario. *Minor debet admoneri, quod petat curatorem ad lites, si admonitus non petit, etiam eidem absenti, & invito dabitur*, & *tex. in l. 11. in universis C. qui dare tutores, vel curatores possunt*, ibi: *In universis litibus, placet non prius puberem justam habere personam, nisi interposito decreto, aut administrandi patrimonii gratia, aut in litem fuerit Curator datus.*

Puber itaque, ut possit esse in judicio, sive actor, sive reus, vel debet habere generalem, vel specialem Procuratorem, vel habere veniam ætatis, *Glos. 261. in princ.*

11 Minori quando datur curator ad litem modo quo supra diximus; tunc dictus Curator non tenetur conficere inventarium, concludunt *DD. per tex. in l. ad protegendum C. de in lit. dando, Specul. in tit. de actore §. 1. verbo Puberes, Rota decis. 45. Vant. de null. ex defectu inhabilitatis num. 546.* penes *Muscat. in glos. intimato p. 2. num. 52. Gallup. p. 1. cap. 6. num. 37.* & nos firmavimus *in cap. de Curat.*

Verum tenetur talis curator cautionem dare, *Muscat. ubi sup. n. 50.* & nos late *in cit. cap. de curat.*

Ideo cave a *Gallup.* qui *in p. 1. cap. 6. num. 40.* concludit, quod talis Curator non tenetur cautionem præstare, & per se allegat *Ludov. decis. 48. Viscont. concl. in verb. curator.*

12 Minor uti heres volens liquidare instrumentum contra debitorem hereditarium; tunc si est infans, poterit tutor tantum comparere cum præambulo, & solemnibus, & liquidare.

Verum si debitor institerit, quod veniat infans; tunc quantumcumque sit parvulus infans, asportari debet in Curia, etiam si opus esset in brachiis.

13 At si est major infantia, debet ipse minor una cum tutore comparere cum præambulo, & solemnibus; licet ad instantiam dicti tutoris, citatio expedita sufficit, & hæc est praxis tradita a *Caravit. rit. 166. num. 24.*

Et non solum in liquidatione instrumenti, sed in omni judicio major infantia, imo etiam in actibus extrajudicialibus, nempe in contractibus, debet intervenire ipse minor una simul cum tutore, qui præstat auctoritatem pupillo contrahenti, vel agenti in judicio, *l. si tutor pupillo ff. de author. tutor.* Et ipse tutor absque pupillo nihil agit; *Bart. in l. infanti C. de jure delib. Soccin. cons. 89. vol. 1. Jodoc. in patrocin. pupil. c. 6. de mun. sue. nu. 42. Galler. in prax. tutel. p. 2. rubric. tutel. spirit. num. 2.*

14 Agit quidem, contrahitque solus tutor, quoties pupillus est infans, scilicet minor 7. annis; *l. 1. §. sufficit ff. de adm. tut. & d. l. si infanti ff. de jur. delib. Galter. ubi sup.*

15 Minor vero citatus super tenore instrumenti liquidi, si comparet allegando minorem ætatem recipitur incusatio: & non habetur ratio minoris ætatis, quando dictus minor reperitur obligatus cum authoritate tutoris seu curatoris.

Secus ubi non fuit obligatus cum authoritate tutoris, seu curatoris, quia tunc recipitur quidem incusatio; sed dicitur, quod visa persona providebitur circa ejus carcerationem, ita concludit *Musc. in sua add. ad Glos. intimato lit. G. in fin. par. 2.* post *Caravit. ritu 166.*

16 Minor, cui datus est curator ad litem, si non defenditur a dicto curatore, an tanquam indefensus pupillus, possit annullare acta, & sententiam, ita etiam si non defenditur a tutore, qui adimplevit sollemnia.

Distinguunt DD. quod si nunquam comparuit Curator in judicio, nec in principio, nec in medio, nec in fine litis, tunc judicium, & sententia non præjudicat minori, quia paria sunt non habere defensionem, aut habere, sed inutilem.

Ubi vero comparuisset Curator in judicio, licet nil allegasset in defensionem pupilli; tunc si notorie non constat habuisse defensiones, valent acta, quia præsumitur pro illis non habuisse curatorem, qui defensiones faceret in beneficium minoris.

17 Verum si notorie constaret habuisse defensiones, & ex incuria tutoris non fuisse propositas, tunc judicium, & sententia non præjudicant minori, & poterit juvari beneficio restitutionis, & eadem ratione, ut supra diximus, ita *Gallup. p. 1. cap. 6. num. 49.* ex pluribus ibi allegatis, *text. in l. cum & minore, C. si adversus rem judicatam l. si Præses C. quomodo, & quando Judex, Marant. p. 6. & demum fertur sententia num. 101. Dom. Altimar. rub. 6. qu. 1. num. 35. de nullit. & rub. 5. qu. 12. num. 7. de Luca ad Gratian. discept. 734. num. 8.*

Sed quando judicium fit cum tutore, qui non fecit inventarium, vel alia solemnia non adimplevit, tunc acta, & sententia ipso jure sunt invalida, *l. si tutor tuus 4. C. in quibus causis in integrum restitutio necessaria non est*, ibi: *si tutor tuus, qui pro tutelari officio non caverat, judicio expertus est, contra eum lata sententia juri tuo officere non potuit, nec ea, quæ ab eo gesta sunt, ullam firmitatem obtinent.*

Frustra igitur in integrum restitutionis auxilium desideras, quando ab eo gesta, qui legitime administrationis officium, seu personam sustinere non potuit, ipso jure irrita sunt, & est *tex. in l. non dubium 4. C. de tutor. & curat. qui satis non dedit, De Marin. lib. 1. resol. 192. & lib. 2. resol. 18. Gizzarel. dec. 12.*

18 Minoris ætatis exceptio licet de dilatoriis, quæ ante litem contestatam opponi debeat, regulariter tamen, quia est de illis dilatoriis, quæ reddunt judicium retro nullum, potest opponi quandocumque, & in qualibet parte judicii, *Muscat. lib. 2. glos. probandum nu. 4.* & clarius *in glos. instantia nu. 25.*

19 Exceptio falsi tutoris assimilatur exceptioni falsi Procuratoris, & falsi Prælati, quæ non solum repellit ab agendo, verum reddit etiam acta omnia retro nulla, *Barbat. de assist. glos. 12. nu. 25.* ex *Franc. Marc. decis. 99.* per *glos. in l. 2. in verbo exceptione, C. de eo, qui procuratore se gessit*, & de falso procuratore loquitur *text. in l. licet 24. C. de procurat.*

20 Verum tutor post pupillarem ætatem possit agere, non obstante, quod reus opponat exceptionem tutelæ finitæ ob ætatem completam minoris, vide *Barbat. ibid. nu. 24. & 26.* qui distinguit, & declarat *gloss. in l. un. C. ut causæ post pubertatem.*

Ut litem cœptam perficere debeat usq; ad tempus, quo fuerit provisum de curatore, & reddita fuerit ratio de administratione, & cogatur perficere.

In caussis vero non inceptis quod non cogatur, sed voluntarie potest agere, & prosequi usq; ad provisionem curatoris, & redditā rationem administrationis; & ratio assignatur, quia officium tutoris non expirat, nec finem accipit per ætatem minoris finitam, nam licet tutela finiatur per adventum pubertatis, tamen absq; temporis præscriptione illius officium, & administratio durat, donec fuerit constitutus Curator circa administrationem bonorum.

Et etiam propter tacitum consensum adultorum, quibus invitis non datur curator.

Et melius est rem pupilli geri per eum, qui antea tutor fuit, licet esse desinat, quam per neminem.

Confert *text. in l. ita tamen §. tutor ff. de administrat. tutoris*, ubi statuitur, quod tutor debet admonere pupillum, ut sibi curatores petat, ad hoc ne teneatur de administratione, etiam post tempora pubertatis, non obstante, quod non sit tutor.

21 Præ-

21 *Praxis sanandi processum nullum cum minore, cum Ecclesia, vel quovis alio.*

Processus factus cum minore sine solemnibus, vel sine Curatore est nullus, sed pro convalidando processu datur remedium ab *Afflict. dec. 262. nu. 8.* quem sequitur *Muscatell. p. 2. Glos. intimata num. 46. Cervel. tract. 2. cap. 2. num. 23.* ut detur Curator, cui totus processus unico contextu intimetur, vel si factus est major, ipsi principali intimatur, & in integrum restituitur ad ponendum, & probandum, quidquid voluerit.

Et omnis processus, & omnes nullitates ob terminos substantiales male servatos, & Telam judiciariam male servatam, cum quavis persona, unica citatione ad sententiam sanari possunt, singulos actus notificando, *Farinac. dec. 734. nu. 3. p. 2. tom. 1. Rota in recollectis novis dec. 233. num. 1. Vant. de null. in c. qualiter sententia num. 88. Decius cons. 549. Altimar. de nullitat. jud. rub. 14. qu. unic. nu. 29.*

Formula sanandi processum nullum juxta remedium supra citatum.

Quæ formula est extracta a processu M.C.V. inter Sylviam de Marinis, & Franciscum Grasso in Banca Magnifici Caroli Salerni.

Nella G.C. della Vicaria comparisce il Procuratore di Francesco Grasso, e dice, come dovendosi spedire la causa dell'assistenza domandata sopra il territorio, che si possiede da Francesco Tanza, e Giovanna Arnaldo conjugi, fè istanza proseguirsi la spedizione contro detti conjugi possessori, non istimando necessario procedersi contro Giulia Rinaldo sorella di detta Giovanna, ma solo riservandosi le ragioni contro detta Giulia, e suoi eredi, e contr'ogni altra persona, e beni, *ut fol. 24. & ex errore* si fè istanza ordinarsi a' figli di detta quondam Giulia, che pendente lite è passata in Cielo, dichiararsi, se sono eredi di detta Giulia loro madre, altrimente provedersi di curatore, *ut fol. 25.* E perciò si fè decreto, e provisione per detta dichiarazione, *ut fol. sequent.* e con altro decreto de' 22. Novembre 1700. pigliarsi informazione dell'eredità giacente di detta quond. Giulia, e con effetto Luca Antonio d'Anlisio facci detta dichiarazione, altrimente si provederà di curatore, *ut fol. 49. at.* e perchè non gli è spediente trattenere la spedizione a proseguire detto giudicio col Curatore di det. quondam Giulia, che non possiede, rivocando detta istanza fatta per eliggere il curatore, fa istanza con effetto procedersi alla spedizione contro detti conjugi possessori del territorio rubricato, citra prejudicio delle ragioni, che competono contro altri, inerendo alla detta comparsa *fol. 37.* e notificarsi detta Giovanna, e suo marito, come il quondam Pietr'Antonio Scorziello comprò dal qu. Silvio Grasso, Avo di detto Francesco suo principale il territorio, che detta, e suo marito possedono nel territorio di Capaccio, detto *li Limiti* per duc. cinquanta nell'anno 1646. qual prezzo promise pagarlo nel 'anno seguente 1647. mediante strumento col costituto, precario, e tutte altre clausole, presentato a' 8. Gennajo 1667. *fol. 4. & 5.* e perciò richiesti non hanno curato soddisfare, comparve nella Corte di Giodano, e domandò l'assistenza sopra detto territorio venduto per detto prezzo de' ducati cinquanta, ed interessi *a die mora*, e danni, e spese, *ut fol. 1.* & a' 4. di Febbrajo 1707. adempì la pleggiaria delle spese *fol. 2. & at.* & a 17. Febbrajo 1707. si diede termine *ad probandum*, *ut fol. 8.* & a 3. di Gennajo 1707. si presentò fede di preambolo del quond. Lelio Grasso, e Silvio Grasso Padre, ed Avo di detto Francesco, *ut fol. 11.* Articoli *fol. 12.* esame di tre testimonj *fol. 13. & 14.* e pubblicazione a' 25. Giugno 1707. *fol. 15. at.* ed essendo per parte di detti conventi eletto in foro la G.C. della Vic. si fè procura a 7. di Settembre 1707. *fol. 20. at.* ed in detta G.C. fu fatta la conclusione a 5. Novembre 1709. *fol. 28.* E perciò debbano det. conventi comparire a dire, che loro occorre contro detti atti fatti, e costituire Procuratore, altrimente spedirsi la causa in loro contumacia, salvo, &c. omni modo meliori, &c.

Die 22. Septembris 1712. Neap.

Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. fuit provisum, & decretum, quod præsens petitio intimetur parti ad finem providendi, hoc suum.

Correale.

Salernus Actorum Magister.

Mihi autem melior formula decreti videtur, sequenti modo; Per subscriptum Dominum Judicem fuit provisum, & decretum, quod præsens petitio, & singula in ea contenta notificentur parti ex adverso, quatenus infra dies cōpareat, &c. ad dicendum quidquid adversus petita, & ad ponendum, & probandum quidquid voluerit, alias, &c. hoc suum, &c.

Ratio est, quia Judex per restitutionem in integrum debet dare terminum ad probandum, & ponendum, juxta decisionem *Afflict.* modo quo Sacrum Consilium in illa decisione practicavit.

22 Hæc praxis fundatur in bono jure, & in bona ratione, nam si contractus cum minore, vel cum Ecclesia ex defectu solemnitatis sit invalidus, non po-
23 test dicta nullitas contra minorem, vel contra Ecclesiam ab adversario contrahente, vel ab alio tertio allegari, quia fuit hoc introductum ad beneficium Ecclesiæ, vel minoris; non debet propterea in eorum damnum retorqueri, sed remanet in arbitrio ipsius minoris, vel Ecclesiæ, si, vel non velit, & quando ei placuerit de nullitate contractus dicere.

At ne altera pars contrahens diu maneat in suspenso, & nunquam tuta, datur remedium, ut judicialiter requirat Ecclesiam, vel minorem, an velit stare contractui, & volens, impetret assensum Ecclesiæ, & solemniter fiant cautelæ; & ita minor: & dato termino pro impetrando assensu, & aliis solemnibus conficiendis, tandem interponitur decretum perpetui silentii, *de Franch. decis. 35. Rosarius Riccius meus filius in prax. Ecclesiastica cap. 46. num. 35.*

Ita pariter si quis compilavit processum nullum, non potest nullitas proponi ab eo, qui illi causam præbuit, *Hodiern. controv. 37. num. 19.* ex *tex. in l. 1. §. si omnes ff. de ventre inspiciendo.*

Sed æquitas, & justitia suadet, antequam proferatur sententia, quod possit, qui caussam dedit nullitati, requirere adversarium super singulis decretis, & actis factis, ut non posita ponat, & non probata probet, nè frustra fiat judicium, & proinde singulos actus unico contextu ei notificare facit, & Judex interponit decretum, illum restituendo in integrum ad ponendum, & probandum, quæ voluerit, & deinde fit conclusio super dicto termino dato, & proceditur ad monitionem, & ad sententiam, remanentibus omnibus nullitatibus Telæ judiciariæ sanatis.

Observa bene hanc praxim, quæ a nemine hucusque fuit sic clare explicata.

C A P. XLI.

De Exceptione legitimationis personæ.

S U M M A R I U M.

Judicium esse non potest absque tribus personis Judice, Actore, & Reo, num. 1.

Eid-

Exceptiones respicientes personam Judicis, vel Actoris, vel Rei, habent privilegium, ut excludi non possint per quamcumque legem, num. 1.

In Regno circa dictam exceptionem servamus Constitutionem Exceptione filiationis, *qua declaratur*, n. 3.

Agens nomine proprio nulla adjuncta qualitate, quando impediri potest per exceptionem legitimationis? nu. 4.

Agens nomine proprio, sed cum adjuncta qualitate, quod sit filius, quod sit hæres, donatarius, cessionarius, &c. de Jure Regni in termino probatorio demonstrabit se talem, qualem se facit, & non ante, secus in foro Ecclesiastico de jure communi, cum limitatione; num. 5.

Agens nomine alieno, ut Procurator, Tutor, Prælatus, Sindicus, &c. tunc non auditur in judicio, nisi prius legitimat personam, num. 6.

Legitimatio personæ in quacumque parte judicii etiam post tres sententias conformes opponi potest, num. 7.

Judex ad ulteriora procedens tacitè censetur oppositas exceptiones rejicere, qua conclusio limitatur in exceptione legitimationis personæ, quæ rejecta non intelligitur, nisi expressè in decreto dicatur, oppositis non obstantibus, num. 8.

Legitimatio personæ etiam in judicio summariissimo debet fieri in primis, aliàs erit nullitas, num. 9.

Actor, & Reus cogitur legitimare, ut supra, etiam parte non opponente, rejecto Verde, num. 10.

Actor, qui alieno nomine comparet, in Regno per Constitutionem, Exceptione filiationis, *ante omnia debet legitimare suam qualitatem, secus, si ut hæres, vel filius, vel cessionarius comparet*, num. 11.

Reus debet declarare, si est hæres, & bona possidet, num. 12.

Legitimatio personæ fieri debet etiam parte non opponente, & constare debet in actis, & quando tacitè intelligitur facta, num. 13.

Filius agens, ut hæres Patris, & ut hæres matris, an teneatur probare aditionem, conciliantur DD. invicem repugnantes, cum distinctione, num. 14.

Filius, quam quilibet alius extraneus solo animo, & verbis adire potest, num. 15.

Filius detinens dotem maternam, præsumitur adiisse hæreditatem matris, & sic quilibet extraneus possidens, secus in hæreditate patris, & assignatur ratio, num. 16.

Si filii faciant divisionem post mortem Patris bonorum paternorum, in illa divisione non præsumuntur bona materna, etiam cum protestatione, num. 17.

1 CUm judicium esse non possit, nisi tribus personis existentibus, nempe Judice, Actore, & Reo, meritò prius posuimus exceptiones, quæ respiciunt personam Judicis, & subnectimus exceptiones, quæ respiciunt inhabilitatem Actoris, & Rei.

2 Exceptiones enim, quæ respiciunt personam tam Judicis, quam partium, sunt adeo privilegiatæ; ut per nullam legem excludi possint, *D. Consil. Altim. rub. 11. qu. 1. num. 5. & Socc. & alii*, ibi: *Ideo in omni judicio, sive ordinario, sive executivo, & summario, tam petitorio, quam possessorio, & sive civili, sive criminali semper legitimanda est persona, tam actoris, quam rei, c. quærendum, c. alieni, c. sunt qui 2. qu. 7. l. qui stipendia 9. l. licet 24. C. de Procur. Rovit. pragm. 5. num. 10. de ord. judic. Marant. p. 4. dist. 10. num. 16. & p. 6. tit. de except. 9. membr. nu. 2. Carlev. de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 4. & num. 1.* & alii relati a doctissimo *Dom. Consil. Petra rit. 294. num. 1.* & latissime *cit. D. Consil. Altim. rub. 11. qu. 1. nu. 20.*

3 Et quicquid sit de jure communi, & de jure Regni per *rit. M.C.V. 294.* ubi late *Domin. Petra*, tamen in Regno servamus *Constit. exceptione filiat.* quæ late declaratur a *d. Domino Petra d. rit. 195. num. 15.* post *Muscat. in p. 3. glos. comparentis num. 5.* ubi.

Primo, cum quis agit proprio nomine, nulla adjuncta qualitate in ejus persona, sed simpliciter comparet Titius, ut Titius, & uti Titius agit.

Tunc exceptio legitimationis personæ non potest ei opponi, nisi sit de personis prohibitis agere in judicio. Quæ personæ prohibitæ dividuntur in tres species.

Primæ, ex defectu intellectus, ut Pupilli, furiosi, prodigi, surdi, &c.

Secundæ, ex fragilitate consilii, ut minores 18. annis in Regno, & 25. in foro Ecclesiastico.

Tertiæ, ex defectu potestatis, ut Filiusfam. Servus, Monacus, Bannitus, Relegatus, Excommunicatus, &c. *Muscat. ubi sup.*

4 Tunc si non est de dictis personis prohibitis, vel similibus, non impeditur per exceptionem legitimationis, & inhabilitatis personæ, quia ipse est per se legitimus, & habilis ad comparendum absque Procuratore, nec cogi potest ad constituendum Procuratorem, nisi ex justa causa, de qua diximus *in cap. de Procur.* ubi omnino vide.

Et si est de personis prohibitis, ut supra, ei obstabit exceptio legitimationis personæ, & ita practicatur in Curiis Baronum, & Regiis extra Neapolim; sed intra Neapolim secus; quia Actuarii non possunt procedere nec pro actore, nec pro reo, nisi exhibitis mandatis Procuratorum, non tantum sub pœna nullitatis omnium Actorum, sed etiam sub aliis pœnis, *Petra Rit. 26. num. 204.* & nos diximus *cap. de Procur.*

5 Secundus casus est, quando quis agit nomine proprio, sed cum adjuncta qualitate in ejus persona, ut si agit uti filius, vel hæres, vel cessionarius, vel donatarius, vel legatarius. Tunc de jure communi tenetur ante omnia probare illam qualitatem, aliter non admittitur in judicio, quod hodie servatur in foro Ecclesiastico, *Text. in l. non ignorat Cod. qui accusare non possunt, & l. si quæramus ff. de testam. glos. in l. 1. Cod. de edicto Divi Adriani tollendo.*

Secus de jure Regni, ubi per Constitutionem Regni: *Exceptione filiationis*, statuitur in Regno, opposita dicta exceptione non obstante, esse procedendum in causa, & quod de dicta exceptione habebitur ratio tempore ferendæ sententiæ.

Nam Actor tenebitur in termino probatorio probare se talem, qualem se fecit, sed non tenetur antè litem contestatam demonstrare se esse talem, & sic per dictam Constitutionem Regni corrigitur in hoc dispositio juris communis.

Sed hoc non verificatur semper in cessionario, vel donatario; nam datur casus, in quo cessionarius cogitur ante contestationem exhibere copiam instrumentorum cessionis, ut diximus infra particulariter de cessionario.

6 Tertius casus est, quando quis comparet nomine alieno, ut Procurator, Tutor, Curator, vel ut Prælatus alicujus Ecclesiæ, Syndicus Universitatis, & similis, tunc in principio litis, & ante contestationem suam legitimare personam adstringitur, nam obstabit exceptio inhabilitatis, vel legitimationis personæ, & impeditur litis contestatio, *Muscatel. glos. comparentis p. 3. n. 16.* & secundum *D. Petr. rit. 294. n. 11.* obstabit exceptio *tam non interest. & carentiæ actionis*, & proprie ex officio est repellendus.

7 Exceptio legitimationis personæ potest in quacumque parte judicii opponi, etiam post tres sententias conformes; *Carleval. de judiciis lib. 1. tit. 2. disp. 5. num. 8. Consil. Altim. rub. 11. qu. 4. num. 9.* & alii innumeri per eos citati, *Postius de manut. obs. 85. num. 4. Rot. Rom. dec. 349. num. 2. p. 3.*

8 Et quamvis procedendo Judex ad ulteriora tacite censetur oppositas exceptiones rejicere.

Tamen exceptio legitimationis, sive inhabilitatis litigantium non censetur rejecta per processum ad ulte-

ulteriora, nisi saltem verbis generalibus, & caussa cognita Judex interloquatur, oppositis non obstantibus esse ad ulteriora procedendum; *Carlev. ubi sup. d. disp. 5. n. 9.* & vide *D. Consil. Altim. ubi sup. n. 19.*

9 Legitimatio personæ parte opponente fieri debet in primis, etiam quod judicium sit privilegiatum, vel summarissimum, & executivum, alias nulliter proceditur, & legitimationis omissio reddit judicium nullum; *Postius de manut. obs. 85. num. 3.* ubi allegat *Riccium collect. 306. 673. & 1362. Cyriacus cont. forens. 384. lib. 2. num. 1. Boerius dec. 171. num. 19. Cencius de censibus dec. 263. nu. 5. Rota decis. 74. num. 4. & decis. 75. num. 6. Maranta de ordine judicior. p. 4. dist. 9. num. 38.*

Et procedit in quolibet judicio, etiam in possessorio summarissimo; *Rovit. pragm. 5. num. 10. de ordine judicior. Gallup. p. 2. cap. 8. num. 2. de Franch. decis. 692. in fine.*

10 Et non solum Actor, sed etiam Reus cogitur legitimare personam in quolibet judicio ordinario, vel summarissimo, & sub quavis forma agitato, *l. licet C. de Procurat. Muscatel. glos. comparentis p. 3. in addit. lib. 6. in fine.*

Et cave a *Verde ad Gallup. p. 2. cap. 8. nu. 49.* ubi tenet, quod si pars non opponit legitimationem personæ, acta valent in ordinario, vel summario judicio, & ibi allegat multos, qui dicunt totum contrarium.

Et *Muscatel. d. glos. comparentis p. 3. nu. 3.* reprobat omnes DD. tenentes dictam opinionem contrariam.

Unde Actor si ipse sit hæres, se talem esse docere oportet. Et si agit contra hæredem, tenetur docere illum adversarium conventum esse hæredem. *Motill. de grad. citationis num. 127. ex Cagnolo in l. haerede num. 6. ff. de R. J.*

11 Sed advertant Tyrones, quod in Regno nostro practicatur dicta conclusio cum distinctione, tradita in Constitutione Regni, *Exceptione filiationis*, tempore si quis alieno nomine compareat, uti Syndicus, Tutor, Procurator, vel cum alia simili adjuncta qualitate, tunc dicta qualitas Syndici, Tutoris, &c. adimplenda in primis, & ante contestationem litis.

Secus si comparet, ut hæres, vel filius, vel cessionarius, tunc non tenetur in primis probare dictam qualitatem, sed in termino probatorio adimplere poterit, & interim non impeditur cursus judicii, ut diximus superius, de quo vide, quæ diximus *in cap. 42. de cessionar.*

12 Et contra reum practicatur, ut in principio judicii, declaret an sit, aut velit esse hæres, & bona possideat, juxta *Pragm. 6. de ordine judicior.* quæ incipit, *Si Reus*, de qua vide *in cap. 9. de interrogatoriis actior.* quæ diximus.

13 Legitimatio personæ in judicio ordinario fieri debet etiam parte non opponente; *Postius de manuten. obs. 86. nu. 5. ex Rota Bonon. dec. 102. nu. 3. & Salustius Tiber. in pract. A. C. lib. 1. cap. 45. num. 4.*

Et legitimatio personæ constare debet in actis, nec sufficit, quod re vera sit talis; *Postius de manut. d. obs. 86. n. 4. d. Rota Bonon. dec. 30. n. 3. & Rota recent. decis. 334. num. 18. Burat. dec. 98. nu. 5. in fine.*

Et tunc tacite intelligitur facta legitimatio personæ, quod aliquis sit talis, ut puta, hæres quando Procurator, vel Adversarius pro tali acceptaverit eum tanquam talem citando, seu contra eum tanquam talem procedendo, *Postius loco cit. Ricc. collect. 1483. Cencius de censibus decis. 311. num. 5. Rota Recent. decis. 522. in fine p. 3. & decis. 195. p. 4.*

Ita ut transfertur onus probandi in ipsum Adversarium se per errorem litigasse cum illo uti tali, monstrando rem aliter se habere; *DD. ubi sup.*

14 Nota, quod *Gallup. in p. 2. cap. 8. num. 4.* dicit hæc verba v3.

Filius agens, ut hæres Patris non debet præsentare præambulum, quia filius, ergo hæres præsumitur.

Sed non sic respectu matris. Ideo agens, ut hæres matris, tenetur probare aditionem, *Maganius dec. Luc. 65. n. 14. Chartar. dec. gen. 54. in fine*, quos refert *Gratian. dec. 120. Rovit. in pragmat. de ordin. judicior. n. 1. Dec. cons. 302. Ludovic. dec. Perusin. 15. Capyc. Latro dec. 11. nu. 3. Alex. cons. 34. lib. 3. nu. 5.*

Alii dicunt, quod filius quando agit, ut hæres tam Patris, quam matris, sufficit probare se esse filium tam Patris, quam matris, quia si filius, ergo hæres agendo, & quoad illius commodum, ita *Postius de manutent. obs. 67. num. 6, Riccius collect. 106. Paschal. de patria potest. par. 4. cap. 1. num. 30.*

Nisi contrarium ex adverso probetur, & *Postius ubi sup.* reficit *Gallup.* & alios tenentes, hoc non procedere in hæreditate matris, quia procedit in utraque hæreditate, & late ibi, & hic adde *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. tom. 10. num. 3.*

Filius vero, quando non ut Actor, sed ut reus convenitur, tanquam hæres, sive Patris, sive matris, tunc ad illius incommodum non sufficit probare, quod sit filius, nisi etiam probetur, quod sit hæres, *DD. ubi sup.*

Nam filius, ergo hæres, vulgato dicto Apostoli, procedit, quando filius agit, ut hæres, vel quando declarat se esse hæredem; nam ex filiatione non bene infertur, quod sit hæres, quia habet beneficium abstinendi ab hæreditate, ideoque probari debet, quod se immiscuerit hæreditati, *Gratian. discep. 215. nu. 15.* cum aliis ibi allegatis.

Sed vera, & communis conclusio est, cum distinctione, quod filius quando agit, ut hæres Patris, non tenetur præsentare præambulum, sed sufficit in termino probare se esse filium, quia valet consequentia, filius ergo hæres, quando agitur de illius commodo & nemo Doctor reperitur, qui in hoc dissentit, & hoc tam quoad præsentes, tam quoad actus præteritos.

Quæ regula non procedit sic indistincte in hæreditate matris, ex eo, quia mater non habet filios in potestate, & ideo non dicuntur sui hæredes, sed extranei, & proinde indiget expressa aditione, vel tacita, ut se gerat pro hærede.

Quod intellige, quoad actus præteritos, ut si agerem, uti hæres, aut successor Titii pro re materna ipsius Titii; Ad fundandam meam intentionem, sive ad legitimandam meam personam, non mihi sufficeret Titium esse filium suæ matris; Nisi etiam probarem Titium adivisse hæreditatem maternam, vel se gessisse pro hærede matris, & fecisse actum, qui citra jus, & nomen hæredis fieri non potest, & tali casu procedit opinio *Gallup. Chartarii, Capyc. Latr.* & aliorum.

Secus quoad actum præsentem, quando ipsemet Titius ageret ut hæres matris, tunc sufficit probare se esse filium matris in termino probatorio. Sed non ex illa ratione, sive consequentia, quod dum est filius matris, ergo est hæres, quia dicta consequentia locum habet solum respectu Patris, ut supra diximus, quia filii Patris dicuntur sui hæredes, & non extranei.

Ideo ex alia ratione, nempe quia filius agendo ex nunc tanquam hæres matris, facit actum, qui citra jus & nomen hæredis fieri non potest, & nunc se gerit pro hærede, & animo, & verbis adit hæreditatem matris.

15 Quælibet enim hæreditas extranea solo animo, vel verbis adiri potest, & ideo prout præsens non eget alia aditione, nec indiget alia probatione, sed sufficit probare se filium matris, cujus hæreditas dicitur tradita verbis, & animo declarato, ipso tunc, cum agit hæreditario nomine matris.

Et cum hac distinctione intelligendi sunt omnes DD. de hoc loquentes, cujus opinionis Antesignanus fuit *Caroc. dec. sui casus 43. n. 8.* ponderando verba *l. matri C. ad S. C. Orfic.* ibi: *Pro hærede se gerendo.*

Pro

Pro hærede enim se gerit filius agendo hæreditario nomine, prout in quolibet extraneo videtur, & ibi allegat *Bal.conf.245.num.5.Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.101.num.22.* idem *Menoch.de adipiscenda possess.remed.4.num.676.*

Et novissime ita etiam concludit *Marc.Anton.Sabell.in summa tom.2. §.filiatio sub num.27.fol.175.* ubi allegat dictum *Caroc.& Altograd. conf.81.nu.30.lib.1.Gratian. decis.122.num.5.* cum addente *Marc.Medic.sub num.50.& decis.79.*cum additione *Altegr. in addit.ad conf.71. sub num.32. in fine lib.1.& conf.43.lib.9.nu.2.Merlin.decis.857. num.10.Rota part.9.decis.426.num.17.& par.13. decis.423. num.10.* Addentes ad *Sanfelic.dec.338.in princ.*

Ita etiam distinguit demum idem *Postius in resol. Civili 18. num. 2.* & in his terminis afferit loquutum fuisse eundem *Mantic.in dec.198.num.7.*

Et hæc opinio est tenenda secundum *Staiban.tom.1.resol.86.in addit. ad num.8.in fine resol.86. in fine num.27.fol.487.*

16 Verum præsumitur filius adiisse hæreditatem maternam sibi delatam, si dotem ad ipsum filium spectantem detinuit, *Surd. decis.140.* quem sequitur *Amend.ad Franch. decis.80.num.5.*

Et generaliter non solum in filio, sed in quolibet alio possidente aditio hæreditatis inducitur per possessionem rerum hæreditariarum per annos decem, ut concludit *Amendol. ad Franch. dicta decis.80.nu.29.* per *Text. in l.si filius C. de petitione hæreditatis*, ubi *Bar.* hunc *Tex.* reputat singularem, ita *Ant.Gabriel. lib 1.tit.de præsumpt.conclus.1.num.43.*

Quod limitatur non procedere, si essent res viles, quæ possidentur, ex *Nacta conf.148.*

Secus est in hæreditate Patris, puta ex beneficio Prætoris habet potestatem se abstinendi, ut *Titulo Codic.is si ab hæred. abstin.Gallup.par.1.cap.6.num.8.* nec sufficit, quod possideat bona Patris, quia possidere potest alio titulo, quam hæreditario, ut titulo dotis maternæ, vel titulo donationis, vel alio titulo, quo casu non intelligitur damnosam Patris hæreditatem adiisse, *l.1.* & ibi omnes *C.de repudianda, & abstinenda hæreditate, Ursil.ad Afflict.dec.360.n.9.& dec.372.*

17 Imo si filii post mortem Patris bonorum divisionem faciant, adhuc bona non præsumuntur materna, si nihil tale de hoc dicatur in divisione, & quamvis dividentes protestati fuerint, nolle præjudicium fieri testamento sui Auctoris, per talem divisionem; cum ex hoc non sequatur, quod omnia illa bona essent Testatoris, *Alciat.conf.778.n.4.Alex.conf.104.n.1.lib.4. Mascard.de prob.conclus.200. Surd.decis.339.nu.19. par.2.Gratian.discept.215.num.14.tom.2.*

Transmittitur tamen hæreditas ad hæredem hæredis non adeuntis, sed hæreditas Patris jure suitatis, & illa matris jure sanguinis, sed requiritur primo, ut defunctus sit Pater, vel mater, Avus, vel Avia; secundo, ut transmittens sit filius, vel Nepos, vel Pronepos; tertio, ut transmittatur ad descendentem transmittentis usque ad tertium gradum, *l.1. C.de his, qui ante apertas tabulas.*

Differt tamen transmissio suitatis, quæ exigit Patriam potestatem, & transmittit etiam ad extraneum, a transmissione jure sanguinis idest matris, quæ transmittit tantum ad descendentes usque ad tertium gradum, & non transmittit ad Collaterales, *Verd. lib. 2. Instit.de petit. hæreditatis vers.de transmiss.fol.277.*

Et durat dicta transmissio per triginta annos.

C A P. XLI.

De Praxi dandi Curatorem absenti.

S U M M A R I U M.

Principalis licet sit absens a loco, quando est intra Regnum, citari debet per Nuncium, & non per edictum, num.1.

Citandus extra Regnum si habet feudum in Regno, citatio fit in loco feudi etiam de re non spectante ad feudum, & ita Canonicus, vel Beneficiatus, num.2.

Citandus si est Januensis, & bona possidet in Regno, citatio fit per edictum, & copia datur Consuli illius Nationis, num.3.

Citandus si est Regnicola, qui non habet feudum, nec beneficium, fit citatio domi suæ solita habitationis, sed si ignoratur locus, ubi degit, vel constat esse absentem a Regno, nec habet locum solitæ habitationis in Regno, datur ei Curator, num.4.

Praxis citandi absentem, qui non habet domum solitæ habitationis in Regno; & quomodo servandum, cum constat de absentia, & ignoratur locus, ubi ille degit, num.5.

Citatio per edict. an sit necessaria, vel de consilio? num.6.

Curator bonis absentis, ut detur, requiritur justa causa dandi, & quæ sit causa justa, declaratur, num.7.

Curator eligitur magis propinquus, & magis idoneus, num.8.

Curator si bona in suas manus recipit, tenetur facere inventarium, & satisdare, secus si bona non recipit, num.9.

Acta facta cum Curatore valent in civilibus, & criminalibus, num.10.

Curator non potest excedere fines mandati, si est electus ad talem litem, vel talem actum, & si est electus Curator cum potestate generali, potest omnia agere, nam æquiparatur Procuratori, num.11.

Curator datus hæreditati ad instantiam unius, cum ipso agitur, etiam ad instantiam aliorum, nam alius dari non potest, num.12.

Absens per tempus 20. annorum, qui nescitur an vivus, vel mortuus sit, an præsumatur vivus, & quo Tempore præsumatur mortuus, num.13.

Curator conventus potest petere terminum ad consulendum absentem principalem, & quando est denegandus, & quando non, num.14.

Curator datus instantibus creditoribus potest conveniri, & agere, num.15.

Formula dandi Curatorem Reo absenti extra Regnum, num.16.

1 Reus principalis, si est in loco judicii, vel extra locum judicii, sed intra Regnum in loco certo, tunc non debet citari per edictum, sed per nuncium, impetrato brachio illius Judicis, ubi permanet citandus; *Afflict.in Constit. Edictorum num.13. Verd. ad Gallup.par.2.num.49.Sanfel.in prax. sect.36. num.5.Dom.Altim.de nullit.tom.2 rub.12.qu.3. num.32.* juxta *text.in auth.ut nulli judicium, §. si quis verò, Coll.9.& rub.22. qu.13.num.116. & 118. de Marin.resol.43.num.6.*

2 Et si citandus est absens a Regno, tunc si habeat feudum in Regno, quia est feudatarius, sufficit si in loco feudi citetur, etiam de re non spectante ad feudum; *Dom.Altim.dicta rubr.12. qu.3.num.117.& qu.2.num.ult.de Marin.lib.2.resol.43.num 4.*

Et si est Canonicus, vel beneficiatus, sufficit si citetur in Ecclesia, in qua habet beneficium, idem *de Marin.loc.cit. num.5.* ex *Clem. Causam vers. quod si forsan de elect.Anna sing.153.*

3 Si citandus est Januensis, qui bona possidet in Regno, fit citatio per edictum, cujus copia datur Consuli Nationis, ut citandum certiorem faciat, & si non comparet, accusatis contumaciis proceditur in causa;

ſa; ita deciſum refert *de Marin.lib.2.reſol.43.nu.7.*& ita practicari teſtatur *Dom.Altim. rub.12.qu.13.nu.* 121.Quæ praxis fundatur, quia Civitas Januæ habet ſtatutum de non admittendo citationem expeditam per alienas Curias, & ſic impeditur poſſe citari Januenſes in illa Civitate; verum dictus *de Marin. &* *Altim.*concludunt, ita practicari in omnibus exteris,& ſignanter Januenſibus.

4 Et ſi citandus eſt Regnicola privatus, qui non habet feudum, nec habet beneficium, tunc ſi habet domum in Regno ſuæ ſolitæ habitationis, fit citatio domi, *de Marin.loco cit.num.6.*juxta *Conſtitut.Regni Citationis literæ*, *Afflict.in Conſtit. Edictorum num.* 16.*Altimar.d.rub.*12.*qu.*13.*num.*118.

Si autem ignoratur manſio, ſive locus ubi degit ſit incertus, vel conſtat de abſentia a Regno, & non habet domum ſolitæ habitationis in Regno, ſed in aliis Regnis, tunc proceditur ad dationem Curatoris,cum quo judicium inſtituitur, juxta *deciſ.226. Maſtrill.* quam ſequitur idem *de Marin.d.reſolut.43.num.6.&* *Dom.Altim.d.rub.*12.*qu.*13.*nu.*118.ubi allegat *Muta dec.*101.*nu.*71.*Amat.reſ.*33.*lib.*1. & alios.

5 At in ſupremis Tribunalibus noſtris Neapolitanis practicatur citatio per edictum, quæ in Palatio M. C. affigitur, teſte *Maranta in ſpeculo p. 6. rubr. recte concipiatur citatio,Gayl.lib.1. obſ.57.num.4.Tronſ. in Pragm.1.num.19.de ordine jud.*quos citat,& ſequitur *Dom.Altim.rub.*11.*qu.*32.*num.*56. *& dicta rub.* 12.*q.*13.*n.*119.adde *De Marin.d.reſol.*18.*lib.*2.*n.*6.

Verum *dictus Dom.Altim. d.num.*119. addit in S. Noſtro C. in cauſa illuſtris Principis Squillatii, cum Joſepho Maria Centurione in Banca Clavelli, apud Scribam Formicola, fuiſſe practicatum dari Curatorem, conſtito de abſentia, & ignorantia loci citandi; quia conſtare debet in actis, quod ſit abſens, & neſcitur ubi ſit, idem *Altim. rub.*11.*qu.*32.*num.*72. ex *Montan.de tutel.cap.*28.*nu.*72.*Caravit.rit.*101.*nu.* 71.*Maſtril.dec.*226.*num.*9.*&* 10.

Praxis itaque erit, ut Nuncius referat non potuiſſe exequi citationem ob abſentiam citandi, qui neque habet domum ſolitam habitationis, & tunc fit decretum per Judicem, quod capiatur ſummaria informatio de abſentia citandi, & expediatur edictum, ſive citatio generalis, ut ſi quis habeat procurationis mandatum compareat; nam aliàs ſi adeſſet Procurator, & judicium fieret cum Curatore, eſſet nullum, idem *Dom. Altim. d.rubr.*11.*qu.*52.*num.*76. *ex Maſtril.dec.*229. Alii dicunt eſſe requirendos conſanguineos ubicumque ſint, per *Text. in l.hac autem ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat.*, dicunt tamen ſufficere citationem per edictum generale, nec eſt neceſſe dicere, quicumque velit eum defendere, veniat, *l. ſed & pupillus §.praeſcribere ff.de inſtit.act.cap.*1.*de dolo,& contum.*ita *Dom.Altim.d.rub.*11.*q.*32.*num.*61. quod edictum debet fieri in loco Curiæ, & in loco domicilii,ut dicit *Maſtril.dec.*226.

Sed ſtylus ipſius Tribunalis ſervandus eſt, ſi fiat in loco Curiæ tantum, & non in loco domicilii, ut dicit idem *Altim.d.rub.*11.*qu.*32.*n.*77. *Gayl.conſ.*35. *nu.*32.*Neviz.dec.*17.*num.*97.& alii.

6 Et quod requiratur citatio per edictum, ad hoc, ut detur Curator abſenti, aliàs judicium erit nullum, concludit *Gabriel. conſ.*28. *num.* 41. *lib.* 2. *ex Ruin. conſ.*89.*volum.*5. & alii citati per *Dom. Altim. rubr.* 11.*qu.*32.*num.*62.

Sed *num.*63. dicit citationem per edictum eſſe de conſilio, & de majori cautela, ſed non eſſe ſimpliciter neceſſariam, itaut acta valeant etiam ſi deficiat citatio per edictum, & citat *Alex. & Bart. in l. hac autem §.non defendi ff.quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur, Joan.Andr.in addit. ad ſpecul.tit.de primo decreto §. ſequitur, Imol.in l.ſi finita §. Julianus ff. de damno infecto.*

7 Curator bonis abſentis datur, quando adeſt juſta cauſa dandi.

Primo, ut quia bona abſentis diſſipantur, capta prius informatione de diſſipatione; *Altim.d.qu.*32. *rub.*11. *num.*67. *in fine*, ubi dicit, quod etiam Judex ex officio nemine poſtulante, poteſt tali caſu Curatorem dare.

Secundo, cum creditores urgent, ad inſtantiam illorum datur Curator bonis abſentis, *DD.in l.*a. *ff. de curat.bon.dan.Capyc.dec.*87.*nu.*1.*Guſman.de evict. qu.*5.*num.*12. *Menoch.de arb. lib.*2.*centur.*2.*caſ.*150. *num.*20.*Altim.ubi ſup.*

Tertio,datur Curator bonis abſentis ad inſtantiam conjunctorum, qui ſperant ſuccedere ab inteſtato. *Tex.& gloſſ.in l.cum agnatos C.de poſtlim.reverſ.Menoch.ubi ſupra.*

8 Et Curator debet eſſe magis propinquus,dummodo ſit magis idoneus, quod remittitur arbitrio Judicis, *Urſil. de legitim. perſonarum c.*4.*num.*18. *in fin. Dom.Altim.ubi ſup.nu.*7.

9 Curator datus bonis abſentis, ſi bona in manus ſuas perveniſſent, & ita etiam Curator hæreditatis jacentis, tenentur facere inventarium, & ſatiſdare, quia tali caſu nil differunt ab aliis Curatoribus; *Grat.diſcept.for.*225.*num.*32.*&* 35.*Suarez in praxi p.*3.*tom.*1.*num.*39. quos citat, & ſequitur *D.Altim. d.rub.*11.*qu.*32.*num.*82.

Sed ſi Curator bona non recipit, nec ea adminiſtrat, dicitur potius Curator litis, & defenſor, quam Curator bonis datus;ita practicatur.

Rejectis contrarium tenentibus, quia eorum opinio non eſt in uſu recepta, teſte *Dom. Altimar. loco cit. num.*92. poſt *Baldum conſ.*174. *vol.*2. *& Suarez loc.cit.*

10 Et acta facta cum dicto Curatore valent in civilibus,& criminalibus, *d.Altim.num.*83.

11 De poteſtate Curatoris ſunt regulæ infallibiles, quod ad inſtar Procuratoris cum poteſtate limitata, vel ex cauſa limitata ad aliquid agendum, non poteſt excedere fines mandati, & nil poteſt ultra cauſam expreſſam facere, niſi ad talem litem, vel ad talem actum, ad quem fuit Curator conſtitutus, ſed ſi eſt generalis Curator cum poteſtate generali, poteſt generaliter omnia agere; *Dom.Altim. dicta rub.* 11.*qu.*32.*num.*100.*& Ang.conſ.*192.*num.*2.*Tuſc.cit. concl.*104.*num.*47.

Et ſic Curator æquiparatur Procuratori, qui exequi poteſt, quæ ſunt ei mandata, *dict. Altim. num.* 142.*loco cit.*& *Bald.conſ.*78.*lib.*1. *& conſ.*177.*num.* 3.*lib.*5.

12 Verum dato Curatore hæreditati ad inſtantiam unius creditoris, alius dari non debet, ſed agitur cum ipſo, etiam ad inſtantiam aliorum, ut deciſum refert *Altim.loc.cit.num.*155.

13 Abſens per tempus viginti annorum, ſi neſcitur an vivus, vel mortuus ſit; aliqui dicunt, quod venientes ab inteſtato poſſunt dividere bona, præſtando cautionem inſolidum de reſtituendo in caſu, quo ille abſens redierit; *Cravet. conſ.* 127. *in fine*, *Eſcobar. de ratiocin. cap.*6. *num.*49. *Bald.conſil.*90.*num.* 2.*volum.*2.

Contrarium tenent alii, quod quamdiu mors perfecte, & plene non probatur, præſumitur ſemper vivus, niſi eſſent elapſi 100. anni, quo caſu abſens pro mortuo habetur, nec ſufficiunt conjecturæ, *Dom.Altim.d.rub.*11.*qu.*32.*num.*96. *&* 97. *& Fab. in cit.tit.*40.*def.*4.*lib.*5. *Narbona de ætate annorum* 100.*gloſ.un.num.*6.

Hinc orta eſt praxis, ut quando non probatur mors de viſu, ſed per ſeptem teſtes de fama, tunc fit præambulum ad beneficium hæredis, cum clauſula, quod non alienet bona, pro cautela abſentis in caſu, quo redierit.

Hin-

Unde etiam lapsis 20. annis præsumptio est, quod sit vivus absens, quamdiu mors plene, & perfecte non probatur, & ideo debet dari Curator bonis absentis,& non dividenda sunt bona inter hæredes; *Altim. ubi supra num.97.ex Fulv.Pacion.de probat.lib. 2.cap.7.& 8.Gutt.qu.7.lib.2. Bruneman in Cancellar, post decis.Mainald.Coroll.1.num.42.*

14 Curator conventus in judicio potest petere terminum, & ei concedi debet, prout conceditur Procuratoribus generalibus,Fidejussoribus, Cessionariis,& omnibus,qui conveniuntur pro alienis negotiis, juxta *text.in auth.qua in Provincia C.ubi de crimine agi oportet*,ubi DD.Civilistæ,& juxta *tex.in cap.Abstinentiæ de Procurat.*ubi *Glos.& Canonista.*

Qui terminus ad consulendum absentem principalem, tunc denegandus est a Judice, quando viderit non adesse necessitatem habendi instructionem ab absente; *Tex. in cap.4. §.spatium vers. judicantes 3. qu.32.D.Altim.d.rub.11.q.32.num.95.ex Bovadil.in Politicor. lib.3, cap.14.num.77.* & aliis ibi.

15 Curator datus instantibus creditoribus non solum potest conveniri,sed potest agere, & indistincte exercere omnes actiones active,& passive. *Tusc. concl.1106.num.39.lit.C.post Alex. cons.7. num.2.lib.2.* citati per *Dom.Altimar.d.rub.11.qu.31.*

16 *Forma per dare Curatore al reo assente fuori Regno.*

D.Ignatius Rozera Miles U. J. D. Regius Consiliarius, & ad causam infrascriptam per S.C.M.sive ejus S.R.C.Judex, & Commissarius specialiter deputatus, &c.Curiis Oleastri, & Turchiaræ insolidum, significamus, qualiter fuit coram nobis exhibitum, & præsentatum infrascriptum memoriale, tenoris sequentis, videl.Al Reg.Consigl.Signor D. Ignazio Rozera Com. Il Procuratore del Real Monastero di S. Agrippino supplicando espone a U. S. come ha convenuto il Magnifico D.Alesandro Cardone a doverli rilasciare una partita di annui docati cento, e setta di fiscali, che possiede sopra l'Università di Gragnano, che spetta al supplicante, e ingiustamente si esigge da esso Magnifico Alessandro, e per tale effetto ha fatto istanza nel S.R.C.ed avanti di U.S.essere il medesimo condannato non solamente al'a rilassazione di detta partita; ma anche alla restituzione di tutte le somme esatte dal tempo dell'acquisto, come possessore di mala fede, ed essendosi spedite le provisioni, per notificarle in partibus, si è ritrovato, che stia fuori Regno; perciò supplica U.S.dare Curatore all'assenza del detto magn.D.Alesandro, affinchè possi il supplicante procedere con persona legitima, ut Deus, &c.Quo memoriali viso, fuit per dict. causæ Comm. interpositum infrascriptum decretum, videl. Die 6. mensis Martii 1711.Neapoli,Per D.Reg.Consiliarium D.Ignatium Rozera causæ Commissarium &c. viso retroscripto memoriali provisum est, quod capiatur summaria informatio de absentia retroscripti Magn. D. Alexandri Cardone ab hoc Regno, ad finem providendi de Curatore, & committatur Curiis Oleastri, & Turchiaræ insolidum, & expediantur provisiones, &c.Rozera, De Alexio. Et instatum pro præsentium expeditione, & dicti præinserti decreti executione, etpropter vobis supra jam ante dictis dicimus, committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus, ad omnem instantiam, & requisitionem retroscripti Monasterii Sancti Agrippini, sive, &c.dictum præinsertum decretum, omniaque, & singula in ea contenta ad unguem debitæ executioni demandetis, juxta sui seriem continentiam, & tenorem, ut suum debitum sortiatur effectum, alias, &c.Datum Neapoli die 6. mensis Martii 1711.

Dalgnatius Rozera.
Nicolaus de Alexio Act. Mag.

Die trigesimo primo mensis Martii 1711. Oleastri Curia, &c.retroscriptæ provisiones S.R.C. fuerunt nobis præsentatæ pro parte Magnifici Procuratoris Realis Monasterii Sancti Agrippini, & per nos fuerunt receptæ supra caput, & fuit dictum, quod exequantur, juxta ipsarum seriem, & tenorem, pro quarum executione capiatur summaria ordinata informatio, & expediatur citatio ad testes.

Not. Januarius Giardino Loc. Deleg.
Rotolo Act. Deleg.

Ex provisione subscripti Locumtenentis Curia Terræ Oleastri Deleg. per S.R.C.

Bajulis nostris; sive, &c. noveritis qualiter in causa vertente in S. R.C. coram Domino Regio Consiliario D. Ignatio Rozera inter Magnificum Procuratorem Realis Monasterii Sancti Agrippini Civitatis Neapolis, & Magnificum D. Alexandrum Cardone Terræ Prignani, fuit interpositum decretum v3. Die sexta mensis Martii 1711. Neapoli. Per Dominum Regium Consiliarium D. Ignatium Rozera causæ Commissarium, &c. Viso retroscripto memoriali, provisum est, quod capiatur summaria informatio de absentia retroscripti Magnifici D.Alexandri Cardone ab hoc Regno; ad finem providendi de Curatore, & committatur Curiis Oleastri, & Turchiaræ insolidum, hoc suum, & expediantur provisiones, &c. Rozera. De Alexio. Et instatum nobis pro capienda ordinata informatione, ideo vobis dicimus, & mandamus, quatenus peremptorie citetis subscriptos Testes, ut ad pœnam unciarum auri 25.Fisco Regio, &c.prima die juris personaliter compareant coram nobis ad deponendum testimonium veritatis, super quibus fuerint interrogati, & signanter super tenore informationis prædictæ capiendæ, servata forma memorialis porrecti, & prædicti decreti S.R.C.per dictum Magnificum Procuratorem nobis remissi, alias, &c.caveant, &c.dantes,&c.mandantes,&c.Datum Oleastri die 31. mensis Martii 1711.

Giardinus Loc.Del.
Rot.Act.

Nomin. T.
T. di T.
T. di T.
Si sta la relazione,che sono citati a'31. di Marzo.

Die primo mensis Aprilis 1711. Oleastri, &c. & coram subscripto Delegato per S. R. C.

Magister Joseph Rotolo dictæ Terræ Oleastri ætatis suæ annorum 66.in circa, ut dixit, Testis summarie productus,citatus tamen,& medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super tenore memorialis porrecti per Magnificum Procuratorem Realis Monasterii Sancti Agrippini, in causa, quam habet cum Magnifico D.Alexandro Cardone, & ad opportunam interrogationem dixit, Signore io conosco, e so benissimo il detto Magnifico D. Alessandro Cardone, il quale so molto bene, ch'è nativo, ed ave abitato sempre nella Terra di Prignano, per essere ivi inquisito, e per quanto ho inteso dire, che presentemente si ritrovi fuora del nostro Regno, e che sia nella Città di Barcellona in Spagna per servigio di S. M. (che Dio guardi) il che l'ho inteso dire pubblicamente per essere cosa notoria, e quest'è la verità, che posso deporre su questo fatto; interrogatus de causa scientiæ, dixit, prædicta omnia scire, ex quo vidit,scit,interfuit,& audivit de loco,& tempore dixit,ut supra,per modum, ut supra,&c.

Interrogatus de contestibus dixit, ne può deporre Pietro Norya, Felice Malzone, Leopardo Nocito, Ma-

gadin labyr.cred.par.1, cap.2. §.uni. num.47. & cap. 13. & cap.32.

Sed hoc requisitum non est de substantia, nam etiam nemine instante potest Judex ex officio dare, ne bona careant defensore, *D.Altim.rub.11.de nullit.quæst.32.num.105. fol.255.*

Secundo requiritur, quod citentur omnes illi, quos tangit prima caussa successionis, qui si sunt certi, citatio debet fieri nominatim, etiam si sint filii Testatoris; Et quando hæredes erunt incerti, sufficit citatio generalis per proclama, vel per edictum, *Peregr.ubi supra, ex Capyc.decis.87.nu.1.& 3.Alex.cons.107.lib.5.Fulgos.cons.190.col.3.versic.item cum ipsa Caval.decis.114.num.3.Salust.Tiber. in prax. l.3. cap. 27. vers.qui ad secundum. Bart. cons. 340. l. 2. Franc.Marcus dec.27.par.1.D.Altim.loc.cit.n.107.*

Et etiam si filii velint gaudere *benef. l. & invent.* donec conficitur inventarium, datur Curator hæreditati, & in dicta datione Curatoris, filii sunt citandi, ut firmat *Peregr.ubi supra ex Guttier.in repet.§.sui n.107.& 109. instit.de hered.qualit.& diff. Borgogn.de tutor.c.1.n.110.Dur.decis.15.num.7.*

Tertio requiritur, quod fit citatio ad declarandum, & deliberandum, an sint, vel velint esse hæredes, & assignatur illis tempus unius anni; Extraneis vero tempus centum dierum, & potest per judicem dictum tempus moderari suo arbitrio, ut *Peregr.ibid. ex Bart.in l.die ff.ex quibus caussis major. Capyc.d.dec.87.Salust.Tiber.l.3.prac.c.27.*

Sed intellige; nam licet tempus adeundi hæreditatem durat 30. annos de Jure com.ex *l.licet C.de jur. deliber.*& volenti deliberare non potest assignari terminus minor unius anni illis, & centum dierum extraneis, quando tractatur de excludendo in totum a facultate ob non comparitionem, *Capyc. decis. 77.num.3.*

Judex tamen potest dictum tempus breviare, ut supra dictum est ad 30. dies, vel minus, arbitrio Judicis, per *l.si Curatores C.de jur.delib. Durand.cons. 15.nu.17.Verd.lib.1.instit.tit.de curat.nu.371. fol.90. Capyc. ubi supra*, & in praxi servatur dari terminus arbitrio Judicis dierum quatuor, *D. Altim. rub.11. q.32.de nullit.n.11.*& notorius est hic stilus in nostris his Tribunalibus, ex ratione, quia expedit, ne diu in suspenso retardetur cursus judicii, & perplexitas hæredis non officiat Creditoribus.

Nam dicta moderatio procedit tantum ad effectum, ut detur Curator hæreditati jacenti pro litibus expediendis, non autem, ut auferatur hæreditas filiis, aut aliis, si postea durante tempore uti voluerint jure præfato adeundi hæreditatem, ex *Guttierez.Capyc.& Peregr.ubi supra num.10.* Et propterea sufficit citatio illorum tantum, quos tangit prima caussa succedendi, & non altercare conjunctos, qui elapso dicto brevi termino, possunt prætendere successorium edictum.

Hoc tertium requisitum est necessarium in primis, & ante omnia, nec potest ordinari decretum, quod capiatur informatio super hæreditate jacente, nisi prius citentur illi, ad quos spectat successio, si sint, vel velint, an non, esse hæredes. Et ita fuit decisum per Mag. Cons. D. Flavium Gurgo sublimi Jurisprudentia a Deo dotatum sub die 28. Januarii 1667. tempore, quo erat Judex M. C.V. in caussa hæreditatis quondam Thomæ, & Joan. Baptistæ de Luca cum Marinella de Fusco prætendente posse fieri decretum, quod capiatur informatio; citatis agnatis, & cognatis, quos tangit prima caussa successiva, nulla præcedente citatione ad declarandum si sint, vel velint esse hæredes, dum quando citantur, poterunt respondere, quod velint.

Qui Dominus Gurgo mandavit, non extendi decretum, quod capiatur informatio, nisi prius fiat præceptum proximioribus defuncti ad declarandum, si sint, aut velint esse hæredes intra sex dies, Processus est in M. C. V. in banca magnifici Nicolai Foglia penes Scribam Mangione, successorem Scribæ Amanda, & processus intitulatur, *pro Jacobo Antonio, & Carolo Montione, fol.94. & 95.*

Nam ratio est, quia nisi ponantur in mora proximiores, non potest a Judice dari Curator.

Quarto Curator, quoties habere intendit bonorum administrationem, requiritur, quod conficiat inventarium, *Duran.decis.386.num.2.Peregr.Capyc. Caval.& Salust.Tiber.ubi sup.*

At si fuerit datus tantum, ut citari possit ad certam litem, vel actum, tunc non tenetur inventarium conficere, cum nihil recipiat, nullaque bona administret. ita *Peregr.ubi supra num.11.per l.ad protegendum C.de in litem dando Tutore, Vant.de nullit. ex defectu inhabilitat. num.145. Bart.decis.542. nu. 10.*& late *D.Altim.in rub.11. de nullit. qu.32. num. 82.* ubi *num.83.* dicit, quod bona tamen dicti Curatoris ad lites sunt obligata pro mala administratione, *de Franch.dec.22.n.3. Gratian.discept.125.nu.73.*

Quinto Curator tam si datur ad certum actum, seu litem, quam si sit datus generaliter ad omnes actus, de jure tenetur idoneam fidejussionem dare, *Peregr. ubi supra ex l.de creationibus, C.de Episcop.audientia; l.si ad species, & ibi glos. Dotem pupilli salvam fore, Alexander cons.163.l.5.Oldrad.cons.50. in fine, Angel.cons.193.Capyc.Cavalc.& Tiber.ubi supra.*

Sed in practica nunquam vidi hoc requisitum servari in S.R.C. & M.C.V. nec aliis Curiis Regni nostri, & ultra praxim quam in dies video, observavi etiam plures antiquos processus; prout hanc praxim testatur etiam *D.Altim.in d.rub.11.q.32.n.82.& 120.*

Et dicit esse praxim antiquissimam, teste *Bald. cons.232.vol.2.* ideo cave a *Peregr.* & aliis supra citatis. Quia hæc duo requisita de inventario, & satisdatione non servantur in Regno nostro Neapolitano, nec in Regno Siciliæ, nec Romæ, imo sic esse stylum omnium Curiarum annuit dictus *D.Altim. cons. 120.*ex nonnullis adductis, ibi citatis.

Sexto Curator tenetur in ipso actu deputationis promittere hæreditatem jacentem bene defendere, & utilia agere, & inutilia prætermittere, & idem fidejussor promittere tenetur. & ita passim observari *in: prax.* testatur *Peregr.*ubi supra, ex *dict. l.de Creationibus, & l.si ad species*, ubi *glos. & Bart.& Vant. ubi supra n.146.Cravet.cons.540.n.1.& 3.Burat.dec. 527.nu.8.Silvest.Tiber.lib.1.cap.54.nu.5.Cappell.Tholos.d.c.74.& 246.*

Hoc requisitum mihi videtur necessarium; sed nec in Praxi unquam servari, nec servatum esse in nostris Tribunalibus Regni.

Verum tenetur facere librum de expensis factis in litem, item si bona in ejus posse pervenirent, tunc tenetur facere inventarium, & satisdare, & finita administratione tenetur reddere rationem, & reliqua restituere actione negotiorum gestorum, *D. Altim. ubi supra num.121.& seq.*

Curator datus hæreditati jacenti, vel minori, aut alteri, debet esse præsens in judicio absentis, *l. 3. §. si pupillus ubi Bartolus, & Aret. Gail. observat. 108. num.5.l.2.Aufrer.decis.81.Salust.Tiber.l.3.c.24.num. 5.Peregr.ubi supra.*

Hinc adde octavum requisitum v3. ut non adsint certi hæredes, qui adiverint hæreditatem, nam hæreditas adita non dicitur jacens, nec Curator datur, quando adsunt certi hæredes, qui adierunt, juxta casum relatum per *Muscatel. in glos. intimato part. 2. num.45.& 46.*ubi refellitur *Ursil. ad Afflict.dec.256. nu.3.*ubi dicit posse dari Curatorem hæreditati jacenti, quando hæres est infans, & nullus comparet, qui infantem defendat, quod est falsum.

Nam

Nam datur, ubi sunt hæredes, quibus spectat successio, sed non adhuc deliberaverunt adire, est tamen spes adeundi si velint.

Et proinde cautela erit, quæ potest numerari pro requisito, in casu, quo ignoratur quis sit in gradu successibili, sive in dubio sit, quos tangit prima causa succedendi, tunc antequam citentur agnati per edictum, capiatur summaria informatio sine partis citatione de omnibus qualitatibus prædictis, quæ concurrere debent, & constito, quod sunt incerti hæredes, tunc sufficit citatio per edictum, *Capyc.dec.* 87.*n.*2.prout dixi supra in secundo requisito.

6 Et antequam ad alia divertamur, est bene hic advertendum, quod is, ad quem spectat prima causa succedendi, sit pubes, vel impubes, ut legitime ponatur in mora, ut possit provideri hæreditas jacens de curatore, non potest dicto minori fieri illud primum præceptum, quod declaret, si sit, vel esse velit hæres, quia ad adeundam, vel repudiandam hæreditatem, necessaria est auctoritas tutoris pro pupillo infantia minori, & Curatoris pro pupillo impubere, sive infantia majori; imo nec tutor solus, nec Curator solus potest hæreditatem adire, nec repudiare, *text.in l.potest C.de jur.delib.*

Propterea nota bene hanc praxim, si nullitates evitare velis,

Primo, debet pupillus minor infantia provideri de tutore speciali ad illum unicum actum adeundi, vel repudiandi hæreditatem, vel, si major infantia, provideri de curatore speciali pro adeunda hæreditate, & deinde fit præceptum minori, & tutori; & adulto sive majori infantia, & curatori, ut infra quattuor dies declaret dictus minor cum authoritate sui tutoris, si fuerit minor infantia, vel cum authoritate curatoris, si fuerit major infantia, an velit esse hæres; & si declarat, quod vult; tunc debet prosequi litem; & si est major infantia, debet dari alius curator ad litem, juxta practicam dandi curatorem majoris infantia, per nos traditam suo loco.

7 Si vero non declarat, aut declarat nolle esse hæredem, tunc datur curator hæreditati jacenti. Nec obstat regula, quod non possit dari tutor ad unum actum per *tex. in l.certar.cum duob.seq. ff.de testam. tut.* quia dicta regula limitatur, ut possit dari tutor specialis ad unum actum pro adeunda hæreditate, ut *in l.si hæreditas ff.de testam.tut.& l.unum in una, §. tutor ff.de appell.* ut post *Gutier. de tut. par.*2.*cap.*19.*num.*10. perpulchrè more suo docet insignis ille vir *D. Cons. Altimar. in suo laboriosissimo, & aureo tract.de nullit. sent.rubr.*32.*a n.*13.*& seqq.*

Verum si pupillus, vel adultus habet tutorem, vel curatorem generalem, tunc evitantur tanti circuitus, & facto præcepto, ut infans cum authoritate sui tutoris, & adultus cum authoritate sui curatoris declaret, an velit esse hæres, & facta declaratione, quod velit, judicium prosequitur cum eodem tutore, vel curatore; Nec est necessaria alia datio tutoris, vel curatoris, & si non declarat, tunc datur curator hæreditati jacenti, cum quo judicium valide fieri potest.

His requisitis sic prolixè positis, dico; quod ut mos noster servetur compendiosam praxim tradendi, reassumenda sunt requisita, quibus pro germana, & hodierna praxi in hoc Regno utimur, ut quoties non habemus hæredem declaratum, Judex tam ad instantiam actoris, quam ex officio potest, imo debet providere de curatore hæreditatem, quæ non adhuc est adita, prout debet providere filium fam. minorem, qui habet patrem deportatum, & debet dare curatorem bonis captivi, durante captivitate, & furioso, durante furore, & ventri, donec nascitur infans, & bonis absentis extra Regnum, qui non reliquit Procuratorem cum mandato valido, vel absentis, qui licet sit intra Regnum, nescitur tamen, in quo loco sit, sic etiam bonis banditi, sive forjudicati, & similium.

Quia judicium consistit ex tribus personis; actore, Judice, & Reo, *l. forus §. in omni, ff.de verb. signif.* & deficeret Reus, & processus esset nullus, si prius non provideretur de curatore hæreditati jacenti, quam successor non adhuc deliberavit adire, vel repudiare, & ita etiam deportato, vel captivo, vel furioso, ventri, vel absenti; aliàs claudicaret judicium, quod fieret absque reo, sive defensore rei.

8 Ideo primum requisitum est, ut fiat præceptum hæredibus, si sunt certi, an velint esse hæredes, & termino elapso, si non declarant velle, seu nolle, tunc dicitur positus in mora, & hoc unicum præceptum sufficit eodem citato, & fit decretum; quod capiatur summaria informatio, quod hæreditas non adhuc est adita; In qua informatione capienda, adhuc sunt citandi dicti hæredes certi, qua capta Judex eligit Curatorem arbitrio suo melius visum, & acta facta cum dicto Curatore sunt valida.

At ubi hæres non est certus, & nescitur quis sit heres legitimus, tunc debet fieri diligens indagatio, & cautela erit, ut non solum citentur agnati, & cognati certi, sed ut citentur agnati, & cognati incerti per proclama, & edictum affigendum in Curia, vel alio loco solito, juxta morem Regionis, cum termini assignatione, quo elapso, capta informatione, quod nullus adivit hæreditatem, datur curator; & utroque casu, valent acta facta cum curatore, licet discooperiatur deinde, quod hæreditas jam fuisset adita, quia creditor, & Iudex fecerunt diligentem indagationem, & præsumitur malitia hæredis declarati, qui non comparuit tempore edicti, *D.Altim.rub.* 11.*q.*32.*de nullit.n.*258.post *Salgad.in labyrint.cred. p.*1.*cap.*32.*nu.*1.*& p.*3.*cap.*13.*nu.*74.

Sed in hoc adverte, quod tunc dicitur certus hæres, quando quis est institutus in testamento, aut sunt filii, vel alii descendentes defuncti; tunc sufficit, quod citetur hæres institutus in testamento, vel filii defuncti ab intestato, nec opus est citare alios pro dando curatore, nec opus est proclama, vel edictum.

Verum si institutus in testamento repudiavit hæreditatem, & filii ab intestato adhuc repudiarunt, sive declaraverunt velle abstinere, tunc debet fieri diligentia, & citari omnes agnati, & cognati certi per citationem particularem, & incerti per edictum, ut si quis esset hæres, vel esse velit, compareat, quia repudiata hæreditate aperitur locus successorio edicto, & non potest dari Curator hæreditati, nisi prius sint requisiti, & ponantur in mora omnes illi, qui possint adire hæreditatem, si velint; at si termino elapso, non deliberaverint, tunc datur, cum quo legitime procedi possit ad instantiam actoris, pendente deliberatione illorum, ad quos hæreditas spectat.

Adeo quod si hæres scriptus in testamento haberet substitutum vulgariter, tunc facto ei præcepto, ut infra quattuor dies, vel terminum Judici visum declaret, an sit, vel velit esse hæres, si declarat se hæredem, est finita quæstio; nam cum eo valide proceditur: si nihil dicat, tunc debet dari Curator hæreditati, quia ille institutus poterit infra tempus a legibus statutum deliberare, & adire, & donec manet insuspensa dicta deliberatio, dicitur jacens hæreditas, & ut provideatur indemnitati actoris datur Curator, idest defensor dictæ hæreditatis.

Sed si institutus declarat nolle esse hæredem, tunc non potest dari Curator hæreditati, nisi prius requiratur substitutus, ut infra alium terminum declaret, si sit, vel esse velit hæres, dum per repudiationem instituti, aperitur locus substituto per vulgarem,

l.3.

l.3. §. fin. ff. de lib. & posth. l. si filius ff. de hered. inst. l. Lucius §. Titius ff. de vulg. & pup.

Et si substitutus declarat se hæredem, judicium incipitur, prosequitur, & finitur cum dicto substituto; si vero infra terminum nil dicit, debet dari Curator hæreditati jacenti; & si adhuc repudiat, quia aperitur locus ad beneficium aliorum ab intestato succedentium; propterea illi, quibus est apertus locus succedendi, debent prius requiri per citationem, an velint esse ipsi heredes. Quæ citatio fit per edictum contra incertos, & particularis citatio contra certos, si qui sunt certi, & sciantur. Et elapso termino dierum novem in edicto præfixo, accusatis contumaciis, fit decretum, quod detur Curator hæreditati jacenti.

Hæreditas jacens non adita sortitur eumdem forum, quem habet defunctus; quare si hæreditas laici adita non est, etiam si hæres institutus sit Clericus, convenienda est coram Judice laico apud quem defunctus debet conveniri. Et vice versa

Si hæreditas jacens sit Clerici, quamvis hæres laicus fuerit institutus, tamen convenienda erit coram Ecclesiastico Judice Clerici defuncti, quia hæreditas jacens repræsentat defunctum, non hæredem, *Carlev. de judic. lib. 1. tit. 2. disp. 2. qu. 5. n. 322. ex text. in l. nonnimus 31. in fine ff. de hæred. instit. l. hæreditas 34. l. hæreditas 61. ff. de acquir. rerum dominio, l. deniqs 13. §. quæsitum ff. quod vi, aut clam*, cum aliis ibi, *de Franch. dec. 401. num. 28.*

Hæreditas jacens non solum repræsentat defunctum quoad forum sæculare, vel ecclesiasticum, ut supra dictum est: verum etiam quoad locum, ubi, si viveret, defunctus poterat conveniri, & ubi multi sunt fori, electionem esse actoris jam diximus supra, *Carlev. ibidem* 323. Unde

Hæreditas jacens defuncti Clerici antequam adeatur, adeo Clericum repræsentat, ut non solum distributio, & venditio illorum bonorum ad Judicem Ecclesiasticum spectet, sed etiam dicta bona sunt immunia a solutione gabellæ, rejectis contrarium tenentibus, *Ricc. resol. 129. p. 3. Novar. de elect. fori qu. 27. num. 5. sect. 2. in ult. impres. Neap.* & sequitur *Carlev. ubi supra num. 326.*

Hæreditas jacens repræsentat defunctum etiam quoad ætatem, *Afflict. decis. 211. num. 2.* Unde si defunctus esset pupillus, & hæres major, & hæreditas jaceret, hæres non tenebitur pro gesto cum hæreditate, nisi quatenus jacens hæreditas locupletior esset facta, quia donec jacet, pupillum defunctum repræsentat, non hæredem majorem.

Et ita vice versa, si defunctus esset major, & hæres minor, quæ gesta sunt a Curatore bonorum, jacente hæreditate, secundum juris formam, rata habentur sine auxilio restitutionis, quod minori futuro hæredi competeret, quod ei non competit, *de Franch. decis. 627. Carlev.* ubi supra *nu. 326.*

9 Hæreditas jacens, licet in omnibus repræsentet defunctum, ut supra dictum est; tamen testamenti insinuatio, & publicatio, & inventarium bonorum, semper sunt facienda coram Judice sæculari, & non coram Ecclesiastico, & tam si defunctus sit laicus, & hæres sit Clericus, vel pius locus, quam si defunctus sit Clericus, & hæres sit laicus: hanc quæstionem pro, & contra latè disputat, & hoc modo firmat *Carlev. lib. 2. tit. 1. disp. 2. qu. 5. ex num. 329.*

10 Hæreditas jacens nunquam dicitur esse in mora, licet fuerit datus Curator, nec ei currit terminus, nisi adita sit hæreditas per hæredem, quia cursus termini non incipit ab hæreditate, sed ab hærede.

Quo fit, ut interesse tertiarum non currat, quod absque mora currere non potest, ut latè *Staib. tom. 2. cent. 2. resol. 176. num. 22. & seq.*

11 Et ex hac ratione per Sac. Cons. fuit decisum unum valdè singulare, quod Curator hæreditatis jacentis potest petere primum beneficium, etiam post elapsum mensem a die publicationis, & in hoc limitatur *Reg. Pragm. 16. de ord. judic.* per quam statuitur novissimè, ut infra terminum 30. dierum possit peti primum beneficium a die publicationis, & infra alios 30. possit peti secundum beneficium a die elapsi primi, ut diximus *in capite de primo, & secundo beneficio* „ (verum hodie, ut *ibid.* diximus, cum sublatum sit secundum beneficium, intelligendum est tantùm de primo), & ita decisum refert *Rovit. dec. 42. num. 2. Staib. tom. 2. cent. 2. resol. 140. num. 13. & resol. 176. num. 28.*

Et ex eadem ratione, mortuo appellante, donec hæreditas jacet, saltem donec dictæ hæreditati datur Curator, fatalia non currunt, *Staib. d. resol. 140. n. 6.*

Et ex eadem ratione donec jacet, non perimit instantia, *Rovit. cons. 66. n. 6.* quia peremptio instantiæ est ordinata favore publico ob desiderium agentis, quæ semper præsumitur potius contra agentem, quam contra Judicem, *Rovit. ibid. ex Cravet. cons. 270.*

12 *Formola di dare il Curatore all'eredità giacente, quando non si sà l'erede.*

Nella G. C. della Vicaria comparisce il Beneficiato di Santa Maria Costantinopoli Juspat. delle Magnifiche Anna, e Caterina Rosella, e dice, come non può proseguire il giudizio d'assistenza, intentato sopra li beni del quondam N. a causa, che non si sà l'erede, nè si sanno gli Agnati, e Cognati, a'quali può detta eredità spettare, fa istanza perciò commettersi a' Magnifici Officiali, e Mastrod'atti *insolidum* della Corte della Terra del Sacco, che citati gli Agnati, e Cognati, se ve ne sono, anche *per edictum, & servatis servandis* pigli informazione di detta eredità, se è giacente, affinchè trasmessasi detta informazione in essa G. C. si possa procedere a quanto sarà di giustizia, affine di provvedersi di Curatore, così dice, salvis, &c. ed in ogni altro miglior modo, &c.

Die 7. mensis Julii 1712. Neap. &c.

Per subscriptum Dom. Jud. M. C. V. Visis actis, ac supradicta comparitione fuit provisum, & decretum, quod de expositis in ea capiatur summaria informatio, testes habeantur pro citatis, & committatur, prout præsenti decreto committi mandatur Magnificis Officialibus, & Actuario insolidum Curiæ Terræ Sacci, qui citatis prius Agnatis, & Cognatis supradictis, etiam per edictum in forma, & requisitis requirendis ad informationem prædictam procedant, qua capta transmittant ad hanc M. C. ad finem providendi de Curatore, hoc suum, &c.

Invitti.

CAROLUS DEI GRATIA
Rex Hispaniarum, ac divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, &c.

Joseph Leopoldus de Sancto Severino Comes Clarimontis, Saponariæ, & Altimontis, &c. ac in præsenti Regno Magnus Magister Justitiarius, &c.

Quibusvis Alguzinis, & servientibus tam dictæ M. C. V. quam aliarum quarumvis Curiarum, & locorum insolidum requirendis, &c. Ad omnem instantiam, & requisitionem retroscripti comparentis, sive, &c. mandatur retroscriptis Magnificis Officialibus, & Actuario insolidum Curiæ Terræ Sacci, quatenus inspecto tenore præsentium observent, & observare faciant, & debeant retroscriptum decretum, & omnia in eo contenta, juxta sui seriem, continentiam, & tenorem, ita, & taliter, quod suum sortiatur debitum effectum, dantes, &c. & contrarium

non faciant, &c. alias, &c. Datum Neapoli die 7. mensis Julii 1712.

Cæsar Invitti.
Joachim Sorrentinus Act. Mag.
Franciscus de Marinis Scriba.

Formola per eseguire le provisioni della Vicaria, che si mandano.

De mandato Curiæ Terræ Sacci ad infrascripta per M.C. Vicariæ Delegatæ. Servienti di nostra Corte, ed altre *insolidum* laperete, come ci sono state presentate l'infrascritte provisioni commissionali della G.C. della Vicaria v3.

S' inseriscono dette provisioni per intiero.

Quali provisioni ricevute da noi sopra la testa con ogni riverenza, che si conviene, essendoci stata fatta istanza per l'esecuzione di esse, perciò vi diciamo, e con la Regia autorità, che in quest'affare tenemo; vi comandiamo, che ad istanza degli esponenti, o di altro in lor nome perentoriamente debbiate citare gli agnati, e cognati certi personalmente, o in casa, e gl'incerti, medesimamente per editto, che fra tre giorni, assegnando un giorno per lo primo, un'altro per lo secondo, ed un'altro giorno per lo terzo, ed ultimo perentorio, e da là avanti con la continovazione compariscano, e ciascheduno di essi comparisca avanti di Noi in questa nostra Corte nella solita ora delle cause a dichiarare, se alcuno di essi sia, o voglia esser'erede del quond. D. Vincenzo Furno, ed a vederne il giuramento da'testimonj, che sommariamente si hanno da esaminare sopra il contenuto in dette provvisioni commessionali, altrimenti &c. ed acciocchè venga a notizia di tutti, e da niuno causa d'ignoranza allegar si possa, vogliamo, e comandiamo, che si affigga copia della presente citazione al luogo, dove solitamente si sogliono affiggere gli editti. Si citino anche li sottoscritti Rei convenuti sopra tutte le cose sopradette, ed a vedere il giuramento de'testimonj. Dato nella Terra dal Sacco a dì &c.

Si sottoscriva dall'Officiale, e dal Mastrod'atti.

Poi si facci la relazione del seguente modo.

Lo stesso dì, ut supra a . . . del mese di Luglio 1712. nella Terra del Sacco.

T. di T. ordinario Giurato della Corte di detta Terra ha riferito a me sottoscritto ordinario Mastrod'atti della Corte suddetta, come ha fatto molta diligenza, e non ha potuto aver notizia chi fussero gli agnati, e cognati, i quali fussero succeduti all'eredità del quondam D. Vincenzo Furno, ed ha pubblicato il retroscritto editto oggi predetto dì, secondo si costuma in questa Terra, e ne'soliti luoghi di essa, con altà, ed intelligibil voce, come è solito farsi da ogni banditore, con averne lasciata affissa copia nell'T. luogo nel modo, e forma, che gli è stato commesso in presenza delli sottoscritti testimonj T., e T. ed altri, ed oggi predetto di ha insinuato il Magnifico Giuseppe Monaco, e Biase della Tempa Rei convenuti personaliter nel modo, e forma, che l'è stato commesso, ut supra, ed in sede, &c.

Si sottoscriva il Mastrod'atti.

E si avvertisca, che se li detti Rei convenuti fossero assenti dalla patria, che non si potessero citare di persona, basta citarsi alla casa.

Dopo elassi li tre giorni, al terzo giorno si esamineranno tre testimonj del seguente modo.

Die . . . mensis Julii 1712. in Terra Sacci, & coram T. Governatore di detta Terra del Sacco.

T. disse vivere del suo, ovvero con la T. arte di sua età d'anni . . . o circa, come ha detto esso testimonio sommariamente prodotto per parte del Reverendo Beneficiato di S. Maria Costantinopoli jus padronato delle Magnifiche Anna, e Caterina Rosella, e mediante suo giuramento interrogato, ed esaminato sopra il tenore delle retroscritte provvisioni commissionali, e quanto in esse si contiene, ha risposto: *Signore, so benissimo, che N. cittadino di questa Terra del Sacco mia Patria, passò da questa all'altra vita nel tempo del contagio, che fu in questo Regno, in questa nostra patria nell'anno 1656. per quanto a me è noto, e come ne corre pubblica voce, e fama in questa nostra patria, che niuno si è dichiarato erede di detto N. nè si sà a chi persona potesse detta eredità spettare, e questo è quanto posso deponere per causa di scienza, e n'è pubblica voce, e fama per tutta la gente di questa padria.*

E così ha deposto per causa di scienza, ut supra.

Io T. de T. ho deposto, ut supra.

E si sottoscriva l'officiale, a Mastrod'atti.

Di consimile modo si stendano due altri testimonj avvertendo di potere avere li più vecchi testimonj.

E se fussero quelli nati prima della peste, che conoscessero detto D. Vincenzo; che potessero deponere averlo veduto morto disteso in terra, e seppellire, sarebbe meglio.

Avvertendo di mutare, che non siano l'istesse parole, che paresse copiato un'esame dall'altro, ma che sia l'istesso senso v3.

Ha risposto: *Signore, per quanto a me costa l'eredità di N. è giacente, non essendo stata mai da persona alcuna accettata, nè si sà a chi potesse detta eredità spettare, essendo detto quondam D. Vincenzo morto in tempo di peste, che fu nell'anno 1656. e questo lo sò per causa de scienza, che questa padria è piccola, e così ne corre voce, e fama, fra tutti,* & ita deposuit, de causa scientiæ, ut supra.

Pigliata detta informazione, chiusa, e sigillata si manderà con la sopralcritta v3.

Atti civili, che si trasmettono da questa Corte della Terra del Sacco alla G.C. della Vic. alle mani di Francesco Marino Scrivano, in banca del Magnifico Sorrentino.

13 *Formola di editto per l'eredità giacente, quando non si sà a chi spetta l'eredità.*

D. Carolus Jannelli Miles U. J. D. Regius Consiliarius, & ad causam infrascriptam per S.R.M. sive ejus S.R.C. Judex, & Commissarius specialiter deputatus, &c. Regiis Porteriis S. R. C. sive aliarum quarumvis Curiarum servientibus insolidum, significamus, qualiter fuit coram nobis præsentata infrascripta supplicatio, cum Regia decretatione in calce ipsius, tenoris sequentis v3. S.R.C.M. Supplicat humiliter Doctor Phisicus Dominicus Covatta, exponens, qualiter inter dotes quondam Angelæ Gobbo suæ uxoris fuerunt a quondam Doctore Joanne Antonio Gobbo patre, & dotatore ad exponentis beneficium promissi; & assignati duc. tercentum capitalis cum sua annualitate consequenda ab Universitate Lanosani, mediante instrumento assignationis *fol.* 35. nuper ab Universitate prædicta fuit mota lis adversus capitale prædictum, & per retroscriptum Regium Consiliarium D. Carolum Jannelli dictæ causæ Commissarium fuit datus terminus, non impedita solutione, & licet Universitati nullum competat jus, tanto magis, quia creditum est Regio assensu roboratum, ut *fol.* 11. Attamen cautius agendo, quatenus, quod non creditur, aliqua oriretur sententia contra exponentem, laudat hæredes dicti Doctoris in Authores, & quia nescitur quis hæres sit, citandi sunt agnati, servatis servandis, & si hæreditas est jacens, de Curatore providenda est, ut unica sententia, & simultaneo processu hæres, vel hæreditas jacens condemnetur, & cogatur ad onus judicii suscipiendum, expensis subministrandum, indemnem exponentem ser-

van-

vandum, & ad reficiendam quantitatem forsan evincendam, cum omnibus damnis, expensis, & interesse, unica tamen solutione contentus. Supplicat propterea M. C. causam prædictam committere dicto D. Carolo Jannello causæ Commissario inter exponentem, & Universitatem, vel alii Consiliario M.V. melius viso, qui super omnibus petitis, cum annexis, emergentibus, & dependentibus jus, & justitiam sibi ministret, suspenso interim decreto termini, literas laudatoriales, expediri, ita supplicat salvis, &c. omni modo meliori, &c. Tenor vero Regiæ decretationis talis est v3. Idem Magnificus causæ Commissarius supplicata recognoscat, partes audiat, provideat, & in S.C. referat. Rubinus Regens, & Præf. &c. provisum Neap. die 11. Julii 1712. Palermo. Super qua supplicatione fuit interpositum infrascriptum decretum tenoris sequentis v3.

Die 11. mensis Julii 1712. Neap.

Per Dominum Militem U. J.D. D. Carolum Jannelli Regium Consiliarium, & causæ Commissarium, visis actis, ac retroscripta supplicatione, provisum, & decretum est, quod capiatur summaria informatio de hæreditate jacente retroscripti Doctoris Joannis Antonii Gobbo, citatis agnatis, & cognatis ad finem providendi super petitis, hoc suum, & expediatur citatio per edictum, &c. Jannelli, Custolus. Imbrognus Scriba. Quo decreto interposito fuit nobis instatum præsentes citationes per edictum expediri debere; ideo vobis, ut supra jam dictis insolidum, dicimus, committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem supradicti supplicantis, sive, &c. Per hoc præsens citationis edictum affigendum in locum rei sitæ, citetis, requiratis, & moneatis omnibus, & quibuscumque interesse prætendentibus super hæreditate supradicti quondam Doctoris Jo: Antonii Gobbo, quatenus infra dies novem, hoc est, tres pro primo, tres pro secundo, & tres pro ultimo, & peremptorio termino, si eorum putaverint interesse, compareant ad dicendum quicquid, & c. aliàs ipso termino elapso, accusatisque debitis contumaciis, procedemus, & providebimus, ut juris, in causa prædicta, aliàs, &c. Datum Neap. die 12 mensis Julii 1712.

Carolus Jannelli.
Joseph Carolus Custolus Act. Mag.
Blasius Imbrognus Scriba.

AVVERTENZA.

La retroscritta formola si manda fuora al luogo, dove è l'eredità.

Ma si deve fare un'altro editto consimile, che si affigge alla porta di quella Ruota del S. C. dove risiede il Commessario, e non si muta altro, se non che il titolo, che si fa del seguente modo.

De Mandato Regio.

Ex provisione facta per D. Militem U. J.D. D. Carolum Jannelli Regium Consiliarium, & causæ Commissarium.

Regiis Porteriis S.R.C. insolidum significamus, qualiter fuit coram nobis præsentata infrascripta supplicatio, cum Regia decretatione in calce ipsius tenoris sequentis v3.

S'inserisce la supplica, col decreto dell'istesso modo, che sta inserita nella retroscritta formola.

Quo decreto interposito fuit nobis instatum præsentes citationes per edictum expediri, ideo vobis, ut supra jam dictis insolidum, dicimus, committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem supradicti supplicantis, sive, &c. Per hoc præsens citationis edictum affigendum in valvis S.R.C. citetis, moneatis, & requiratis omnibus, & quibuscumque interesse prætendentibus, super hæreditate supradicti quondam Doctoris Joannis Antonii Gobbo, quatenus infra dies novem, quorum tres pro primo, tres pro secundo, & tres pro tertio, & ultimo peremptorio termino assignamus, si eorum putaverint interesse, compareant ad dicendum quicquid, aliàs ipso termino elapso, accusatisque debitis contumaciis procedemus, & providebimus in causa prædicta, ut juris, aliàs, &c. die 11. mensis Julii 1712.

Carolus Jannelli.
Carolus Custolus Act. Mag.
Blasius Imbrognus Scriba.

Adest Sigillum.
Citatio per edictum, ut supra.

14 *Formula petendi Curatorem in hæreditate jacente, cum informatione, & decretis, quando ignorantur Agnati.*

Al Regio Consigliere Signor D. Amato Danio Commessario.

Sofia di Giudice Matteo, e Felice Franchina della Città di Monte Corvino, umilmente espongono a U.S. come hanno intentato giudizio d'assistenza contra la Magnifica Faustina, e Vito di Ajutolo Conjugi possessori di un'Oliveto, che fu della quondam Cornelia Pico, Bartolomeo, e Gioseppe Denza madre, e figli per molte centinara, che devono conseguire di capitale, è terze, mediante istrumento presentato in Banca di Falvo penes lo Scrivano Gierafo, & non ha potuto proseguire a compilare il processo sì per le ferie, come perchè l'eredità è giacente, nè si sà a chi può spettare detta eredità; Pereiò dovendosi provedere di Curatore, supplica U.S. ordinare allo Scrivano, che stenda il decreto, per pigliare summaria informazione dell'eredità giacente, e commettere alla Corte di Monte Corvino, se vi fosse alcuno, che fusse erede, o volesse essere erede, o se sia stata adita; e non essendo adita, chi siano li più congionti, a' quali possa spettare la successione in detta eredità, affinchè da quella possa U.S. provedere quello li parerà di giustizia, che ut Deus.

Die 2. mensis Septembris 1697. Neap. præsentata per Hyeronimum Cicerchio Proc.

Die 2. mensis Septembris 1697. Neap. Per Dominum Militem U. I. D. Amatum Danio Regium Consiliarium, & causa Commissarium fuit provisum, quod de expositis in retroscripto memoriali capiatur summaria informatio, & committatur, prout præsenti decreto committitur Magn. Gubernatori, & toti Curiæ insolidum Montis Corbini, qui citatis agnatis, & cognatis, ac requisitis requirendis ad informationem prædictam procedat ad finem providendi de Curatore, hoc suum, & expediantur provisiones. *Amatus Danio.*
Falvus.
Cerasius Scriba.

Formula Commissionis pro examinandis testibus.

Amatus Danio Miles U.I.D. Reg. Consil. & ad causam infrascriptam per S.R.M. sive ejus S. R. C. Judex, & Comm. specialiter deputatus.

Magnifico Gubernatori, & toti Curiæ insolidum Civitatis Montis Corbini significamus qualiter ad instantiam infrascriptæ magnificæ supplicantis, sive, &c. fuit in dicto S. C. & coram nobis exhibitum, & præsentatum infrascriptum memoriale tenoris sequentis v3. (Hic inferitur.)

Quo memoriali per præfatum D. Causæ Commiss. viso, fuit interpositum infrascriptum decretum tenoris sequentis v3. (inferatur decretum.)

Pro cujus præinserti decreti exequutione fuit instatum pro præsenti expeditione, quapropter vobis, ut supra jam dictis Magnifico Gubernatori Civitatis Montis Corbini, & toti Curiæ insolidum committitur, & mandatur, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem retroscriptæ Magnificæ supplicantis, sive, &c. de expositis in præinserto memoriali in biduo capere habeatis, & debeatis summariam informationem de expositis in eo, citatis agnatis, & cognatis, ac requisitis de jure requirendis, & una cum præsentibus transmittatis, & transmittere valeatis clausam, & sigillatam, ut decet, & moris est, ut habita, & visa valeamus partium indemnitati de justitia providere, & ad ulteriora procedere, & hoc pro exequutione præinserti decreti S. R.C. sivè præfati Domini causæ Commissarii, quod ad unquem observetis, & observare faciatis, juxta ipsius seriem, continentiam, & tenorem, dantes, & concedentes, &c. ac mandantes &c. alias, &c. Datum Neap. die 2. mensis Septembris 1697.

Amatus Danio.

Philippus Falcus pro Vivo.

Joseph Cerasius Scriba.

CAROLUS II. DEI GRATIA REX.

T. de T. Gubernator Status T. & ad infrascripta per S.R.C. specialiter deputatus.

Quibuscumque Juratis, & servientibus nostræ Curiæ, & aliarum insolidum requirendis, significamus, qualiter nuper fuerunt nobis præsentatæ infrascriptæ literæ commissionales S.R.C. tenoris sequentis v3.

Qui s'inferiscono le provisioni per intiero.

Quibus quidem literis commissionalibus supra caput receptis, omni, qua decet reverentia, fuit nobis instatum de opportuna provisione, nos enim, &c. Ideo vobis jam dictis insolidum dicimus, & Regia, qua in his fungimur authoritate, mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam exponentium, sivè, &c. peremptoriè citetis infrascriptos agnatos, & cognatos, scilicet certos personaliter, vel domi, & incertos per edictum, ut moris est, quatenus si sua putaverint interesse, infra dies novem, quorum tres pro primo, tres pro secundo, & tres pro tertio, & ultimo peremptorio termino assignamus, & & deinde in antea cum continuatione compareant coram nobis in nostra Curia hora solita causarum ad declarandum si quis eorum sit, vel velit esse hæres, & ad videndum juramenta testium, summariè producendorum, & examinandorum ad instantiam exponentium, super contentis in dictis præinsertis literis commissionalibus, alias, &c. & ut omnibus innotescat, & a nemine ignorantiæ causa allegari possit præsentis citationis copia affigatur in valvis solitis hujus Curiæ, prout affigi mandatur.

Citentur insuper T. & T. conjuges rei conventi ad videndum dictos testes jurare. Datum in Civitate T. die &c.

D. Gubernator.

Nomina Agnatorum certorum v3.

T. T. Nomina Cognatorum.

Nomina Reorum principalium v3.

T. T. ad V.I.T.

T. Actuarius.

Citatio cum inserta forma commissionis ad capiendam informationem de hæreditate jacente quondam T. de T.

T. die. & T. de T. ut supra.

Eodem quo supra die T. mensis T. anni 1697. in Civitate T. Talis de Tale ordinarius Iuratus Curiæ prædictæ Civitatis retulit mihi infrascripto ordinario Actuario Curiæ prædictæ, se publicasse retroscriptum edictum hoc prædicto die, more, & locis solitis hujus Civitatis alta, & intelligibili voce more præconis, & affixisse copiam in valvis Curiæ, modo, & forma sibi commissis, præsentibus pro testibus T. de T. & T. de T. & aliis. Nec non se dicta die intimasse edictum prædictum, & singula in eis contenta retroscriptis personis personaliter, & domi, prout sunt signati modo, & forma sibi commissis, & in fidem, &c.

T. Actuarius.

Elapso termino producuntur tres, vel saltem duo testes, & pro faciliori modo possunt produci infrascripti articuli v3.

Quæ breviter intendunt probare T. de T. & T. de T. actrices in causa, quam habent cum T. e T. conjugibus, nominibus, ut ex actis, non se adstringentes, &c. cum potestate addendi, &c. variandi, minuendi, isto, & omni alio meliori modo, &c.

In primis intendono provare, come da molti anni sono passati a miglior vita Cornelia T. Bartolomeo, e Giuseppe T. madre, e figli.

Secondo, come l'eredità delli detti non è stata adita da persona alcuna, e perciò detta eredità è giacente, e li più prossimi in grado a chi spetteria detta eredità non si sà chi siano, ma che al defonto vi sono li T. e T. parenti,

Die T. mensis T. 1693. & coram T. de T. &c.

T. de T. de Terra T. dicit l'officio suo esser della T. arte, ætatis suæ annorum tot, vel circa, ut dicit, testis summariè productus pro parte T. & medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super articulis præsentatis pro parte dicti T. & T. & quicquid inde scit.

Super primo articulo interrogatus esso testimonio, dicit, *qualmente con l'occasione, che in quel tempo, che morirono T. de T. stavano vicini di casa, sà benissimo esso testimonio, che T. de T. e T. de T. passarono da questa vita da molti anni sono, che per la lunghezza del tempo non si raccorda proprio l'anno, &c.* Hic nota, quod requiruntur duo testes deponentes de visu circa mortem, aliàs requiruntur septem de fama publica illos fuisse mortuos, ut dixi *in tit. de præam.*

Super secundo articulo interrogatus dixit esso testimonio, *qualmente con l'occasione, che nell'eredità di detti T. e T. vi sono molti debiti, sà benissimo esso testimonio, che la detta eredità è giacente, e nullo l'ha voluto adire, e li prossimi in grado, a' quali potrebbe det. eredità spettare non si sà di certo chi siano, ma per quanto esso testimonio può sapere, vi sono li T. e T. più congionti.*

Ovvero, o li suoi più congionti, a' quali averia spettata detta eredità sarebbero T. T. T. figli, o nipoti, &c.

Et ita deposuit de causa scientiæ, ut supra.

Io T. di T. ho deposto, ut supra.

T. Judex.

T. Actuarius.

Simili modo examinantur duo, vel tres testes, & deinde fit memoriale tenoris v3.

Al Regio Consigliero Signor Amato Danio Commessario.

Sofia di Giudice Matteo, e Felice Franchina della Città di Montecorvino umilmente espongono a U. S. come già è venuta l'informazione dell'eredità giacente delli quondam Cornelio Pico, Giuseppe, e Bartolomeo Denza debitori; Pertanto supplicano U. S. provedere detta eredità giacente di Curatore, col qual si possa legittimamente proseguire il giudizio, che ut Deus.

Si fa il decreto di facultas, e poi passati due giorni si fa decreto, e non s'intima il decreto di facultas, contro li contumaci incusati alle provisioni, che furono citati ad declarandum si sunt hæredes.

Die 24. mensis Iulii 1689. Neap. Per militem U. I. D. Amatum Danio Reg. Cons. & causæ Commiss. Visis actis, & retroscripto memoriali, fuit provisum, quod detur Curator Magn. U. I. Doct. Ioannes Augustinus Mele in præsenti causa, cum quo legitimè procedi possit in causa prædicta, hoc suum, &c.

Amatus Danio.

Pro magnifico Falco absente, de Alesio.

Cerasius Scr.

De Mele acceptat onus, & instat pro actis.

Die 29. mensis Ianuarii 1689. Giuseppe Dali Portiero del S.R.C. ho notificato il magnifico Agostino Mele Procuratore.

Ben vero, per procedere più ordinatamente, deve farsi il detto decreto della facultas primo, e poi fare questo decreto, ad ogni modo giornalmente si vede praticare dell'uno, e l'altro modo, nè si ci fa dubbio su li Tribunali Napoletani.

15 *Formula Electionis Curatoris, quando duo hæredes, vel plures contendunt super aditione.*

Creditor in libello adjunget v3. E perchè l'eredità del detto D. Salvatore d'Amato suo debitore si concontroverte fra gli eredi, nè ancor si è accertato chi sia l'erede, fa istanza darsi il Curatore con chi si possa legittimamente procedere, &c.

Die 15. Martii 1673. Neap. per subscriptum D. Iud. M.C.V. visa retroscripta comparitione, provisum, & decretum est, quod detur prout præsenti decreto dari mandatur Curator U. I. D. Didacus Messavalle ad lites tantum, cum quo legitimè procedi possit ad omnes actus usque ad decreti diffinitivi executionem, hoc suum &c. Capicius Scondito. Comm. Act.

Quod decretum legitur in processu a M.C. translato in S.R.C. in banca magnif. Nicolai de Alexio penès Girace Scrib. int. Proc. Camill. de Amato cum Io: & Vespasian. de Anna *fol. 25.*

16 *Formula informationis, & decreti, quod procedatur cum T. usi hærede T.*

Ex provisione Curiæ Terræ Capitis grassorum deleg. per M.C.V.

Iuratis, & servientibus nostris, & aliarum, &c. significamus, qualiter per magnificum Andream, & Rev. D. Onuphrium del Mastro fuerunt præsentatæ literæ provisionales M. C.V. pro examinandis testibus, in causa, quam habent in M. C. Vicariæ cum Anna de Marco filia quondam Caroli de Marco, & Anna Pascale, tenoris sequentis v3.

Nella G.C. della Vicaria, & penès acta comparono Andrea del Mastro, & D. Onofrio, figli, & eredi del qu. D. Alessandro del Mastro, olim Barone di S. Teodoro, e dicono qualmente nella causa, che verte tra essi comparenti, con Maddalena Pascale, com'erede della quondam Anna de Marco sua madre, e detta Anna, come figlia, & erede del quondam Medico Carlo de Marco, e difficultandosi, se la detta Maddalena, & Anna siano eredi, come di sopra, benche possedono le robe ereditarie di detto quondam Carlo, nè portano altro titolo, nulladimeno le dette robe le possedono, com'eredi di quello, e s'hanno esatto, e si esiggono li frutti, e per tali da tutti sono stati stimati, e riputati, pertanto fanno istanza nella G.C. constito de prædictis procedersi all'espedizione di detta causa, citra præjudicium d'ogni altra loro ragione, e di tutti danni, spese, & interessi, non solo in questo, ma in ogni altro modo migliore.

Die 28. mensis Iunii 1691. Neapol. Per subscriptum Dominum Iudicem M. C. V. fuit provisum, & decretum, quod capiatur summaria informatio de petitis in comparitione, testes habeantur pro citatis, & recipiantur per officiales, & Actuarios insolidum Curiarum Capitis grassorum, & Suessæ Cilenti insolidum ad finem providendi, super petitis; hoc suum, &c. Galeota, &c.

CAROLUS DEI GRATIA REX, &c.

Regentes, & Iudices M. C. V. magnificis Officialibus Curiarum Capitis grassorum, & Suessæ Cilenti insolidum, eorumque Actuariis insolidum significamus qualiter ad instantiam, & requisitionem supradictorũ exponentium, sive, &c. supradictum decretum, & omnia in eo contenta observetis, & observare debeatis juxta sui seriem, continentiam, & tenorem, ita quod ad unguem debitum sortiatur effectum, pro cujus observantia procedere debeatis ad examen testium pro causa in comparitione enunciata, juris ordine servato, quo confecto, transmittatis ad hanc M.C. in supradicta banca ad finem providendi, aliàs, &c. Datum Neap. die 28 mensis Iunii 1691. Galeota, locus Sigilli, Franciscus de Amelio, Longobardus Scriba. Ideo vobis, ut supra jam dictis, dicimus, committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem supradictorum exponentium citare habeatis, & debeatis omnes infrascriptos testes, quatenus prima die juridica comparere habeant coram nobis in hac nostra Curia in Terra Capitis Grassorum ad deponendum eorum testimonium veritatis super tenore retroscriptæ comparitionis; nec non citare habeatis, & debeatis Magdalenam Pascale; quatenus in eodem termino compareat in dicta nostra Curia ad videndum juramenta testium, alias, &c. citentur, & referatur, datum in Terra Capitis Grassorum sub die tertia mensis Iulii 1691.

Petrus Antonius Maronus Gub. & Commiss.

Citandi sunt v3.

Paulo Cera.

Scipione Cera.

Paulo Maulo.

Tommaso Mazzarella.

La magnifica Maddalena Pascale ad V.I.T.

Eodem die, &c. In Terra Capitis Grassorum, Ioannes della Trecchia Ordinarius Bajulus Curiæ Terræ Sancti Theodori retulit mihi infrascripto Capitaneo Terræ Capitum Grassorum se personaliter citasse infrascriptos testes, & Magdalenam Pascale ad videndum juramenta testium, & ita retulit. Qui si avvertirà, che non era necessario intimare i testimonj, mentre nel decreto si dice capiatur summaria informatio, ma solo citarsi ad V.I.T.

Maronus Capitaneus, & Commiss.

Testes examinati ad instantiam Illustris Domini Andreæ del Mastro, Baronis Terræ Sancti Theodori, & Rev. D. Honuphrii del Mastro in causa, quam habent in M.C.V. cum Magdalena Pascale, & alius, ut in actis.

Die 4. mensis Iulii 1691. Capite Grassor., & coram magnif. Capitaneo Comm. deputato per M.C.V.

Thomas Mazzarella Terræ Sancti Theodori, ætatis suæ annorum triginta octo in circa, ut dixit, testis summariè productus per Illustrem Andream del Mastro, Baronem Terræ Sancti Theodori, & Reverendum D. Honuphrium del Mastro, in causa, quam habent in M.C.V. cum Magdalena Pascale, ut in actis, & primo interrogatus, & examinatus, medio suo juramento, super tenore retroscriptæ comparitionis, dice, che esso testimonio sà molto bene, che la quondam Anna de Marco, era figlia legitima, e naturale del quondam Medico Carlo di Marco della Terra di Sessa, e detto Carlo non lasciò altri figli, nè eredi, solo che la detta Anna, la quale si ha posseduti tutti li

beni

beni creditarj di detto quondam Medico Carlo, e com'erede si ha pigliato li frutti delli beni di detto qu. Carlo,& anco sà esso Testimonio, che Maddalena Pascale è figlia legittima, e naturale di detta quondam Anna, e com'erede si possiede tutti li beni ereditarj tanto di detta Anna,sua madre, quanto di det. quondam Carlo,suo avo, essendo così sempre stata trattata, com'erede, percependone li frutti, com'erede; e questo è quanto sà, e può deporre sopra detto fatto de causa scientiæ. Interrogatus dixit, che lo sà per esser pratico nella Terra di Sessa Patria di detta Maddalena, & Anna, de causa scientiæ, interrogatus dixit,ut supra.

Signum Crucis,&c.

Petrus Antonius Marcuus Gub.& Com.

Signorellus Act.

Sic recipitur examen alterius testis,qui debent esse tres, vel saltem duo.

In causa Hæredis quondam Caroli del Mastro cum hæredibus quondam Doctoris Phisici Caroli de Marco,ut ex actis.

Ordinatione D. Jud. Galeotæ requiratur pars ex adverso, quatenus prima die juridica cum continuationa compareat coram nobis in Aula M. C. quoniam intendit præsentem causam expedire, justitia mediante.Neap.die v.Maii 1692.

Hæc monitio notificatur parti ex adverso, & fit relatio,& fit decretum tenoris sequentis v3.

In causa hæredum quond. Caroli del Mastro cum hæredibus Doctoris Phisici Caroli de Marco, ut ex actis.&c.

Die 17.mensis Martii 1664.Neap. facto verbo.

Per M.C.facto verbo, visis actis, & informatione *fol.*31. & 32. fuit provisum, & decretum, quod procedatur cum Magdalena Pascale, uti hærede quondam Caroli de Marco, & intimetur personaliter, hoc suum,&c.

Galeota.

Hæc formula sumpta est ex processu M. C. V. in banca Magnifici Iosephi Basilis apud Sorrentinum Scribam *fol.*35.

C A P. XLIII.

De Cessionario, filiis, & alii, qui sine consensu alterius agere non possunt.

S U M M A R I U M.

Cessionarius agere potest duobus modis, nomine cedentis,& nomine proprio, num.1.

Cessionarius nomine proprio, an teneatur exhibere cessionem in litis initio, num.2.

Cedens quando potest exigere debitum cessum, & agere, num.3.

Cessionarius olim agere non poterat, nisi pro cessione facta ex causa onerosa, secus hodie, num.4.

Cessionarius ex pretio nisi constet de solutione pretii agere non potest, num.5.

Cessionarius pro quantitate verè soluta tantum agere potest,cum limitatione, num.6.

Filiusfamilias, an, & quando possit agere, & conveniri sine consensu Patris,& è contra Pater sine consensu filii, num.7.

Filius sine consensu Patris donare potest, in quo Pater usumfructum non habet,nec unquam acquirere potest, num.8.

Filia soluto matrimonio agere potest sine consensu ad dotem adventitiam recuperandam, num.9.

Filius absque consensu Patris in judicio esse potest, ubi ob absentiam patris, consensus haberi non potest, num.10.

Pater non potest conveniri super proprietate, ubi ipse habet usumfructum, sine consensu filii, num.11.

Pater, in quo usumfructum non habet, nec habiturum sperat,an,& quando potest agere,& conveniri sine consensu filii,& filius sine consensu patris? num.12.

Agere non potest,qui caret actione, num.13.

Agere quilibet de populo potest circa educationem pupillorum,& ubicumque est actio pupillaris, num.14.

Banniti, deportati, item condemnati ad perpetuum carcerem,perjurus, excommunicatus, & quilibet infamis ad judicium civile venire nequeunt,uti Actores, vel voluntarii Rei,secus uti Rei necessarii,cum limitationibus, num.15.

1 Cessionarius potest agere duobus modis v3.

Primo, nomine cedentis, exercendo actiones directas, quando in libello petit reum condemnari sibi nomine cedentis,ut cedenti ipsi.

Secundo, nomine proprio, exercendo utiles actiones, ut quando petit condemnari reum sibi tanquam de re ad se pertinente, ita *Carl.lib.1.tit.2. disp.3. nu.*13 Unde nota, quod

Cessionarius agens nomine cedentis debet legitimare personam suam ante litis contestationem, sicuti debet omnis actor, qui alieno nomine agit, ita *Carl. ibid.num.*28.

2 Cessionarius vero agens nomine proprio, non tenetur legitimare, nec edere instrumentum cessionis in initio litis, sed sat erit, ut id efficiat ante sententiam, sicuti omnis alius actor, qui agit nomine proprio, ut hæres, filius, &c. Nam in Regno est Constitutio, *Exception. filiationis*, ita *Carl. ibid.num.*11. & 12.& *num.*26.dicit,per dictam *Constitutionem* in Regno corrigi *l. non ignorat C.de iis, qui accusare non possunt*, & ita fuit opinin *Caravit.* quoque *in rit.*294. *in fin.Specul.*& alii ibi relati.

Sed dicta opinio non placet *Muscatel.*quia *in Glos. comparentis p.3.num.*13.dicit dictam opinionem non esse semper veram, nam cessionarius. vel donatarius cogitur ante contestationem exhibere copiam instrumenti cessionis, quando petitur a reo, ad finem deliberandi; verum si juret cessionarius non posse edere, & opus esset probare cessionem, vel donationem per testes, tunc excusatur a dicta editione, idem *Masc. glos.mentionator. par.3.num.7.Severin. ad Sanfel. dec.*338.*lib.3.vers.verum si Actor.*

3 Cedens aliquid,potest regulariter exigére debitum cessum,& consequenter agere in judicio, quia directæ actiones remanent penès cedentem, *Ossicus dec.*82. *Thes. q. forens.*12.*lib.4.*penès *Gallup.p.5.nu.*39.

Primo limita,ubi concurreret unum ex tribus requisitis *in l.3. C.de nov.* tunc non poterit cedens agere in judicio,*Gallup.ubi sup.*

Secundo limita,si adsit in instrumento cessionis clausula v3.*Ponens, & cost tuens cessionariū a procuratorē in rem propriam*,quia tunc omnes actiones,& ipsarum exercitium transferuntur in cessionarium, *l.qui quadraginta, §.1. ff.ad Trebel. & Boer.in l.provinciali §.si ego ff.de novi oper.nunc.& Alex.in d.l.qui quadraginta num.*4.

Licet contradicant *Jason. in l.si cum emptore nu.9. ff. de pact. Alex. in d.l.in provinciali, Menoch. cons.*201.*nu.*13.*vol.*8.penès *Gallup.p.1.cap.5.nu.*4.

Et ratio assignatur, quia cedens semper intelligitur ponere cessionarium in ejus locum, & consequenter transferre in eum rei cessæ dominium.

Tertio limita; ubi in instrumento apponantur verba v3.*transferens non solum omnem actionem, quam habet contra debitorem suum, sed etiam omnem spem, & exercitium actionum, ita quod apud cedentem nulla remaneant actionum reliquiæ.*

Tunc cedens nullo modo poterit agere, etiam antequam unum ex tribus requisitis interveniat, &

quia

quæ est vera cautela, nè cedens agat, nec exigat, nec confiteatur sibi fuisse solutum debitum jam cessum, ita *Gallup. d. cap. 5. p. 1. num. 42. ex Jason. in l. si cum emptore nu. 11. Afflict. dec. 162. in fin. Paul. de Castro in d. l. si cum emptore ff. de pact. Alex. cons. 46. vol. 5.*

Et creditor, qui declarat nudum nomen habere, non potest agere ipse, nec tertius exequutive, ut diximus *in cap. de liquid. instr.*

4 Cessionarius olim non admittebatur ad agendum pro re cessa, nisi ex causa onerosa, *Rit. M.C.V. 290.*

Sed hodie *dictus Ritus* non servatur, *de Bottis in addit. ad cit. Gallup. p. 1. cap. 5. num. 43.*

5 Cessionarius ex pretio non potest agere, nisi in instrumento cessionis dicat Notarius fuisse numeratum pretium in ejus præsentia, vel nisi prius constet de solutione pretii, & si de facto agat, & deinde solvat, validatur judicium, *Bal. in l. per diversos col. 5. num. 17. C. mandati, Menoch. in præsumpt. 129. num. 2. ver. Jacund. est conjectura lib. 4. penes Gallup. p. 1. cap. 4. num. 44.*

6 Cessionarius non potest agere contra debitorem cessum, nisi pro quantitate verè soluta, *l. per diversos C. mandati, DD. ibi.*

Limita primo dispositionem dictæ legis, ubi debitor consentit tali cessioni, *Rom. cons. 85. Hippol. sing. 45. Gallup. p. 1. cap. 5. num. 47.*

Secundo, si fiat cessio fratri de re relicta in hæreditate majorum, *Socc. cons. 47. num. 5. vol. 3. Gallup. ubi sup.*

7 Filiusfam. an, & quando possit agere, & conveniri sine consensu patris, & e contra, quando Pater sine consensu filii, vide *de Marin. ad Revert. decis. 212.* ubi concludit judicium a filiofam. institutum tam in agendo, quam in defendendo esse nullum absque consensu patris, *& de Franch. dec. 494.*

Cum distinctione tamen, quod in caussa civili in bonis, in quibus usufructus acquiritur Patri, nullo pacto filius potest agere, vel conveniri.

In bonis vero, in quibus ususfructus non acquiritur Patri, potest filius sine consensu patris agere, vel conveniri, *de Marin. loco cit. Afflict. decis. 180. circa finem.*

8 Et filius sine consensu patris donare potest rem, in qua Pater non habet usumfructum, *text. est in auth. ut liceat matri, & aviæ, §. res autem ita relictas,* & ita decisum per S. C. anno 1655. teste *d. de Marin. in d. dec. nu. 3.*

9 Ideo filia ad dotem adventitiam recuperandam, soluto matrimonio, sine consensu patris agere potest, quia post solutum matrimonium Pater non habet, nec habere potest in dicta dote adventitia suæ filiæ viduæ usumfructum, *de Marin. loc. cit.* & citati per eum.

Aliàs dixi in prima parte hujus 3. *tom. cap. 3. nu. 51.* quòd filius pro patre, & pater pro filio, & quivis alius conjunctus pro conjuncto potest esse in judicio, cum aliquibus limitationibus, ubi vide.

10 Et ubi pater est absens, & illius consensus non facile haberi potest, tunc filiusfamilias absque consensu patris in judicio esse potest, *de Marin. ad dec. Revert. 212. num. 6.* & citati per ipsum.

11 Et pater quando convenitur pro re filii, in qua habet, vel habiturus est usumfructum, super proprietate judicium, quod fit a patre, est nullum sine consensu filii, per *Text. in l. fin. C. de bonis, quæ liberis §. ubi autem*, ibi: *Adhibeatur autem etiam filiorum consensus, nisi adhuc in prima ætate sint constituti.*

12 Et ubi agitur de re, in qua Pater usumfructum non habet, nec se habiturum sperat, tunc quia Pater non est legitimus administrator, oportet filio dari Curatorem ad litem, si est minor, at si est major, quamvis sub patris potestate sit filius, agere, & conveniri potest, & in his discrepant DD. & ideo tutius fit cum consensu filii.

Distinguunt alii, quod in bonis adventitiis ex patrimonio matris perventis potest agere, & conveniri absque filii consensu.

In adventitiis vero aliundè filio quæsitis, Pater in judicio esse non potest sine filii consensu.

13 Agere non potest, qui caret actione agendi, ut diximus *in cap. de exceptione carentiæ actionis.*

14 Agere quilibet de Populo potest circa educationem pupillorum, quia est actio popularis, *DD. in l. 1. C. ubi pupillus educari debeat, Gallup. p. 1. cap. 4. nu. 6.*

Actio enim quando est popularis, quilibet de populo potest esse actor; etiam mulier, quæ ex sui persona nullum habet interesse, poterit esse in judicio, & hic est specialis favor pupillorum, *Gallup. ubi sup. n. 67. & Gra. dec. 41. n. 13. Bar. in l. 2 C. de neg. gest. nu. 6.*

15 Banniti nostri temporis, qui deportatis æquiparantur; item deportati, item carcerati, qui sunt condemnati ad pœnam perpetui carceris, quia dicuntur privati civilitate, & libertate, & sic maxima capitis diminutione diminuti, & mortui civiliter, ideo ad judicium civile venire nequeunt, *Verd. ad Gallup. par. 1. cap. 5. nu. 95. per tex. in l. 2. ff. de capitis diminutione, de Marin. tom. 2. resol. 5. num. 12.*

Idem ait de perjuro, & qualibet persona infami, de excommunicato, & ad triremes damnatis, & similib.

Quæ conclusio non habet locum in reo necessario, quia etiam excommunicatus, banditus, perjurus, & persona infamis potest comparere in judicio ad se defendendum contra actorem, tam per se, quam per alium, *Scaccia tract. de sententia, & re judicata, gloss. 11. vers. contr. num. 9. vers. necessarius, Gallup. pars. 2. cap. 6. num. 2. Verd. ad Gallup. num. 57. Peregr. de jure Fisci lib. 12. tit. 1. num. 17.*

Et ampliatur, etiam quando contra incertos prætensores fit citatio per edictum, ut compareant omnes, qui sua putaverint interesse, *Gallup. & Scaccia ubi sup.*

Quæ conclusio non habet locum in forjudicatis nostri Regni, qui nec per se, nec per alios se defendere possunt.

Nec habet locum in excommunicato, qui spernit absolutionem, & in excommunicato, qui venit reus voluntarius, *Verd. ubi supra.*

Nec habet locum in reo excommunicato, qui velle reconvenire actorem, quia reconveniens, est potius actor, & ideo non auditur, *Mosil. de grad. cit. nu. 241.*

Sed tantum potest excipere, appellare, & se defendere, quia ea sunt de jure naturæ, *cap. inter de except. l. ut vim 3. ff. de justitia, & jure, Mosil. ubi sup.*

In quibus casibus potest agere maritus sine mandato uxoris, consanguineus, vel affinis, Religiosus, Procurator, aliàs dixi *in prima parte hujus 3. tom. cap. 3.* & ibi te remitto.

C A P. XLIV.

De Exceptione veniæ non petitæ.

S U M M A R I U M.

Personæ, quibus reverentia debetur, in jus vocari non possunt, sine Prætoris licentia, & sunt
Universitas a Cive,
Pater a filio, & filia descendente.
Socer a Genero.
Patronus a liberto.
Et similes, sub pœna quinquaginta aureorum parti, & non fisco applicanda, num. 1.
Pœna quando debetur, num. 2.
Licentia si a Iudice denegatur, appellatur, num. 3.
Declaratur differentia inter filium emancipatum, & in potestate existentem, & in bonis castrensibus, & quasi castrensibus, num. 4.

Re-

Rusticitas non excusat a pœna; num.5.

Citatus si non comparet, vel comparet, & opponit dictam exceptionem, processus erit nullus, cum ampliationibus, & limitationibus, num.6.

Qualitas personæ si celatur in libello, vel in prima citatione, repugnantes opiniones conciliantur, num.7.

Stylus Curiarum Regni in concedenda dicta licentia, & taxa dictæ concessionis, num.8.

Formula petendi veniam, & eam concedendi, num.9.

1 HAbemus *tit.4. in lib.2. ff.de in jus vocando*, ubi in jus vocare est juris experiendi causa vocare, *l.1.d.tit.*

Et *l. quique litigandi 4. eodem tit.* numerat personas, quæ in jus vocari non possunt sine venia, ibi Prætor ait; *Parentem, Patronum, patronam, liberos, parentes patroni, patronæve, sine permissu meo, ne quis vocet.* Parentem hic utriusque sexus accipe.

Et *in l.generaliter 3.* statuitur, ibi, *generaliter eas personas, quibus reverentia præstanda est, sine jussu Prætoris, in jus vocari non possunt.*

Et *in l.in eum pen.eod.tit.* imponitur pœnam quinquaginta aureorum.

Quando itaque in jus vocatur Universitas a cive, Pater a filio, vel alio descendente, Socer a genero, Patronus a liberto, & omnis alia persona, cui debetur reverentia, nisi prius petita fuerit venia, vocans tenetur ad pœnam aureorum quinquaginta, juxta dictam *l.penult. ff.de in jus vocando.*

Quæ pœna applicatur parti, & non fisco, *Novar. par.1.quæst. forens.149.num.9.ex Castren.* & aliis *in l. simul ff.eodem.Oinot.lib.4.de act. §.pœnales tit.6.num.56.ex Jasone, Angelo,* & aliis.

2 Quæ pœna tunc datur, quando citatio facta fuerit, nam per præsentationem libelli non incidit in pœnam, quia judicium a citatione, non a libelli porrectione incipit, *l.libertus 15. ff.eodem, Oinot.ubi sup. n.53.*

Item quando quis venit, ut actor contra eum, cui debetur reverentia; nam si venit, ut reus, necesse non habet veniam impetrare, *l.libertus 24. ff.eodem.*

Et non sufficit veniam petitam esse, sed etiam impartitam esse oportet, ut quis evitet hanc pœnam, *Oinot.ubi supra num. 62.* ex *Angelo, & Jasone,* & per *text.in verbo impetrasset.*

3 Et tamen si Judex sine causa denegaret licentiam, potest appellari ad superiorem, *Oinot.ibid.*

4 Quod est verum, sive sint emancipati, *l.final.C.de in jus vocando*, sive adhuc existant in patria potestate, qui pro castrensi, vel quasi castrensi peculio tantum agerent, *l. lis nulla 4. ff. de judic. Oinot. d. lib.4. §.pœnales num.50. fol.1496.*

Sed ut bene intelligas hanc conclusionem *Oinot.*, scias, quod *d.l.5.* statuit, ut nullum litigium esse possit inter patrem, & filium, dominum, & servum, nisi de castrensi, vel quasi, quando est sub patria potestate.

Et *d. l.qui in potestate finali C.de in jus vocando*, idem statuit, ut filius in potestate constitutus patrem in jus vocare non possit, verum filius emancipatus venia impetrata poterit patrem in jus vocare.

Ex his sume conclusionem, quod emancipatus tunc poterit in jus vocare patrem, quando fuerit impetrata venia, quod idem observandum est in matris persona, *d.l.fin.C.de in jus voc.*

Filius non emancipatus pariter in jus vocare patrē poterit pro castrensi, vel quasi, venia prius impetrata, & idem in adventitiis, in quibus patri non acquiritur ususfructus, ut exponit *glos. & Apostilla in d.l. 4.de judiciis.*

Præter vero hos casus filius in potestate constitutus, etiam si impetraverit veniam, non admittitur in judicio contra patrem, & ita intelligendus est *Oinot.* ubi supra, *ex text. in l.qui in potestate fin. C.de in jus vocando*, ibi, *in summaria, filius in potestate, etiam petita venia non potest agere contra Patrem, ut dicitū*

5 Nec rusticitas excusat a pœna prædicta, quia naturali ratione honor hujusmodi Personis debetur, *l. venin petita C.de in jus vocando.*

6 Sed si post oppositam exceptionem procedatur ad ulteriora, vel si citatus non compareat, processus erit nullus, *Nov.p.1.q. forens.149.*ex doctrina *Gram. cons.20.Roland.a Valle cons.18. num.24. vol.2. Capyc. decis.56.num.6.*

Itaque ut habeat locum dicta exceptio, debet citatus opponere eam, statim cum comparet, & si comparendo nihil opponeret, tunc censetur approbata persona actoris, eique tacitè data licentia agendi, & validè procedi potest; *Novar.*ubi supra *nu.6.* ex doctrina *Alex.in l.finali ff.de in jus vocando, Frec.in par.12. n.16.de præsent.instrum. Guid.Pap.dec.721.Cacheran. dec.30.n.11.Gal.up.par.1.cap.5.nu.63.*

Et ubi citatus non comparet, tunc licet non opponatur dicta exceptio, tamen procedi non poterit ad incusationem contumaciæ, quia citatio, & contumacia ipso jure dicitur nulla, *Bart. in l. quamvis ff. in jus vocando*, quem citat *Novar. ubi supra.*

Ampliatur, ut si quis præsentavit instrumentum liquidum contra personam, cui ipse præsentans debet reverentiam, & non petit prius licentiam, & fuerit expedita citatio super tenore instrumenti, citatio est nulla, itaut si non comparet citatus, non potest contumax recuperari, & si comparet, & opponit dict. exceptionem, non potest procedi ad interrogationem, quia persona actoris non est legitima in præsentando instrumentum absque venia petita, *Freccia, & Noviar.ubi supra.*

Etiamsi velit solvere pœnam, adhuc procedi prohibetur; idem *Nov.ubi sup.*ex doctrina *Cyn.in l.si quis per alium §.in eum, ff.ne quis eum, & in l.finali. C.de in jus vocando.*

Limitant alii, hanc exceptionem non habere locum, ubi in libello, vel in citatione exprimeretur qualitas personarum, & quod libertus intendat citare patronum, quia eo ipso, quod Judex permittit citationem, videtur concessisse veniam, vel eo ipso, quod Princeps concedit rescriptum delegationis supplicanti, videtur facere habilem supplicantem ad agendum, ex DD.citatis per *Capyc. dicta decis.56. num.8.* quos sequitur *Freccia in dict. tractatu de præsent. instrum. par.12.num.19.*

Itaque secundum hanc opinionem tunc haberet locum dicta exceptio, quando in libello citationis celatur qualitas personarum; ut si talis comparet, & instat citari talem, non exprimendo, quod comparens sit libertus dicti talis citandi, vel filius.

Contrarium tamen defendit *Novar. in dicta q.149. num.7.* & ingeniosè confutat contrarium tenentes, quod venia requiritur pro forma, & ideo non sufficit citatio, sed expressa venia, & ita fuisse decisum in Regia Audientia Apuleæ; & ita concludit quoque *Ricc.collect.2598.par.7.*

Hæ duæ opiniones possunt conciliari, ut prima intelligatur, ut dicit *Oinot.in d.lib.4. tit.6. §.pœnales num.78.* quod si quis petat veniam, & Judex absque mentione veniæ citationem committit, videtur virtualiter concessisse veniam, *argum. l. ad rem mobilem 86. ff.de procurat.* Secus, quando instituitur judicium absque petitione veniæ, & tunc habet locum dec.*Novar.*

Hodiè autem in Regno locum non habere dictam exceptionem veniæ, non petitæ concludit

Muscat.in par.2.gl.intimato n.26.ex ritu M.C.V.6. sed solum de urbanitate posse apponi in libello clausulam vz. *venia quatenus opus fuerit petita*, nam in *dicto ritu 16.* statuitur, ut omnis persona cujuscumque qualitatis, conditionis, & dignitatis possit vocari in M. C. Vica & propterea censetur derogatum juri

com-

communi, & sublatum dictum impedimentum veniæ petendæ.

7 Dictæ opinioni *Muscat.* videtur opitulari *dicta decis. Capyc.* 56. ubi totum Consilium fuit in voto, quod valeat processus factus per Nepotes contra Avum, nulla venia petita, & *Muscatell.* sequitur *Prosper Petra ad Gramm. dec.* 88. *num.* 6. *Cæsar Bisagni allegat.* 148. *num.* 2.

Sed meo rudi judicio nihil satisfacit ratio per *Muscatell.* adducta; nam *ritus Mag. Cur. Vic.* 46. in quo se fundat, non loquitur, nisi de personis, quæ prætenderent non posse trahi ad M. C. V. ob aliquod privilegium alicui ex eis concessum per Carolum Tertium, Reginam Margharitam, Regem Ladislaum, & alios prædecessores. Quæ privilegia per dictum ritum revocantur, ut omnes possint conveniri in dictis Tribunalibus M. C. nullo excepto, nisi familioribus, & commensalibus Regis, qui nequeunt in dicto Tribunali citari.

Ultra quod ritus prædict. non videtur dispensare, ut liceat filio in jus vocare patrem, non adhibita illa reverentia, quæ de jure communi sub pœna 50. aureorum mandatur servari, non solum in M. C. V. sed in omnibus Curiis; sed solum statuit *Imperator in d. ritu*, ut nullus excipiatur a dicto Tribunali M. C. V. nisi sui commensales, familiares, & in actu servientes.

Et sic malè adaptatur *dictus ritus* ad propositum, ut non sit venia petenda, quando in aliqua Curia vocatur persona, quæ non prætendit se exemptum a M. C. V. sed solum prætendit reverentiam ob eo, qui sub sui potestate est, ut si vocatur pater a filio, Avus a Nepote, Universitas a Cive.

Nec obstat *decisio Capyc.* 56. quia ibi non fuit consideratus *ritus* prædictus, sed potius fuerunt validata acta; ex eo, quia, ut in principio decisionis dicitur, ibi Avus permisit procedi usque ad conclusionem, & post compilatum processum, ad conclusionem opposuit exceptionem veniæ non petitæ, qui est unus ex casibus exceptis, ut supra diximus; nam dicta exceptio si non opponatur statim in ipso actu, quo comparet citatus, processus erit validus, quia censetur approbata, & habilitata persona actoris, procedendo cum eo ad actitandum, & non opponendo de venia non petita.

Nisi potius velimus dicere, quod in Regno cum sint sublatæ omnes illæ sophisticæ, & subtiles sollemnitatum juris apices, quæ antiquitus, & de jure communi requirebantur, & proceditur sola facti veritate, & puritate negotii. Fas erit dicere, ut in Regno parum, aut nihil de dicta exceptione ratio habeatur, & quod in Regno admittatur opinio ista, ut sufficiat, quod Judex permittat citari, quia in ipso censetur data licentia, & tanto magis si ponatur in libello, illa clausula, *petita quatenus opus fuerit venia*, dum in Regno talis, qualis petitio sufficit, si tamen ex narratione potest comprehendi, quid actor velit; ut omnes Prattici Regnicolæ concludunt, post *Muscatel. in par. prima glos. libellus nullus num.* 7.

8 Quicquid sit, vidi in multis Curiis Baronalibus esse stylum petendi veniam, & in pandectis Curiarum esse taxatum tarenum unum pro dicto actu, vel plus, aut minus, secundum pandectas; & *Carol. de Rosa conclus.* 17. concludit contra *Muscat.* quod hodie servatur in omnibus Curiis, ut pater a filio non vocetur in judicio sine venia, aliàs punitur. Et ampliat etiam in filia nupta, & filio emancipato.

Et ultimo certum est, quod contra personas, cui debetur reverentia, liquidari non potest instrumentum, ut diximus *in cap. de liquid. instrum. in 2. tomo meæ prax.* & dixi hic superius.

Formula petendi veniam.

9 Al Signor Governatore della Città di Monte-Corvino.

Ortensio di Arminto umilmente espone a U. S. come da Biase di Arminto suo avo de facto è stato spogliato dalla pacifica possessione di un'oliveto sito al tal luogo, pervenutogli per legato dal quondam Andrea di Morretta, ed avendo più volte richiesto detto suo Avo con ogni dovuta riverenza, ha ricusato, e ricusa restituirgli detto oliveto; intendendo perciò rivocarlo, mediante la giustizia di U. S. la supplica per la licenza, affinchè senza timor di pena possa conseguire la giustizia, che gli assiste, ut Deus.

Licens exponenti, ut petitur, datum, &c.

Poi si formerà il libello in forma.

T. Gubernator, & Judex.

T. Actuarius.

CAP. XLV.

De exceptione, & pœna quotæ litis.

SUMMARIUM.

Contractus quotæ litis est prohibitus sub pœna, tam de jure Cæsareo, quam Canonico, quam de jure Regni. & quæ pœna sit statuta, num. 1.

Prohibitio comprehendit Advocatos, Procuratores, Sollicitatores, & quemlibet alium, num. 2.

Religiosi, Clerici, & Ecclesia non subjacent pœnæ prædictæ, sed solum recuperant sumptus litis, num. 3.

Formula conventionis de quota litis per viam denunciationis, quæ non est prohibita, num. 4.

1 Pœna contra paciscentes de quota litis de jure Cæsareo est privatio officii Advocationis, *l. si qui C. de postul.*

Prohibita est pactio de quota litis etiam per *Text. in l. sumptus* 54. *in fin. ff. de pactis, l. si remunerandi §. ult. ff. mandati, l.* 1. *§. si cui ff. de var. & extr. ord. cognit. l. si quis C. de postul. l. litem* 15. *C. de procurat. & l. si contra C. mandati.*

Et de jure Pontificio confirmata est dict. pœna, *cap. infames §. arceantur* 3. *qu.* 7. *Roland. in cons.* 36. *num.* 20. *lib.* 3. *Marchesan. cons.* 45. *num.* 45. *Menoch. de arbitr. cas.* 522.

De jure Regni Neapol. per *Pragm.* 1. *de postul.* est pœna relegationis per triennium, & nullitatis contractus.

2 Et communis opinio est, quod sub dicta prohibitione non solum Advocatus, Procurator, Sollicitator, sed quilibet alius prohibetur pacisci de quota litis, *Domin. Sot. lib.* 5. *de just. & jure qu.* 8. *art.* 4. *Menoch. ubi sup.*

Et licet *Peregr. de jure Fisci tit.* 7. *num.* 19. *lib.* 4. dicat esse quoque pœnam falsi per dictas leges, ut supra; tamen illa pœna non practicatur, ut per *Farin. qu.* 106. *num.* 11. *ampl.* 9. *addit. ad Gratian. in dec.* 218. *num.* 4. *in fin.*

3 Et in specie, quod etiam Religiosis S. Francisci, & quibuscumque sit prohibitum pacisci de quota litis fundavit *Consil. Pratus disp. foren.* 36. *lib.* 2. & cessiones in personas Ecclesiasticas uti in potentiores sunt inefficaces, & carent actione experiendi in judicium, & tanquam factæ gratia vexandi Adversarium, *Anton. Fab. defin.* 24. *in C. tit. mandati* videatur *Ricc. collect.* 1061.

Clerici vero, & Ecclesiasticæ personæ non comprehenduntur sub pœnis Pragmaticæ, & *de Luc. ad Gratian. decis.* 218. *num.* 5. refert decisum in Sac. Cons. in causa Clerici Matthæi Vaglia, qui fecerat pactum de quota litis super hæreditate Roberti Lacchei. Fuit decisum, ut hæredes reficerent sumptus litis dicto

Clerico, ne locupletentur cum aliena jactura.

4 *Formula conventionis de quota litis per viam denunciationis, quæ non est prohibita.*

Banco della Pietà pagarete per me sottoscritto erede della quondam Caterina Amodio per intermezze persone d'altri eredi a . . . . a semplice vista, e restituzione di questa, la quarta parte di tutto quello, e quanto l'eredità di detta quondam Caterina, ricoverera per lo sottoscritto credito, che mi si darà notizia in beneficio di detta eredità, consistente, come l'eredità di detta quondam Caterina Amodio è restata da conseguire da . . . . docati . . . . in circa, come appare dell'istromento, e processo in Banca di.... appresso lo Scrivano . . . . e detta quarta parte se li dà per causa del beneficio, che io predetto erede riceverò per detta notizia di credito, che da lungo tempo non s'è di detto credito parlato. E detto pagamento di quarta parte di quello si ne percepirà lo farete subito, che sarà ricuperato, senza alcuna dilazione, prevenzione, compensazione, o altra qualsivoglia eccezione anco liquida, alle quali con giuramento rinuncio, anzi da ora *ex certa scientia* di mera mia liberalità deliberatamente cedo, & assegno, che detta quarta parte la possa esso denunciante presente, & accettante, & suoi eredi, e successori conseguire, & esiggere tanto da me, dopo che l'averò esatto, quanto dal debitore, o altre persone, *cum potestate variandi toties, quoties*, ponendolo Procuratore, come in cosa propria, e così obbligo me, miei eredi, successori, e beni tutti, e *signanter* detto credito, ragioni, e azioni, che mi si denunciano, *ut supra*. Però detta specialità non deroghi alla generalità, nè per contrario, e così ne giuro, con clausula di costituto, e precario, *& potestate capiendi*, & ogn' altra clausola a consiglio de' savj. Prometto anco farne istrumento pubblico a semplice richiesta di esso.... in più ampla forma con più ample clausole a suo beneficio. Purchè lo credito suddetto non sia quello contro li Signori Caravita, altro contro li Signori Monfort di Lauro, altro contro lo patrimonio delli Sances, de' quali ne verta lite nel S.R.C. overo contro il patrimonio di Capece sistente nella Regia Cam. nella Banca di Nicola Ripetti, altro contro il Sig. Marchese di Fuscaldo, & altro contro il Signor Duca di Ruscigno, e similmente non sia alcuno di quelli corpi così stabili, come annue intrade, nomi de' debitori, & altre rendite, ch'attualmente da me si possedono, e si esiggono. N.p.

Questa convenzione di quota lite, al denunciante è lecita, e si pratica non solo con il Regio Fisco nel Tribunale della Regia Camera, ma nel Tribunale della Rever. Fabrica, *& ubicumque.*

C A P. XLVI.

De exceptione, quod detur copia primi libelli.

S U M M A R I U M.

Copia primi libelli cum scripturis in libello mentionatis datur reo petenti ad finem deliberandi, cum termino tridui, & hoc de jure communi, secus in S.C. & secus circa copiam scripturarum in omnibus Curiis Regni, num. 1.

Obscurus dicitur libellus, quando intentio clare non percipitur & dantur duo exempla, num. 2.

Obscurus etiam dicitur libellus, quando petitur, quod in actionibus non continetur, num. 3.

Vel quando non declarantur fines, & confines, num. 4.

Dictum est Primo, de praxi *dilatoriarum primæ speciei*, quæ respiciunt jurisdictionem fori, vel personam Judicis.

Secundo, data est praxis *dilatoriarum secundæ speciei*, quæ respiciunt personam litigantium.

Tertio hic incipit praxis *tertiæ speciei dilatoriarum*, quæ respiciunt libellum, sive ipsam caussam, sive merita caussæ.

Et proindè sequitur hoc *Caput 46. de exceptione, quod detur copia primi libelli.*

1 Copia primi libelli una cum scripturis in dicto libello mentionatis, petita per reum ad finem deliberandi, & consulto respondendi conceditur, cum termino tridui ad deliberandum, & consulto respondendum.

Sed copia libelli fit sumptibus actoris, copia vero scripturarum sumptibus petentis, prout est dispositum per jus commune.

Stante quod *Regia Pragmatica*, quæ incipit, *comparente reo*, quæ est *quinta de ordin. judic.* statuit in Regno solum circa copiam libelli, quod illa debet dari sumptibus actoris.

Et propterea non extenditur ultra expressa, & sic circa copiam scripturarum debet servari jus commune, per quod disponitur, ut copia detur sumptibus petentis, ut advertit *Muscat. par. 3. glos. respondendum in addit. lit. C.*

Et licet alii contrarium teneant, scilicet quod tam copia libelli, quam scripturarum in libello nunciatarum debeat dari sumptibus actoris, ut sunt *Vivius decis. 1. & dec. 358. p. 2. nu. 2. & 3* per doctrinam *Bart. Bal.* & aliorum *in l. edita C. de edendo, Rovit. in d. prag. comparente reo*, post *Cons. Jo. de Amic. 235. Muscad. decis. 50.*

Tamen *d. Musc.* ubi supra, declarat dictos Authores, ut actor teneatur præsentare, seu edere, & exhibere instrumenta mentionata, sed non quod copia debeat dari reo, sumptibus actoris, sicut copia libelli, dum *Pragmat.* solum circa copiam libelli disponit.

Cum de jure communi omnis actus explicandus sit, expensis illius, qui explicari petit, *l. cum sæpe C. de erogat. militar. annon.*

Et juxta hanc practicam *Muscat.* servamus in omnibus Curiis Regni.

Limita solum in Sac. Cons., ubi dicta Pragmatica non servatur, nam ibi etiam copia primi libelli, seu primæ supplicationis, si petatur a reo, datur sumptibus petentis, licet dicta Pragmatica ibi quoque servari deberet, sed stilus est in contrarium, ut testatur *Tartaglia cap. 3. n. 1. & Grimald. in addit. ibid.*

Et dictus stilus potest fundari, quia in S.C. semper summariè proceditur, & in summariis, ut inferius dicimus, copia libelli datur sumptibus rei petentis.

Sed rejecto *Tartaglia, Grimal.* & aliis stylus S.R.C. & M. C. V. & aliorum Tribunalium, servatur juxta Pragmaticam; nam primus libellus, vel primæ supplicationis copia sumptibus actoris notificatur reo, tam in judicio ordinario, quam in summario.

Limitatur vero in Curiis Ecclesiasticis, ubi servatur jus commune, & non servatur dicta Pragmatica, quæ non habet locum in foro Ecclesiastico, & propterea copia libelli ordinarii, datur reo petenti, sumptibus ipsius rei petentis, ut advertit *Maran. part. 4. dist. 9. num. 15. & Muscat. in suprad. Glos. respondendum num. 4.*

Et ita intelligendi sunt *Arnon. in sua prax. cap. 31. & Tartagl. ubi sup. c. 3.* qui simpliciter dicunt in foro Ecclesiastico non servari dict. Pragmat.

2 *De exceptione obscuritatis, vel ineptitudinis libelli.*

Obscurus dicitur libellus, quando actoris intentio clarè non percipitur. Et exemplificatur, cum Pro-

cu-

curator comparendo contra clientem petiisset ducatos mille pro laboribus factis in emptione feudi sub hasta, & in remissione tertiarum obtenta a creditoribus. Et impartito termino conventus supplicationem obtinuit de verbo faciendo loco gravaminis, ex quo non erant explicata nomina, & cognomina creditorum; nec quantitatis remissionum. Fuit provisum; *quod suspenso decreto termini, facta petita declaratione providebitur*.

Exemplificatur etiam in actore, qui convenit debitorem ad sibi solvendum ducatos centum ex causa mutui, & aliis. Fuit opposita exceptio obscuritatis, & ineptitudinis libelli, quia non expresserat causam. Et provisum fuit, *declarato libello providebitur*, ut supradicta omnia habentur *in praxi civili decretorum Consiliarii de Rosa cap. 1. num. 11. fol. 352*.

3 Obscurus etiam dicitur libellus, quando petitur id, quod in actione deducta non continetur, vel

4 Quando res stabilis petitur, non explicatis finibus, & confinibus, juxta *gl. in l. forma in verbo vicinos ff. de cens., de Rosa*, ubi supra *num. 13. & 14. fol. 353*.

C A P. XLVII.

De exceptione exhibitionis, sive editionis scripturæ.

S U M M A R I U M.

E*Xhibere, & edere quid differant inter se*, num. 1.
Instrumenta omnia edenda sunt ab actore reo ad finem probandi, post contestationem, & non ante; num. 2.
Scripturas ad finem deliberandi, actor cogitur exhibere ante contestationem, ideo si non exhibet, & deperdisse juret, ei non creditur, nisi probet saccomandum, incendium, & similes casus, num. 3.
Formula decreti exhibitis scripturis providebitur, num. 4.
Exceptionem exhibitionis scripturarum tam Reus, quam Actor opponere potest, sed Actor ad finem, ut Reus deliberet, Reus vero non sic indistincte, quia tenetur ad coadjuvandam intentionem, non autem ad fundandam intentionem, num. 5.
Tutor quando agit, tenetur exhibere solemnia tutelæ, sed quando convenitur, non tenetur exhibere, sed sufficit dicere ubi sunt solemnia, ut actor a Notario, vel alio detentore habere possit copiam, num. 6.
Universitatis, Ecclesiæ, & cujuscumque alterius privilegiati procurator, quando agit, tenetur exhibere copiam mandati, sed quando convenitur, copia datur sumptibus petentis, & si petatur exhiberi inventarium, satis est dicere Notarium, penes quem existit, num. 7.
Reconveniens non potest petere exhibitionem scripturarum ad intentionem fundandam, quia hoc Reo conceditur, non autem actori, num. 8.
Reus tenetur edere ad instantiam Actoris indistincte scripturas enunciatas in sua exceptione, quando Actor est fiscus, vel privilegiatus, in causa numeraria tantum, non in capitali, num. 9.
Intentans remedium l. diffamari *petere potest exhibitionem scripturarum a diffamante*, num. 10.
Scriptura integre exhiberi debet, quia principium per finem plerumque corrigitur; limitatur in libris rationum, quorum particula tantum editur, quæ pertinet ad petentem exhibitionem, num. 11.
Librum rationum producens, qua cautela uti debet, num. 12.
Testamenti exhibitio ab actore fieri debet de particula tantum, de qua est quæstio, num. 13.
Testamentum a legatario agente non debet edi ad instantiam hæredis conventi, num. 14.
Scriptura mentionata in instrumento debet edi, si Notarius illam scripsisset in illo instrumento, cum suis limitationibus, num. 15.
Scriptura quando principaliter disponit, si in ea fit mentio de alia scriptura, inducit præsumptionem obligationis veteris scripturæ mentionatæ, & edi non debet scriptura mentionata, & exemplificatur casus, num. 16.
Verba enunciativa in contractibus probant inter contrahentes, & statur instrumento, donec contrarium probetur, & dictus contractus novus facit fidem absque veteri contractu, cum distinctione tamen, num. 17.
Census constitutionis ex debito antecedenti enunciato est invalidus, nisi exhibeatur scriptura dicti crediti enunciati, num. 18.
Scriptura producta si est confirmativa alterius, cum clausula ex certa scientia, *non est exhibenda*, num. 19.
Exhibitionis scripturæ exceptio impedit litis cursum, cum novem fallentiis, num. 20.
Scripturas mentionatas in libello, Actor ante litis contestationem ostendere debet, si limitative fiat mentio, secus si assertive, secundum unam opinionem, sed tutior, & verior pænes est, indistincte teneri ad exhibendum, sive limitative sive assertive fiat mentio, n. 21.
Inventarii copia ab hærede cum beneficio legis, & inventarii, edi debet, num. 22.
Copia sententiæ, & Actorum sufficit cum extracta Actuarii, nec cogitur ad exhibendum originale post duos annos, num. 23.
Testamenti nuncupativi originale mentionatum in libello non tenetur Actor ostendere, & quodlibet aliud instrumentum, sive scripturam, quæ eget probatione testium, num. 24.
Dominus directus cogit novum emptorem ad exhibendum instrumentum emptionis, ratione laudemii, vel retractus, vel alterius juris; & Judex ex officio cogit partem ad exhibendum, num. 25.
Allegatio ad instantiam Isabellæ Marotta contra Reverendum D. Detium, & fratrem de Patina super exceptione exhibitionis scripturarum, quæ in libello fuerunt mentionatæ, num. 26.
Scripturas producere volens, qua cautela uti debet? num. 27.
Scripturas producens, censetur fateri contenta in eis, sed non habet locum in alio judicio, sed non per productionem censetur ratificare, num. 28.
Scriptura impugnata, nullam fidem facit in favorem impugnantis, num. 29.
Scriptura producta per Procuratorem tunc præjudicat Principali, quando Principalis declarat circa usum ejus; quod aliter ex nov. Const., num. 30.
Originalia litigans producere non tenetur, quando sunt deperdita, & assignatur ratio, num. 31.
Originalis scriptura, vel libellus restitui debet in banca infra biduum, & sub pæna, & datur praxis hodierna; ubi quid ex nov. Const., num. 32.
Originali præsentato cum potestate relaxandi copiam illius copiæ adhibetur fides, sed copia extracta a dicta copia relicta non probat contra alium, qui in collatione originalis non fuit citatus, num. 33.
Allegatio pro Universitate Sancti Angeli Fasanellæ contra Magnificum Josephum, & Januarium Fasanum circa exhibitionem computorum, cum decisione contra Universitatem, num. 34.

1 EXhibere, & edere licet inter se confundantur, & sæpe unum pro altero sumatur, & vix discerni possit, quid inter se differat, adeo quod aliqui existimaverint *tit. de edendo* superfluum esse, tanquam satis sit *titulus ad exhibendum*.

Attamen multum inter se distant, & propterea in *lib. Digest. & Cod.* duo tituli separati leguntur, unus *de edendo*, & alter *ad exhibendum*.

O 2 Actio

Actio enim ad exhibendum datur ei, qui aliqua acturus est actione in rem, vel in personam, cujus petitur exhibitio, *l.3.§.est autem & l.Julianus §.quantum ff. ad exhibendum.*

Unde si quis exhibere cogitur, plus est; exhibere enim est materiæ ipsius apprehendendæ copiam facere, *l. locum §.hoc interdictum ff.de tabulis exhibendis.*

At qui edere compellitur, tradendo exempla ad nil aliud tenetur, *l.1.§.edere, & l. argentarius §.edi ff.de edendo.*

Ut accuratissimè, & satis benè more suo advertit doctissimus *Dom.cons.Petra rit.295.num.3.* qui *num.5.* constituit regulam,

2 Ut tam ab actore reo, quam a reo actori edenda sint omnia instrumenta, post litem tamen contestatam ad finem probandi.

Nam scripturas ad finem probandi nemo compellitur præsentare, nisi post litem contestatam, & in hoc nostro Regno de generali stylo possunt scripturæ produci quandocumque usque ad sententiam exclusivè, ut de dicto stylo testatur *dictus D.Cons.Petr. d.rit.294.num.5.& rit.238.lib.2.*

3 Scripturas verò ad finem deliberandi cogitur actor exhibere ad petitionem rei conventi, etiam antè contestatam litem, *l. 1.ff.de edendo.*

Unde omnes scripturas mentionatas in libello actor cogitur edere, ut docet dictus *D. Cons. Petra d. rit.295.num.9.post Muscat.in glos. comparentis num.* 14 & alios ibi citatos.

Adeo quod si postmodum deperdisse juret, non sit ei credendum, nisi amissionem probet, vel deducatur casus saccomanni, incendii, inundationis, casmatis, & similium, *D.Cons.Petra d.rit.294.num.7.* & allegat *Rosa.cons.69.num.4.vol.2. Plotus in l.si quando num. 541.C.unde vi* & alios, ut ibi.

4 Hæc est form. decreti, quod solet interponi, v3. *quod exhibitis penes acta scripturis in supplicatione, vel comparitione enunciatis providebitur*, ut tradit *D.Cons.Rosa in praxi decretorum in compil. cap.1.in prin.* qui dicit, quod praxis hujus decreti descendit ex *text.in d.1. ff.de edend.l.3.C.eodem, auth. offeratur C.de litis contestatione. Cons. induci, & auth. offeratur qu.3.cap.1. de libelli oblat. glos.in clem.2. verbo oblatos de appellat.* & dicit, quod fundatur in ratione, ut reus possit deliberare si velit cedere, & ubi ei cedere non expediat, tunc possit instructus se defendere, *dict. Dominus de Rosa d. cap. 1. num.26. fol 354.* & ita concludit *Muscat. p.3. glos. mentionat. num.1. & num.3.& 8.* nam non exhibitis scripturis mentionatis Reus non poterit deliberare, si ei expediat cedere; & ubi velit contendere, non poterit ignotas scripturas excipere, & exceptiones formare, & sic denegaretur ei defensio, quæ est de jure naturæ.

5 Exceptio exhibitionis scripturarum opponitur tam a reo contra actorem, quam ab actore contra reum, cum discrimine tamen, quia in hoc magis est privilegiatus reus, quam actor, nam actor ad instantiam rei indistinctè tenetur edere scripturas mentionatas in libello, sive reus petat ad finem deliberandi, sive ad finem se tuendi, & defensiones fundandi, *Gallup. par.2.cap.5.num.6.*

Reus verò non sic indistinctè, quia tunc reus dumtaxat tenetur edere, quando exhibitio deservit ad coadjuvandam intentionem actoris, quia arma non sunt sumenda de domo rei, & actor debuit venire paratus; ita distinguit *Decius in cap.1.num.78.de probat.& text.in l.nimis grave C.de test.ib.l.3.& ult. C.de edendo* confert *text. in l. frustra 8. C. de probationibus*, ubi probatur, quod reus non est onerandus in probatione.

6 Hinc infertur primò, quod tutor quando agit, tenetur exhibere documenta tutelæ, & docere de sollemnibus, & sic legitimare suam personam, sed si convenitur, tunc non tenetur exhibere, nam satis est dicere, ubi sunt sollemnia, & dare potestatem scribendi.

7 Et ita quoque eodem privilegio gaudet non solum pupillus, sed omnis persona privilegiata, qui per se comparere non valet, ut Ecclesia, Universitas, nam si a prædictis petatur copia mandati, non debet dari sumptibus dictarum personarum privilegiatarum, *Ursil.ad Affl.decis.177.num.3. & 5.* ex doctrina *Alberici in l.2.§.potestatem, ff.ex quibus.*

Et quod licet jure communi attento adimplementa expensis pupilli dari debeant, ex *Aretin. in §.præterea num.35.instit. de except. Vant. de nullit.ex defect. mandati num.* 149. quod servatur in Curiis Ecclesiasticis, & in aliis Regnis; tamen in Curiis laicalibus nostri Regni mos est, ut qui vult, suis expensis habeat, ut testatur *Dom.Cons.Petra rit.244.num.17.ex Ursill.& Afflict.* ubi supra, & *Marta voto 87. Muscatell.glos.comparens num.*18. & ita etiam si petatur exhiberi inventarium, satis est indicare Notarium, penes quem existit, idem *Petra* ubi supra, ex *Prato obs.95.num.6.*

8 Exhibitionem scripturarum non potest petere reconveniens ad suam intentionem fundandam, quoniam hoc solum reo conceditur, non autem actori, ut supra; & ita decisum in suo Senatu refert *Fab. defin.6.C.de edendo nu.5.Gallup.* ubi supra.

9 Exhibitionem scripturarum, quas reus enunciavit in sua exceptione, tunc tenetur edere ad instantiam actoris indistinctè, quando actor est privilegiatus, ut Fiscus, in causa tamen numeraria, non in capitali, *l.3. C.de edendo*, vel Ecclesia, aut pupillus, juxta *Decium in l.ult.num.12.Cod.Gallup.* ubi supra.

10 Exhibitionem scripturarum petere potest a diffamato, etiam ille, qui inteptavit remedium *l. diffamari C.de ingenuis & manumiss. Gabriel.in tit.de action. concl.6.nu.43. Gratian.discept.for.cap.85.nu.5.cont. Motil.de prad.cit.num.*117.

11 Exhibitio, sive editio scripturæ debet fieri integrè de tota continentia, nam plerumque principium per finem corrigitur, *Gallup.p.2. cap.7.num.43. ex Betr dec.253.Cevar.pract.c.20. num.4.*

Limitatur hæc regula in libris rationum, quia sufficit, quod edatur particula illorum, quæ pertinent ad petentem exhibitionem, *Gallup.* ubi supra per *l. Argentarius §.edi ff.de edend.*

12 Exhibens, sive producens librum rationum sic cautus, ut ante productionem faciat declarare ab Adversario, si intendit stare totaliter rationibus tam in partitis de introitu, quam de exitu. Nam simpliciter producendo, sibi præjudicaret, quia faceret fidem contra se tantum, *Gallup.p.2.c.7.num.25. ex Rovit. prag.5.nu.7.& 8.de admin.Univ.*

Imo potest petere, ut Adversarius caveat de stando dicto libro, ut dicimus *in tit....* ubi datur cautela adversario respondendi.

13 Limitatur secundo, in exhibitione testamenti, nam copia fieri debet de particula tantum, de qua est quæstio, & non tenetur actor exhibere totum, *l.2. ff. de edend.Bart.& Bald.in l. fin.C.de precib.imp.offer. Bar. in l.Argentarius §.1. ff.de edendo*, idem *Bart.& Bal. in l. fin.num.2.C.quemadmodum testament. aperi....*

14 Imo si petitur exhibitio testamenti ab herede contra legatarium agentem, non debet edi, quia præsumitur habere copiam testamenti, *Rov.prag.... 5.de ordine judic.num.3.* ut latius dicimus infra *in 4. limitat.num.1.*

15 Exhibitio scripturæ mentionatæ in instrumento debet fieri una cum aliis scripturis mentionatis in ipsa scriptura, etiam si Notarius dicat vidisse, & legisse, vel illas scripsisset in dicto instrumento de verbo ad verbum, *Affl.dec.273. Gallup. par.2.c.7.num.26.D. Cons.Petra rit.294.nu.12.num.4. fol.272.*

Fal-

Fallit dicta regula, primo, quando exhibitio petitur ab eo, coram quo fuit stipulatum instrumentum illud, in quo fit mentio de aliis. *Gallup.* ubi supra.

16 Fallit secundo, quando scriptura, in qua fit mentio de alia, de per se principaliter disponit circa tempus, de quo agitur; nam tunc non est necesse exhibere scripturam in eo mentionatam, *Affl. decis. 273. num. 2. Gallup.* ubi supra, & *Baldus in l. si donatio C. de donat.* dicit, quod quando in uno instrumento fit mentio de alio, non est necesse, quod constet de primo, quando secundum potest per se principaliter valere.

Nam instrumentum, quod per se est sufficiens ad inducendum obligationem, inducit præsumptionem obligationis veteris mentionatæ, *Alber. de Rosat. in auth. si quis aliquo documento C. de edendo*; ita *Specul. in tit. de instrum. edit. §. restat, in fine,* ubi exemplificat, quando A. promisit solvere decem B. quæ sibi debet ex causa venditionis equi, prout continetur in instrumento scripto manu Notarii, viso, & lecto coram me Notario, tunc non expedit producere instrumentum venditionis, quia etiamsi causa esset falsa, teneret obligatio, potuit enim pars sibi in hoc præjudicare, nam ultimum instrumentum est novum originale, eo quòd de novo pars se obligavit per novum instrumentum originale ad id, quod prius non debebat, super quo partes poterant disponere, & sibi præjudicare, & est *text. in leg. optimam Cod. de contrahenda, & commit. stipulatione*, ibi in summarios

17 *verba enunciativa in contractibus probant inter contrahentes, donec contrarium probetur*, ut latè *Boer. dec. 281. num. 5.*

Et sic quando inter partes fit novus contractus, facit fidem absque veteri contractu, & *Affl. in decis. 83. nu. 1.* declarat *tex. in l. optimam C. de contrahenda, & commit. stipulatione*, qui limitatur per *Alex. in cons. 21. primo volum. & 201. volum. 2.* dicentem, quod verbis enunciativis instrumenti non statur, quando principaliter dubitatur de enunciatis. Nam *Alex.* intelligendum est de enunciatis in proœmio, quo de per se oratio stat, & non ut verbum principale orationis. Imo *n. 4. Affl. loc. cit.* ait, quod verba in instrumento prolata præsentibus partibus, semper faciunt fidem contra ipsas partes, ex *Ancher. in clem. 1. de probat.*

18 Hæc tamen regula fallit in constitutione census consignativi, qui si constituitur ex debito antecedenti enunciato, non valet constitutio census, nisi constet de primo antecedenti credito per exhibitionem scripturæ dicti crediti enunciati, ut dixi *in 2. tom. tit. 1. cap. 17. num. 31. fol. 34. ex Scapp. ad Nicol. num. 100. fol. 88. Prat. discept. 29. tom. 3.*

19 Tertio, quando scriptura producta est confirmativa alterius, & adest clausula, *ex certa scientia*, non cogitur exhiberi, *Gabriel. commun. concl. tit. de clausulis conclus. 2. num. 35. Gallup.* ubi supra.

Et quando de enunciatis scripturis non fit editio, vide *Castell. tit. de imper. qu. 100. tom. 26. Gallup.* ubi supra.

20 Exhibitionis scripturarum exceptio impedit litis cursum, adeo quod non exhibenti denegatur audientia; *Gallup. par. 2. cap. 7. num. 3. Lupus allegat. 59. nu. 13. Anna allegat. 5. num. 19. de Franch. dec. 217. num. 10.* ubi dicit v3. *tria remedia reperiri contra non exhibentem.*

Primum, condemnare illum ad interesse; *l. ubi ff. de edend. & l. creditor §. jussu de appellat.*

Secundum remedium est, denegatio Audientiæ, de quo loquitur *Text. & Glos. in l. sed, & si Prætorem vers. sed si decreto, ex quibus causis in possessionem eatur, Alex. cons. 3. volum. 2.*

Tertium remedium est, deferre juramentum in litem, quod juramentum est decisorium: Hæc sunt verba dicti *de Franch.* cui confert *addit. ad Magon. decis. Lucens. 67.* ubi dicit v3. *Quoties in aliqua dispositione denegatur audientia, importatur nullitas processus ipso jure, Rimuald. jun. cons. 74. num. 28.* Unde sententia ad favorem ejus, cui audientia denegatur, lata, non valeret, quasi sine actione egisset, *Alex. cons. 37. num. 1. Dec. cons. 174. num. 2. Cravet. cons. 19. nu. 2.* nec requiritur, ut opponatur; nam denegatio Audientiæ est tantæ importantiæ, ut inducat formam, sicut decretum irritans, *Rom. cons. 23. in fin.* ubi *Add.*

Fallit primo, quando exhibitio petitur calumniose, ex quo non relevat petentem. *Gallup.* ubi supra, *Anna ibidem num. 14. Minadous decis. 1. num. 1.*

Secundo fallit, ubi petatur dicta exhibitio ad criminosam exceptionem fundandam, *Gallup.* ubi supra, *Capyc. in cap. imperialem pag. 51.*

Tertio fallit, quando ille, a quo petitur exhibitio, cum juramento affirmat petitas scripturas se non habere in promptu; *Gallup. par. 2. cap. 7. num. 39. Minad. dec. 40. Thor. compend. verb. exhibere scripturas to. 1. Ann. d. alleg. 5.* ubi docet, quid faciendum, scil. quod teneatur in termino probatorio exhibere, si in eis intentio fundatur, aliàs ex defectu probationis succumberet, *Muscat. in glos. mentionat. par. 3. num. 14. in 9. limit. & 10.*

Quarto, quando præsumptivè scriptura mentionata est apud petentem, ut si legatarius conveniat hæredem, qui opponat exhibitionem testamenti, non debet edi testamentum per legatarium, quia præsumitur hæres habere copiam penès se. *Gallup. d. p. 2. cap. 7. num. 39. Rovit. pragm. 5. de ord. Judic. Dom. Cons. Marchio Villæ Rosa in sua elegantiss. Praxi civili decretor. quæ in compilat. interponi solet cap. 1 num. 32. col. 355.* ubi citat *Boter. clas. 6. dis. 4. de action. instrum. & ration. edit. tit. 51. Marant. in praxi p. 6. actu 10. num. 1.* vel quando agit contra consocios de communi ratiocinio; Nam si in libello partitæ hanc exprimuntur ratione negotii, non tenetur ad illorum editionem.

Aut enunciantur libri, in quibus partitæ communis rationis sunt annotatæ, & libri reperiuntur penès mercatorem, aut tertium.

Aut si agat vigore capitulorum alicujus artis, sive professionis, vel instituti montis, cujus beneficio uterque gaudet, hæc omnia concludit, & docet *D. Rosa loc. cit.* & ratio assignatur a *Muscatell. in gl. mentionat. par. 3. n. 6. & 13. in 4. limit.* Nam de eo, quod quis tenetur scire, non debet ab aliis certificari, *l. si quis ex argento §. fin. ff. de edendo*, ubi *Bal.* in specie ponit hanc limitationem, sic generaliter, quod ubicumque quis verisimiliter potest esse conscius de scripturis mentionatis in libello, non tenetur actor edere ante terminum, *Motil. de grad. cit. num. 117.*

Quinto fallit, quando exhibitio non petitur a convento, sed a tertio, *Gallup.* ubi supra, *Angel. cons. 164. & cons. 199. Afflict. decis. 235. in fin.* & ita decisum in M.C.V. refert *Anna. alleg. 76.*

Licet ibi contrarius idem *Afflict. in decis. 16. num. 3.* dicat posse tertium venientem pro suo interesse opponere exhibitionem scripturarum; sed prima opinio est tutior, & eam videtur amplecti *Muscat. in glos. mentionat. num. 12.*

Sexto, quando petitur aliquod super feudo; ex causa obligationis cum assensu, ipsa exceptione non obstante proceditur ad expeditionem causæ, *Rovit. d. prag. 5. de ord. jud. num. 8. Gallup.* ubi supra.

Septimo agens spolio ad possessionem recuperandam, non tenetur exhibere Titulum mentionatum in libello, & proinde exceptio pro exhibitione scripturarum non obstat, *Minad. decis. 1. Gallup.* ubi supra *num. 34.*

Octavo fallit, si post terminum opponitur talis exceptio, actor non tenetur edere statim, sed in termino probatorio, *Motil. de grad. cit num. 117.*

Nono est notandum; quod si per aliquod decretum

tum alterius scripturæ exhibitio ordinata fuisset, etiam cum clausula comminatoria, ut elapso termino præcludatur via agendi, nihilominus exceptio exhibitionis talis scripturæ semper intelligitur reservata ad merita causæ, ut decisum refert *Moccia in silva casuum forensi.cap.74.num.16.* penès *Matill. de grad. cit.num.118.*

21 Scripturas compellitur actor ostendere ante litis contestationem, quando de illis fecit mentionem in primo libello, modo quo diximus supra, quod secundum *Bald.in l.edita 3.num.19.C.de edendo*, & secundum *Bartol.*& alios citatos per *D. Cons. Petra rit.294. num.8.*& per *Guid.Pap.decis.116.*

Procedit, cum fit mentio limitativè, & non quando mentio fit assertivè v.g. si diceretur in libello: Titius vendidit mihi fundum, prout constat ex instrumento Not.N.Hæc dictio, *prout* est limitativa, quia relatio limitativè fit ad instrumentum, sine quo Reus non dicitur instructus, ut possit cedere, vel contendere.

Sed cum dicimus in libello claram,& apertam narrationem facti, & postea subjungitur assertivè, *& de tali facto factum est instrumentum manu T.Not.* tunc mentio prædicta non fit, ut limitet narrata, sed dicit actor assertivè, qualiter narrata probare potest. Sed hæc distinctio vana reputatur a *Carleva.* ubi supra *num.20.*& a *Ranchino in addit.ad Guid. Pap. in d. decis. 206.* & concludit, quod sive mentio fiat limitativè, sive assertivè, non inspicienda sunt verba, sed an narrata sint clara, ut reus possit esse certus de facto, quia tali casu non cogitur actor ante litis contestationem edere instrumentum, sed sat erit producere instrumentum ante sententiam ad probandam intentionem actoris; si vero ex narratione libelli minus clara reus indiget instrumento, ut possit deliberare, tunc edendum est instrumentum ante litis contestationem, nisi juraret actor instrumentum non esse apud se; vel nisi esset instrumentum, quod debet esse apud reum; cum si legatarius petit legatum ab hærede vigore testamenti, certe testamentum debet esse apud hæredem, ut dixi supra *in §. fallentia.*

Et demum concludit esse in arbitrium Judicis decernere, an sit, vel non sit necessaria editio instrumenti, ut reus deliberet, ne malitiosè petatur editio, ita *Carlev.lib.1.tit.2.disp.3.num.2.* Nam malitiis non est indulgendum, juxta præceptum *Jurisconf.in l.in fundo 39.§.consuluimus ff.de rei vendit.*

Et *D.Cons. Petra rit.294.* dicit, tutiorem esse opinionem, ut actor cogatur omnes scripturas exhibere, sive sint mentionatæ assertivè, sive limitativè, ex *Aretin.in cap.1.de probat.& Ranchin. ad Guid. Pap.* ubi supra *decis.116.& Muscat. par.3. glos.mentionat. num.3.& 10.in 3.ampliat.*

Et novissimè *D.Cons. Rosa in praxi decret. in compilatione cap.1.num.29. fol.355.* concludit, scripturas in libello mentionatas, sive assertivè, sive limitativè, indistinctè exhibendas esse, & ita servari de stylo M.C.V. teste *Follar.ad Marant. p.6. acta 10. num.9.* quem approbat, & sequitur dictus *D.Rosa* ubi supra, *Muscat.& Petr.loc.cit.*

Imo etiam si totus tenor instrumenti inferatur in libello, tenetur illud exhibere, rejecto *Muscat. in glos.mentionat.num.13.* dicente, quod tunc reus dicitur instructus, & poterit deliberare si velit cedere, & poterit formare exceptiones, si velit contendere, per *text.in cap.2.de dilat.*

Nam ei respondet *Dominus de Rosa*, *text.* illum loqui in Judice, cui uti probo viro fides habenda est, *Mascard.de probat.concl.951.num.1.& 3.* sed non sic in principali, cui credendum non est, vel ex errore potuit esse diminutus tenor insertus, vel ejus enarratio.

22 Copiam inventarii edere hæres cum beneficio leg. & inventarii tenetur, expensis hæreditatis ad instantiam creditoris hæreditarii, *Novar.qu. forens.97.p.2. num.15.*& allegat. ita decisum apud *Thesaur. lib.1.quæst. for.10.num.30.in fin.*

23 Copia sententiæ, & actorum sufficit cum extracta Actuarii, nec cogitur ad exhibendum originale post lapsos annos duos, *Gram. decis.24.* & conferunt dicta per *Præsidentem de Franch.decis.194.& Sanfelic. tom.1.decis.4.num.1.*

Acta vero in alio judicio facta in libello enunciata, quibus suam intentionem probare conatur, ostendere oportet, *tex.in l.2.C.de edend. Dom.Rosa in praxi decret.compilat.cap.1.num.34. fol.355.* & sic tenetur producere copiam omnium actorum, ex quibus fundatur intentio actoris in libello, *Muscat. in suamet addit.ad cit.glos.mentionat.*

24 At si quis agat vigore testamenti nuncupativi, quod per testes fuerit probandum, non tenetur ostendere, licet fuerit mentionatum in libello, & sic quodlibet aliud instrumentum, in quo non fundatur intentio, cum oporteat illum per testes probari, *text. in l.1.§.edenda ff.de edend.* ibi, *non tamen ut & instrumenta, quibus quis usurus non est, &c.* Idem *Dom. de Rosa loco cit.*

25 Dominus directus potest cogère novum emptorem ad exhibendum instrumenta emptionis ratione laudemii, vel retractus, vel alterius juris, *Capycius latro consult.83.n.40.& Cravett.cons.112.num.16.*

Ubi quod non sufficit dicere, non habere instrumentum, cum probabiliter penès eum esse debeat.

Et Judex potest ex officio ad veritatem elucidandam, partem compellere ad exhibendum instrumentum, *Latro* ubi supra *ex decis.Rota 5.in novis.*

Allegatio ad instantiam Isabellæ Marotta &c.

26 Vengono convenute la Ved. Isabella, e Teresa Marotta della Terra d'Anzi ad istanza del Rev.D.Dezio, e fratelli della Petina, che pretendono rescindere una transazione fatta tra la quondam Madre di essi attori, e quondam Padre di esse ree convenute col pretesto di una scrittura nuovamente trovata, della quale non se n'è avuto più prima cognizione alcuna.

Ed essendosi opposta l'eccezione dell'esibizione di dette scritture menzionate nel primo libello, ignote ad esse ree convenute, si è con decreto *domi* del Regio Consl.Signor D. Domenico Escalera Commessario provveduto, *quod statuatur terminus ad probandum*, rigettando detta eccezione, e portatane istanza di *contraria imperio*, e poi supplica di V.E. si trova confirmato, *bene provisum*. Ed essendosi portata altra supplica *loco reclamationis*, e dovendosi di nuovo far detta parola

Si supplica il Signor Commessario, ed altri Signori della Ruota, che in questo Regno, e maggiormente in questo Supremo Consiglio, dove si procede *sola facti veritate inspecta*, sta in pratica ricevuto, che indistintamente si devono dall'attore esibire tutte le scritture menzionate nel libello, e tale eccezione impedisce il corso, e se li nega l'udienza all'attore, sino che non farà l'esibizione, come conclude *Gallup.nella pratica di detto Sac.Cons.nostra par.2. c.7. num.3. Anna alleg.5.n.19.de Franch.dec.271.n.10.*

E gli atti, che si farebbero, sariano nulli, giacchè l'effetto di detta eccezione è di negarsi l'udienza, e perciò l'attore resta senza azione di potere agere, come tutti li DD. concludono, dopo *Alessandro lib. 2. cons.37.dec.274.Rom.cons.23.Crav.* ed infiniti altri.

E lasciando gli Autori antichi, ed altri Pratici del nostro Regno, basterà raccordare, che ultimamente nell'eruditissima Pratica Civile il savissimo Signor Marchese di Villarosa Giurisconsulto versatissimo, e de' più veterani in detto Supremo Cons. e Capo di Ruota, dove si ha da riferire detta causa, abbia nel

primo

primo cap. delli decreti soliti farsi in esso Sac. Cons. nella compilazione, dato la forma di detto decreto, che *Exhibitis scripturis providebitur*.

Ecco che dalla detta forma di decreto vien confermato quanto di sopra si è detto, che si niega l'udienza, e non si provede, *nisi prius exhibitis scripturis mentionatis in libello*.

Soggiugnendo detto Signor Marchese, che la pratica di detto decreto nasce dal *tit. del C. e Digesto de Edendo*.

E che *optima ratione fulcitur, ut reus possit deliberare, si velit cedere, & ubi ei cedere non expediat, tunc possit instructus se defendere, & sciat exceptiones adversus illas scripturas, quæ sibi competunt, aliàs denegaretur defensio reis conventis.*

Oltrechè non si è trovato mai Dottore antico, nè moderno, che si avesse sognato dire, che l'attore non fusse tenuto esibire le scritture menzionate nel libello, quando di quelle se n'è fatto menzione limitativa, com'è nel caso nostro, che non si è asserito il contenuto delle scritture, ma limitativè si sono gli attori riportati ad esse scritture.

Solo quel che *Bald.* ed altri antichi han voluto limitare, si è, quando la menzione delle scritture fusse fatta *relativè*, cioè che nel libello si fusse pienamente narrato il contenuto delle scritture; e poi *relativè* si fussero menzionate, che di tutto ciò ne sono stipulate le T. e T. scritture. Pensando, che dalla piena narrazione fatta nel libello restasse istrutto il reo, senza necessità di esibir le scritture menzionate. Quale distinzione si è stimata molto vana, ed inutile per praticarsi da tutti li nostri Pratici, *Gallup. p. 2. c. 6. num. 7. Carlev. lib. 1. tit. 2. disp. 3. num. 20. Muscat. in glos. mentionat. Ranchino nell'addit. a Guid. Pap. alla dec. 106. il Rep. Petr. tit. 294.* e detto Signor Marchese *Villa Rosa obs. cit.*

Ma quando la parte volesse ostinarsi a detta opinione non più ricevuta in questo Regno, pure stimo fuor di tal contrasto, perchè nel caso nostro si è fatta menzione limitativa, che non ci è Dottore in contrario, ma tutti concordemente vogliono, che sia l'attore tenuto ad esibire le scritture menzionate.

Onde per ogni verso si deve sospendere detto decreto del termine, e provvedere, *quod exhibitis scripturis providebitur*. Così ne supplicano esso Signor Consigliere, e tutti i Signori Votanti.

E secondo questa allegazione fu decretato, in banca del Magnifico Figliola appresso lo Scrivano Michele Gaudioso.

De Productione Scripturarum.

27 Producere volens scripturas in judicio, debet illas diligenter perscrutari, ne producat sibi nocivas, vel inter se contrarias, quæ aliis tollant fidem; protestatio enim, aut excusatio, sive ante, sive post productionem non juvat, ut concludit *Pax Jordanus elucubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 20. de fide instrum. num. 269. fol. 407. ex textu in cap. imputari de fid. instrum.* quæ Decretalia examinatur a *Felino* per septem declarationes, & quatuor limitationes:

28 Producens enim scripturas censetur fateri contenta in eis, *Pax Jord. loco cit. ex Abb. in cap. cum super de offic. Delegati. Pap. dec. 238. num. 5.* & ibi *Addentes Carroba sup. 193. ex Marantæ consil. 94. num. 1.* Verum illa ficta confessio non habet locum in alio judicio, nec per dictam fictam confessionem censetur ratificare; ideo producens instrumentum pacis, non censetur ratificare pacem, sed solum censetur fateri esse vera contenta in illo instrumento producto.

29 Item quando scriptura producta impugnatur ab Adversario, propter impugnationem tollitur illa ficta, seu tacita confessio, quoad favorem impugnantis, ex regula vulgata, *quod nemo debet juvari actu, quem impugnavit, Pax Jord. loc. cit. numeris sequentibus.*

30 Productio scripturæ facta per Procuratorem, magna est altercatio, an Principali noceat; de quo vide *Beltramin. ad Ludovis. decis. 33. num. 20.*

Sed vera distinctio est, quod si Procurator verisimiliter aliunde habere non potuit, quam a suo principali, tunc præjudicat, aliàs non præjudicat, *Pax Jord. lib. 14. tit. 20. de fide instrum. n. 356. fol. 413.*

Sed in Regno utimur declaratione circa usum, de qua latè dixi *in cap. de declarat. contra usum.* „ ubi
„ adnotavimus, quod ex *nov. Constitutione* illa fuit su-
„ blata, nec amplius servatur: & ideo ex ipsa præsen-
„ tata, & exhibitione scripturæ facta per Procurato-
„ rem, etiam non habente speciale mandatum adde-
„ clarandum circa usum; eadem actio acquiritur parti,
„ quæ ex declaratione acquirebatur, prout habes *num.*
„ *XXIII. §. I. cit. Constit.*

31 Originalia acta, & originales scripturas in actis præsentatas non tenetur litigans producere, quando sunt deperdita, quia penès Actuarios custodiuntur, quorum intererat custodire, ita *Sanfelic. dec. 4. tom. 1. num. 1. & 2.* & allegat. *de Franch. dec. 194. Bald. in cap. in præsentia coll. alt. de renunciat. Alex. cons. 105. in princ. lib. 5. Cravet. in tract. de antiq. tempor. 2. par. principal. nu. 8. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 68. num. 11.*

32 Originalis scriptura, vel originalis libellus debet restitui in banca statim, & non differri, nisi infra biduum ad plus, sub pœna contenta *in prag. 2. de Proc. Motil. de grad. cit. nu. 20.* verum dicta pœna non practicatur, sed fieri solet memoriale, ut restituat, alias compellatur, & ita hodie passim utimur.

„ Si autem ad *nov. Constitut. §. V. num. XXI.* adverta-
„ mus, hoc omnino cessare debet; ibi enim expressè
„ cavetur non posse Actuarios, & Scribas M.C.V. dare
„ in manibus partium libellos originales, post factam
„ in ipsis præsentatam, quæ omittenda non est, tam ex
„ *num. XVIII.* ejusdem §. sub pœna in Pragmaticis con-
„ tentâ; ibique iterum comminatâ, quam ex supra cit.
„ *n. XXIII. §. I.* sed tantum eorum copias, ad evitandum
„ fraudes dicto loco præfatæ Constitutionis considera-
„ tas; cujus verba hæc sunt: *XXI. Vogliamo, che da og-*
„ *gi innanzi gli Attuarj, e Scrivani di Vicaria, dopo*
„ *fatta la presentata nelle petizioni, non possano più ori-*
„ *ginalmente consegnarle al Producente; ma debbano*
„ *conservarle negli atti; e solamente possano darne co-*
„ *pia alle Parti, qualora la vogliono, per evitarsi le fro-*
„ *de, che si potrebbe commettere, che stando detta pe-*
„ *tizione in mano delle Parti, dopo compilato il termi-*
„ *ne, la facciano trovar cucita nel Processo; per dir di*
„ *nullità nella compilazione.*

33 Originale potest in actis præsentari cum potestate relaxandi copiam, & penès se retinendi originale, & dictæ copiæ adhibetur fides, *Caravit. rit. 176. Gallup. p. 2. cap. 7. nu. 22. ex Paul. de Castro in l. fin. primo not. C. de fide instrument.*

Verum copia extracta a dicta copia relicta in actis non probat contra alium, nisi in præsentatione, vel collatione originalis fuisset ille alius citatus, *Gallup. ibid. & Afflict. dec. 282. num. 6.*

Allegazione per li conti dell'Università.

34 A primo Febbrajo 1701. essendosi *domui* interposto decreto dal Reg. Consigliero Signor D. Gio: Battista Pisacano Comm. che con effetto l'Università di S. Angelo Fasanella, *oppositis per ipsam non obstantibus*, esibisca li conti; servata la forma dell'altro decreto de' 22. Gennajo, e lo Scrivano della causa vadi in detta Terra ad astringere tanto li magnifici del Reggimento, quanto il magnifico Governatore ad esibire li conti dell'Università dall'anno 1669. fino all'anno 1685. a fine di riconoscere li pagamenti fatti a beneficio

ficio di Giuseppe, e Gennaro Fasano, che pretendono aver credito sopra detta Università, & ad esibire li conti dall'anno 1695. per tutto l'anno 1700. per trasportarli *penès acta* del Sacro Consiglio *ad finem providendi*, in banca del magnifico Biase Antonio, dell'Uomo Scrivano.

Ha fatto istanza l'Università per la rivocazione di detto decreto, e spera dalla retta giustizia del Signor Commessario ottenerla, essendo volgatissimo l'assioma, che *arma non sunt sumenda de domo rei, & quod actor non debet fundare intentionem suam ex instrumentis conventi*, per il *Testo* chiaro nella *l. qui accusare 4. C. de edendo*, dove giova riferire le proprie parole del sommario, ivi: *Reus non tenetur edere actori propria instrumenta ad intentionem fundandam; & actore non probante, reus absolvitur*, ed *Alex. Bald. & Salyc. in d. l.* E nella *leg. nimis grave C. de testibus* si conferma l'istesso, con queste parole, *Nimis grave est, quod petitis urgeri partem adversam ad exhibitionem eorum, per quos sibi negotium fiat, unde intelligitis, quod intentioni vestræ proprias afferre debetis probationes, non adversus se ab adversariis adduci*, e per lo *Testo nella l. de minore 10. ff. de quæstion.* ibi: *Nec debet initium probationum de domo Rei accusator sumere*. Giova anche riferire le parole della *Chiosa* nel *cap. 1. de probat. in verbo contra se*, ibi: *Verum est illud, quod nullus sua propria instrumenta tenetur edere adversario, ut ipse utatur eis, præcipue quæ faciunt contra ipsum.*

Ed invero, se il creditore potesse astringere il debitore ad esibire le ricevute, sarebbe stato invano il *Testo nella l. plures 18. C. de fide instrumentorum*, dove la *Glossa* dice, che *duplici via* si soccorre al creditore per potere provare il possesso, seu quasi d'esiggere, una è di astringere il debitore a fare l'antapoca del pagamento, l'altro di lasciarsi copia firmata dal debitore della ricevuta, che fa.

Si supplica però il Signor Commessario ad ordinare, che *suspensis decretis, statuatur terminus in caussa*, sottoponendosi nel di più al suo savio parere.

Lionardo Ricci.

Ma tutte queste ragioni addotte niente giovarono, mentre si decretò *stet in decisis*; e la ragione di detta decisione fu che li conti, e libri dell'Università sono scritture pubbliche, quali si devono esibire così ad istanza dell'attore, come del reo, e così si pratica sempre, che occorre, nella Regia Camera della Summaria, e nel Sag. Reg. Cons., ed in diversi Tribunali del Regno.

C A P. XLVIII.

De Exceptione Feriarum.

S U M M A R I U M.

F*eriarum exceptio, an sit dilatoria, vel anomala, & in qua parte judicii opponi possit*, num. 1.
Feriarum definitio, num. 2.
Feriarum ethimologia, num. 3.
Feriarum divisio, num. 4.
Nullitas actorum, & Nullitas sententiæ tempore feriarum quæ sit, & quid inter se differant, num. 5.
Feriæ quæ servantur in Regno Neapolitano, & in quibus caussis, num. 6.
Tribunal Nunciaturæ Neapolitanæ servat ferias Curiæ Romanæ, num. 7.
Feriæ Messium, & vindemiarum, in quibus locis, & quando servantur. „ quid circa ferias fuerit immutatum ex nov. Constit. remissivè, num. 8.
Causæ, in quibus procedi potest tempore feriarum, num. 9.
Citatio in Regno Neapolitano expediri potest die feriato, sed notificari die non feriato; secus de jure communi, num. 10.
Citatio in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & in Curia Episcopali Capuaquens. expeditur die non feriata, & valide exequitur, & notificatur die feriata ex Constitutione synodali, num. 11.
Citatio in feriis hominum valet; & assignatur ratio num. 12.
Tutores, Curatores & dari, excusari, & amoveri possunt diebus feriatis, cum limitatione, num. 13.
Decretum in alienatione bonorum minoris interponi potest in feriis, ad hominum necessitatem, sed non in feriis ad honorem Dei, num. 14.
Compulsoriales decerni possunt in feriis, dummodo decernantur diebus non festis, num. 15.
Libellus, articuli, & appellatio possunt præsentari in feriis, dummodo non procedatur ad causæ cognitionem; sed remaneant in simplici præsentatione, nu. 16.
Absolutio juramenti impetrari potest in feriis ob necessitatem hominum, non tamen in feriis ad honorem Dei, num. 17.
Excommunicationis sententia, & absolutio ab excommunicatione fieri potest in diebus, etiam ad honorem Dei inductis, num. 18.
Attentatorum causa expediri potest diebus feriatis, num. 19.
Instrumenta paratam exequutionem habentia exequi possunt in feriis ad necessitatem hominum inductis, secus ad honorem Dei, num. 20.
Judicium exequutivum expeditur in feriis ad utilitatem hominum, ubi necessaria est compilatio processus, secus in feriis ad honorem Dei, num. 21.
Alimenta debita pauperi, & in omnibus caussis, quæ sine Reo fiunt, proceditur diebus feriatis, num. 22.
Feriæ ad utilitatem hominum non servantur in Regia Camera, num. 23.
Universitatum Causæ, an expediantur diebus feriatis, num. 24.
Feriæ in causa Syndicatus Officialium, etiam ad honorem Dei non servantur, num. 25.
Juramentum nulliter datur die festivo, cum limitationibus tamen, num. 26.
Sententia absolutoria in criminalibus fieri potest die feriato ad utilitatem hominum, non in feriis ad honorem Dei, num. 27.
Inquisitionis acta confici possunt die feriata ad honorem Dei, num. 28.
Militares causæ possunt fieri diebus feriatis, num. 29.
Voluntarii actus legitimi fieri possunt diebus feriatis ad honorem Dei, ut adopsio, emancipatio, manumissio, Delegatio, Collatio beneficiorum, dispensatio, &c. num. 30.
Ecclesia non impeditur, si velit, procedere in feriis hominum, num. 31.
Pauper excusatur a peccato, si laborat per duas horas die festo, num. 32.
Debitor suspectus de fuga carcerari potest die festo, num. 33.
Exequutio in bonis, vel in persona pro debito, an possit fieri in die festo, num. 34.
Resistere exequutori, an, & quando quis possit, num. 35.
Eximens equum a servientibus Curiæ, vel certios aut debitores civiles, ut aufugiant, qua pœna punitur? num. 36.
Carceratio pro causa criminali licita est die feriato, num. 37.
Exequutio, an fieri possit in Hebdomoda sancta, nu. 38.
Festa S. Natalis quantum tempus durant, num. 39.
Consuetudo, vel statutum circa observationem feriarum servandum est, num. 40.
Tribunal Reverendæ Fabricæ, ejusque Commissarii in partibus, quæ festa servare debent in causis, num. 41.
Testes, an examinari possint die Dominico, num. 42.
Nullitates discuti non possunt, durantibus Feriis absque dispensatione, num. 43.

Ex-

Executio sententiæ, & instrumenti fieri potest in Feriis æstivis, sed facta executione, si in dubium revocetur per adversarii oppositionem, de justitia cognosci non potest, pendentibus Feriis, num.44.

Testes examinari possunt in feriis æstivis super paupertate allegata ob depositum evitandum in nullitatibus; num.45.

Terminus non currit, quando Feriæ absorbent majorem partem dilationis, cum distinctione, & dummodo fuerit pars protestata de feriis, num.46.

Feriæ æstivæ, quare restituuntur, & Feriæ ad honorem Dei non, num.47.

Appellari potest die feriato, & libellus præsentari, nu.48.

Appellans non excusatur a transmissione actorum tempore feriarum æstivarum, verum post processus exhibitionem ad aliud non proceditur, durantibus dictis feriis, num.49.

Acta, & Sententia feriarum tempore valent, si ab altera parte non fuerit opposita exceptio feriarum, num.50.

Feriis derogari, dispensari, vel renunciari, quando, & a quibus potest, num.51.

Formula dispensationis feriarum, cum advertimentis, & cum distinctione, num.52.

Formula memorialis pro assensu Feriarum, cum advertimentis, num. 53.

Arbitri acceptando compromissum, cum clausula procedendi feriarum tempore, consentire videntur, n.54.

1 EXceptio Feriarum quamvis sit dilatoria, & sic ante litis contestationem opponenda, potest tamen in quacumque parte judicii opponi; & sic, qui in uno actu non allegavit, poterit in alio actu allegare, & quandocumque superveniant pendente judicio, supersedendum est, & propter hoc inter anomalas quoque ab aliquibus numeratur, & potest opponi tam a reo, quam ab actore, si reus litem prosequi vellet, *Dom.Consil.Altim.de Nullit.rubr.9.qu.40.*

2 Feriæ sunt, quæ deputantur, ut homines quiescant, & divinis, vel aliis rebus necessariis intenti sint, hæc est definitio *Sebastiani Maut.lib.2. ff.vet. fol.7.de Prr.*

3 Dictæ sunt Feriæ a feriendis, idest mactandis victimis, quæ diebus festivis, offerebantur, *d. Sebast.loco cit.* quidquid alii dixerint circa etymologiam dicti vocabuli.

4 Feriarum tres sunt species; scilicet, Aliæ sunt inductæ ad honorem Dei: Aliæ ad honorem Principis, quæ feriæ repentinæ vocantur; Aliæ ad utilitatem hominum: & potest addi quarta species, scil. quæ non tam ad honorem Dei, quam hominum gratia sunt inductæ.

Feriæ primæ speciei ad honorem Dei sunt omnes dies, quibus Festivitas vel nostri Redemptoris, vel Beatissimæ Virginis, vel alterius Sancti colitur juxta Regionis consuetudinem, *Tusch. lit.F. concl.96. pract. observat.97.Calà de feriis qu.3.*

Feriæ secundæ speciei ad honorem Principis sunt, quæ fiunt, vel ex causa suæ Coronationis, vel Nativitatis, quam Hispani vocant, il *Compleaños*, vel ex causa victoriæ in bello, vel ex aliis causis enarratis *in l.1.& 4.C.de feriis, l.3.C.de dilationibus, l.& si Prætorem 26.§.si feriæ ff.ex quibus causis*, & vocantur repentinæ, quia non sunt determinatæ, sed repentè emergunt, occasione publicæ lætitiæ.

Feriæ ad utilitatem hominum sunt, quæ, ut homines vacent utilitatibus colligendi messes, & uvas, inductæ fuere tempore messium, & vindemiarum.

Ad voluntatem hominum sunt baccanalia, in quibus insanientes homines, inanibus delitiis dediti, Baccho, & crapulis indulgendo, mascherantur, vaniloquia, comœdias recitant, vel audiunt, & a negotiis, & litibus cessant; quo tempore in hac religiosissima Civitate Neap. per vigilantissimos Evangelicos Prædicatores verbum Dei prædicatur vicissim, & gradatim in Ecclesiis inter eos stabilitis publicè Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum pro oratione quadraginta orarii exponitur, alliciendo populos cũ magno sumptu Musicorum, ut ab ejusmodi vanitatibus animæ periculosis divertant, maximè juvenes. Et juxta *pragm. 8. de feriis* numeratur inter Festa mobilia dies Cinerum cum sex antecedentibus baccanalibus, ubi dicitur, quod Baccanalia non sunt Feriata, sed Tribunalia sunt clausa.

Feriæ quartæ speciei sunt feriæ Rogationum, quæ dicuntur feriæ minorum litaniarum, inductæ non tam ad honorem Dei, quam hominum gratia, ob humanam necessitatem ad preces effundendas pro frugibus prospiciendis, ut decisum in Subaudiæ Senatu refert *Faber def.6.C.de feriis.*

Sed hæ feriæ Rogationum non servantur in Tribunalibus, & Curiis laicalibus nostri Regni, quia illis non obstantibus regitur Curia, & ita practicatur in S.R.C., M.C.V. & in omnibus aliis, quæ normam sumunt a dictis Tribunalibus superioribus.

5 Feriæ ad honorem Dei, ad honorem Principis, & quartæ speciei sunt ejusdem naturæ, ut ipso jure actus gestus sit nullus, etiam si ambæ personæ huic exceptioni renunciaverint, cum non possit per partes renunciari, *l.ult. ff.de feriis, Specul. tit.de fer. §.fin.glos. sæpe de verb.sign.in 6.cap.ult.Prat.obs.47.num.72.*

Et dicitur nullitas ex defectu jurisdictionis, cum tempore Feriarum sit suspensa jurisdictio, *Dunza de pugna DD. tom.2.tit.de feriis cap.1. num.12. Calà de feriis qu.4.* & alii citati per *Dom.Altim.de nullit.rubr. 9.q.40.num.9.*

Et propterea sententia nulla, ex quo lata est die festivo, non potest partium consensu ratificari, *Gratian.discept.516.nu.16.Altim.* ubi supra *nu.66.*

Verum ubi nullitas esset solum in sententia, & reliqua acta non essent nulla, tunc per Judicem appellationis confirmari potest, idem *Gratian.dec.144.nu. 9.Caroc.except.117.in fin.Altimar.* ubi supra *nu.75.*

Sententia enim nulla, si justa est, debet confirmari, *Tior. in compend. vers. sententia nulla par.1. Ric. decis.274. par.2. Novar. in alegat. ad finem 3.tom. de gravam.vassal.num.57.*

Nam sententia nulla, quando justificatur bono jure, & justitia, tunc revera non potest dici nulla, *Merlin.controvers.cent.3. cap.88. Farin. decis.656. in fine par.2.tom.1.*

Sed hic adverte, quod licet feriæ Rogationum, quæ sunt quartæ speciei, de jure ita sint servandæ, ut partes renunciari illis non possint, & acta sunt nulla, ut dictum est supra de Feriis, ad honorem Dei, & Principis,

Tamen in hac Civitate Neap. & in Regno non servantur, & acta sunt valida; nec mireris, quia per *Tex. in Cap. de Feriis* statuitur, ut servetur consuetudo circa observationem Festorum, ut de hoc vide, quæ latius dicemus inferius hic.

6 *In Tribunalibus hujus Regni, quæ feriæ servantur, & in quibus causis.*

Primo servatur Kalendarium dierum Festorum *in Pragm.2.de Feriis*, juxta quam *Pragmat.* singulis annis in hac Civitate Neap. fit Kalendarium novum omnium festorum servandorum in nostris Tribunalibus. Quod servatur in omnibus Curiis per Regnum tam Regiis, quam Baronalibus, licet dict. *Pragm.* loquatur de Tribunalibus Regiis tantum, & hoc ex vi comprehensionis.

Sunt, & aliæ feriæ locales, quæ in uno loco servantur, in alio non; ut sunt aliqui Sancti, qui non sunt in Kalendario, ut ii, sub quorum titulo est erecta Ecclesia Matrix, vel Parochialis Oppidi, vel ex consuetudine alicuius Civitatis, vel Villæ, & tunc Feriæ attendendæ sunt, quæ vigent in loco Judicii.

Abb.in c. ult. num. 23. *de Feriis*, & si citatus esset in alio loco, attenditur, quæ viget in loco, ubi exequitur citatio, vel aliqu a alius actus judicialis, ut diximus *in cap.de citat.num.* . ...

7 Fallit in Nuncio Apostolico ad aliquem Principem misso; quia Curia Nuntiaturæ non tenetur observare ferias particulares loci, sed tantum illas Romanæ Curiæ, *Trivisan.dec.Venet.*31.*p.*1. apud *Ricc.collect.*124. qui quamplures alias limitationes refert.

8 Feriæ messium, & vindemiarum „ (modo hæ po-
„ stremæ tantum, ut mox meminerimus,) solum servantur in Tribunalibus intra Neap.non autem extra per Regnum, ut testatur *Carapit.in rit.*208.*num.*2.*in fin.* quem sequitur Magnus Actuarius *Broya in cap.*1.*num.*10.& ego in nulla Curia per Regnum vidi observare, nisi in Terra Moliterni, ubi Universitas porrigit libellum, & Capitaneus decernit terminum feriarum messium per paucos dies, & in Terra Sancti Gregorii servari quoque testatur *Novar. tom.*2.*de grav.Vassall. gravam.*187.*num.*9.ubi refert decisum, Baronem non posse dispensare feriis Messium, & vindemiarum, cum ad solum Principem spectet, & in Regno spectat ad Regium Collat. Consilium, & acta cum dispensatione Baronis facta, essent nulla, *Novar.ibidem.*

Dictæ feriæ *Cereales*, sic a Cerere nuncupatæ, sive feriæ messium, & feriæ vindemiarum incipiunt a die 15. Julii, & durant usque ad diem septimum mensis Septembris, infra quem terminum non potest compilari processus, nec processum compilatum expediri, & sic est impedita tam compilatio termini, quam decisio causæ.

Elapso vero die septimo Septembris, potest procedi ad compilationem termini tantùm absque dispensatione, sed non potest procedi ad causæ expeditionem, nisi transcurso die octavo mensis Octobris.

Ad instantiam tamen Dominorum Electorum hujus Civitatis prorogari solent usque ad diem 18. vel vigesimum mensis Octobris, vel plus, & minus, juxta placitum S. E., & hæc est vera praxis, quæ viget hodie in his Tribunalibus.

Nec decipiamur, quod *Pragmatica* 2. *de feriis*, dicat dictas ferias incipere a die 14. mensis Julii, & durare usque ad diem quartam mensis Octobris, nam die decimâ quartâ mensis Julii regitur Curia, & sic feriæ incipiunt a die 15. dicti mensis, & non a die 14.& *Prag.* dicit durare usque ad quartum diem mensis Octobris, sed durat usque ad 14.diem mensis Octobris,& cave ab aliis Auctoribus, qui confuse de hoc locuti sunt. „ Quod modo non habet locum ex *nov.*
„ *Constitutione*, ut paulo post advertitur.

Nota etiam, quod in mense Junii solet Collaterale Cons.regi de mane, ante prandium, & Reg.Cam.Summar. tenetur accedere ad Collat. Quæ prædictæ feriæ in dicto Tribunali Reg.Cam. incipiunt a die, quo incipit Collat.regi de mane. Dum Reg.Cam.durantibus feriis non accedit die Veneris. „ Jam supra latius di-
„ ximus, quod ex *nov.Constitut.*feriæ indicuntur prima
„ die Octobris, & durant usque ad diem decimamquin-
„ tam Novembris inclusivè, remanentibus in Civitate
„ quatuor Judicibus, duobus nempe ex civilibus, ex
„ criminalibus duobus alternatim eligendis a Regente
„ M.C.V.pro negotiis, quæ dilationem non patiuntur;
„ modo superest tantum innuere, quod cum successerit,
„ ut & alibi diximus, in locum Coll. Cons. Regalis Ca-
„ mera Divæ Claræ, quæ constat, præter S. R. C. Præsi-
„ dem meritissimum, illustrem Marchionem aliàs com-
„ mendatum *D. Vincentium de Ippolita*, ex quatuor
„ Aularum ejusdem S.C.Præfectis, qui omnes sunt am-
„ plissimi, & omni virtutum genere ornatissimi Senato-
„ res, sc. *D.Antonius Maggrocca*. illustris Marchio *D.*
„ *Carolus Danza*, numquam satis laudandus *D. Jo:An-*
„ *tonius Castagnola* noster Præceptor amantissimus, nu-
„ per etiam Marchionis titulo propter ejus merita a cle-
„ mentissimo, & justissimo Rege nostro decoratus; &
„ tandem illustris Marchio *D.Nicolaus Fraggianni*; cum
„ inquam successerit in locum dicti R.Coll.Cons. præfa-
„ ta Regalis Camera D.Claræ, ab usu prorsus recessit ad
„ eam accedere R.Cam.Sum.; & durantibus dictis feriis,
„ semel in hebdomada ad libit.D.Præsid.de mane regitur
„ dict.Regalis Cam.D.Claræ; & diebus, quibus lubet Do-
„ mino Locumtenenti dictæ Regiæ Cameræ Summariæ,
„ ejus domum aut bis, aut semel quoque in hebdo-
„ mada petunt Domini Præsidentis illius, cum Fisci Pa-
„ trono ad Tribunal regendum, prout res, & negotia
„ ibidem tractanda exigunt.

9 *In quibus causis potest procedi tempore feriarum.*

Prædictæ regulæ limitantur, ut *glos.in c.*5. *de feriis* nempè.

Quando est periculum in Mora.

In delictis enormibus, *l.*9. *C.de feriis.*

In editione libelli.

In captura debitoris suspecti de fuga.

In receptione confessionis partium.

In sententia excommunicationis.

In Curia Principis a latere.

In pertinentibus ad voluntariam jurisdictionem.

In nundinis, *Scial.de for.comp.cap.*31 *num.*3 *& de for.jud.cap.*22.*num.*19.*Molo ad Gizzar.dec.*58. *nu.*12. *D.Altim.rubr.*9.*qu.*a 10.*num.*65. & latè *in tit.de Sindic.Marant.p.*4.*dist.*16.*num.*87.

In causa miserabilium personarum proceditur diebus feriatis ad honorem Dei, nec dies festus attenditur, *Amatus decis.*83.*Peguera dec.*53.*c.Utinam* 77. *dist.* 1.*c.Nunquam de consecr.dist.*5. & alii allegati per *Dom.Altim. rub.*9. *qu.*40. *num.*14. Ubi vult excusari Judices rurales, si jus dicant in civilibus negotiis ad pauperes spectantibus; idem esse in causis carceratorum, & comprehendi Ecclesias actrices contra laicos, secus contra, ex *Novar. privil.* 52. *de privileg. miser. Danza tom.*2. *de pugn. DD. tit. de feriis cap.* 1. *num.*17.

Et propterea Judex, qui huc, illucque tenetur pergere ad jus dicendum ob Pagorum multitudinem, & distantiam, ob necessitatem temporis, excusatur, maximè si expiraret jurisdictio, & instantia, *Prat.obs.*47. *num.*110.*Jordan.lib.*11.*tit.*1. *num.*192. relati a *Dom. Altim.ubi sup.num.*13.

Hinc feriato die potest procedi pro consecutione mercedis operarii, vel famuli pauperis carentis unde vivat, *Sanfel.in prax. sect.*60. *nu.*33.& allegat *Mutam in Consit*, *Panormit.c.*77.*nu.*16. *Didacus de Mari in addit.ad decis.*58.*Gram.*ibi citat.

Feriato die potest Judex ex officio procedere ad taxationem salarii, & mercedis, maxime in paupere, & non est nullitas, ut ex pluribus firmat *Maur.Burg. in tract.de mod.proced.ex abrupt. qu.*5. *num.*126. *fol.* 20.ubi recenset duodecim privilegia causæ mercedis.

Feriatis diebus potest dotis causa tractari, *Novar. qu. forens.*47.*num.*9.*&* *DD.in cap.nuper*, *& cap.per vestras de donat. inter virum, & uxorem. D. Altim. rub.*9.*qu.*40.*num.*42.ubi ex doctrina *Andreol. contro.* 243.*num.*3.ampliat etiam ad Antefatum.

Quod voluit intelligendum, si dos petatur a muliere paupere, & quod ita sit intelligendus *tex. in l. cum is §.fin.in ea ff.de condict.indeb. Antonel.c.*9.*n.*39.

In causis possessoriis potest procedi, etiam suspenso petitorio antea non suspenso, *Rot.in nov.dec.*140.*Novar.collect.*95.*Danza de pugna DD.tom.*2.*tit.de feriis cap.*1.*nu.*18.*Postius de manutent. observ.*8. *num.*102. *Dom.Altim.rub.*9.*qu.*40.*num.*29.

10 Citatio in nostro Regno Neapolitano ex *ritu M. C. V.* 107. potest expediri die feriata, sed notificari die non feriata, *D.Altim.rub.*9.*qu.*40.*n.*31. *in fin.* quod *ritus de jure communi*, ut ibi, & dictus *ritus* dicit pos-

fe-

se expediri etiam die Paschali; tamen ne erres, sciendum est, quod dictus *ritus*, & praxis hodie non servatur in nostro Regno, ut testatur *Dom.Reg.Petra d. rit. per totum*, ubi relatis pluribus hinc inde opinionibus, docet demum praxim hodiernam esse, ut tam data commissionis, quam actus intimationis fieri non possit die feriato, sed actus relationis potest solummodo scribi in die feriato: & ita approbat consuetudo, quæ servanda est circa observantiam feriarum, secundum *glos. in l.quinquaginta, Cod.de feriis in ult.vers. quod nota, & in cap.2.de dilat.*

11 In Curia Archiep. Neap. & Cur. Episcop. Caputaqi citatio expedita die non feriato, potest exequi, & notificari die feriato, & citatio erit valida, juxta *rit.1. Curiæ Archiep.Neap.& rit.32. Caputaq.in Sinodo Carafæ fol.221.*

12 Citatio in feriis hominum valet, & ratio assignatur a *Carav.rit.116.* quia *text.in l.1. ff. de feriis*, non dicit, quod non valet citatio, sed quod citatus non tenetur comparere, ut advertit *Bart.* post *Oltrad. in l.1.§.nunciatio, vers.quaro, ff.de nov.oper.nunciat. Specul.Bart.Paul.de Castro.*

Licet *Dyn.*quem refert *Bart.in text.cit.qu.7.* aliter voluerit; & ipsemet *Bart.* dicit, quod de consuetudine servatur ejus dictum. Idque etiam voluerit *Federic.de Senis cons.15.& Bald.in tract. tit.de citat.q.7. fol. 12.* qui secundum *Specul. in dict.tit.de citat.§.2.vers.item excipitur num.13.Innoc.in c. fer.num.1. extra de feriis*, aliter concludunt, dicentes citationem valere, sed citatum debere die sequenti comparere, & sic de consuetudine servari.

Sed contrarium est verius per *tex. in l.ex quocumque §. fin. in fin. ff. si quis in jus vocatus non ierit*; supradicta leguntur apud *Caravit.d.rit.116.nu.2.*

13 Possunt dari tutores, & curatores, & illos amoveri, & excusationes allegari diebus feriatis, *l.eadem ff.de feriis.D.Altim.rub.9.qu.40.num.38.* ubi ex doctrina *Ias.* dicit hæc posse fieri in feriis ad honorem Dei, & etiam in Ecclesiis, dummodo non tractetur de tutela ex inquisitione, vel requirente causæ cognitionem, quia tunc in feriis agitari non possunt, ex *Aret. Bart. Bald.*& aliis ibi citatis, post *Galter. in prax. tutel. fol. 33.* post *nu.31.Melo ad Giozar.dec.58.num.8.*

14 Et decretum in alienatione bonorum minoris, in feriis ad honorem Dei non potest interponi, sed in illis ad hominum necessitatem benè potest, & ita relatis contrariis invicem opinionibus conciliat *D.Altim.in rub.9.qu.40. num.51.*

15 Compulsoriales generales possunt decerni tempore feriarum, dummodo decernantur diebus non festis, *D.Altim.*ubi supra, ex doctrina *Tholom.dec.Rom.nov.758.num.5.& dec.759.lib.3.vol.3.*

16 Libellus præsentari potest die feriato, ut dicit *glos. in d.l.1.de fer. verb.compellendi*, ex *text.in l.miles §. sexaginta vers.de plano videas ff.ad leg.Jul.de adulter.*

Unde voluerunt aliqui posse quoque præsentari articulos, & audientiam testium committi, *Novar.col.95. Danza tom.2.tit.de fer.cap.1.num.19.*& ratione, quia offerre scripturas non est actus judicialis, secundum *Affl.in Const.Regni.dito legitimi nu.24.*

Sed *Dom.Reg.Petr.in rit.114.num.5.* docet in nostri Regni Tribunalibus in diebus feriatis, nec articulos, nec scripturas præsentari, nec audientiam testium committi: Verum ego addo; quod si casus occurrit, quod sit factum, non propterea erit nullitas.

Sed *Dom. Altim.* concludit posse libellum præsentari, & appellari, dummodo appellatio, & oblatio libelli remaneant in actu simplicis productionis, absque aliqua causæ cognitione, ex *Antonel.de temp.legal.lib.2.cap.9.n.9.Marant.in prax.tit.de actor.editione nu.29.*per *text.in l.miles §. sexaginta ff.ad l.Iul. de adult.*

17 Absolutio a juramento impetrari, & concedi potest diebus feriatis ob necessitatem hominum non tamen ad honorem Dei inductis, *Dom.Altim.*ubi supra *num. 41.*ex *Felin.*& aliis ibi.

18 Et sicuti in diebus etiam ad honorem Dei potest ferri sententia excommunicationis, *1.qu. in summ.12. qu. 3.* quia necessario non requirit judicialem causæ cognitionem, seu processum, *Gennen. in prax.cap. 28.num.17.Marant.par.6.act.10.n.47.*

Ita absolutio ab excommunicatione ad cautelam fieri potest diebus feriatis, ex quo ista absolutio fit absque solemnitate, *D. Altim.d.rub.9.num.44.*ex *Hostiens.Cavalc.*& aliis.

19 In causa attentatorum potest procedi diebus feriatis, *Novar.coll.95. Danza de pugn.DD. tom.2.tit.de feriis cap.2.nu.20.D.Altim.*ubi supra *num.42.*

20 Instrumenta guarantigiata habentia paratam executionem in feriis ob necessitatem hominum exequi possunt, *Balb.dec.2.Altim.*ubi supra *num.47.* secus in die festo ad honorem Dei.

21 Summarium judicium, & exequutivum, ubi ordinaria cognitio non exposcitur, nec termino ordinario opus est; non impeditur per ferias inductas ad hominum utilitatem, ex *Clem. sæpe de verb. obligat. Paulus de Castr.in l.divus ff.de feriis, Menoch.de arbit. qu.30. num.2.* & sic practicatur in S.R.C.& M.C.V.ut feriæ prædictæ serventur solum circa compilationem processus, & prolationem sententiæ diffinitivæ, secus in decretis interlocutoriis, monitionibus, & aliis, in quibus feriæ non observantur, nam absque dispensatione, & invito collitigante proceditur; & si opponatur exceptio solutionis, super qua fuerit datus terminus, ad eam probandam non admittitur exceptio feriarum, licet judicium principale sit ordinarium, & ita in aliis similibus.

Et ubicumque datur facultas procedendi in judicio simpliciter, & de plano, absque strepitu, & figura judicii potest procedi diebus feriatis ad utilitatem hominum, secus ad honorem Dei, *D. Altim.*ubi sup. *num.68.*ex *Cavalc.*& aliis ibi, *Maranta par.4. dist.16. num.85.Giozar.decis.58.num.11.Jord.c.14.num.25. tex.in l. solet C.de feriis.*

22 Et in causis, quæ sine reo fiunt in judicio non formali, nempè si desit aliqua earum trium personarum, quæ judicium constituunt, de quibus nos in prima parte nostræ praxis, tradit *D.Petra rit.208.num.6. & Alex.cons.130.lib.4.num.3.*

Ideo possunt dari tutores, & curatores, illos amoveri, & excusationes allegari, *l.eadem ff. de feriis, Altim.qu.40.num.38.*

Alimentorum causa diebus feriatis fieri potest, *l. 2. ff. de fer.* dummodo sit pro alimentis futuris, non autem pro præteritis, in quibus proceditur ordinarie, *Milan.dec.Sicil.5.num.3.lib.1. Rovit.in rubr. de feriis pragm.5.*

Et dummodo alimenta debeantur pauperi, secus diviti, *Antonell.lib.4.cap.9.nu.16.Pratus observ.47.n. 108.Altim.*ubi supra *num.52.*

23 Feriæ ad utilitatem hominum introductæ non servantur in Regia Camera de rebus ad Regis Patrimonium spectantibus. Quia in fiscalibus, & publicis causis procedi potest, *l.publicas C. de fer. D.Reg.Petr.rit. 207.num.5.in fine, Prat. observ.47.num.112. D.Altim.d.rub.9.qu.40.num.54.*

24 Idem in causis Universitatum, per *tex.in cap.significavi 21. extra de judiciis. Melo ad Giozarel. decis. 58.num.23.*idem *Altim.*ubi sup.*d.num.54.*

Sed hanc opinionem impugnat *Reg. Petra rit. 92. num....*ex *Angel.*& aliis ibi.

25 In syndicatu Officialium non servantur Feriæ, etiam ad honorem Dei, *D.Altim.rub.9.qu.46.nu.64.* ex *Avil.de judic. synd.cap.2.num.14.Rovit.in pragm. 8.de synd.num.8.Grav.de synd.qu.38. Melo ad Giozarell.decis.58.num.7.*

26 Juramentum enim regulariter præstari non potest die feriato, *cap.2.de feriis*; nisi tantum juramentum pro pace, seu alia necessitate, vz. *pro fide, pro obedientia, pro fama*, ibi *glos.verb.necessitatem*, ideo in criminalibus, vel ubi testes essent absuturi, vel de eorum morte timeretur, possunt recipi die feriato, *D.Altim.*ubi supra *num.*55. imo potest capi informatio, & delinquens, maxime, quando sunt delicta gravia,& periculum est in mora.

Et contra insignes latrones, & malefactores gravium scelerum fertur sententia forjudicationis,etiam die festo ad honorem Dei, *l.Provinciar. C.de fer.*& in Regno habemus *pragm.4.de exulib.*

Et quando est metus Belli potest procedi diebus feriatis. Verum non potest incipi judicium illud a citatione notificata die feriato, ut dicit *Dausa dict. tom.2.tit.de feriis cap.2.in fin.* relatus a *Dom.Altim. rub.9.qu.40.nu.71.* nec debere exequi sententias contra illos diebus feriatis ad honorem Dei, idem *Altimar.*ubi supra,post *Scial.de forg.reis c.8.nu.2.*

27 Et in criminalibus sententiæ absolutoriæ ferri possunt die feriato ad utilitatem hominum, non autem in feriis ad honorem Dei, *Scial. de forjud.cap.12.nu.18.Altim* ubi sup.*num.*15.

28 Inquisitores contra hæreticam pravitatem possunt conficere acta die feriato ad honorem Dei, etiam mortis, ut punitio omnes terreat, *Caren.de offic.Sanctiss.Inquis.Scac.*& alii relati a *D.Altim.* ubi sup.*n.*75.

29 In caussis militaribus potest procedi diebus feriatis, *l.divus ff.de feriis.*

30 Actus legitimi,& voluntarii fieri possunt diebus feriatis in honorem Dei, ut sunt Adoptio, Emancipatio, Manumissio, Delegatio causarum, Collatio beneficiorum, Dispensatio, *Lactus C.de fer. Altim. rub.9.qu.46.num.*37.

31 Causæ Ecclesiasticæ non impediuntur in feriis hominum, si Ecclesia velit procedere, *Petr. rit.*178.*nu.*10.ex doctrina *Mangrel. ad Bartol. in l. hoc edicto §6. ff. de nov.op.nunc.*

32 Et per duas horas pauper excusatur a peccato mortali, sed non a veniali, si laboret, ob materiæ parvitatem,ex *Dian.p.1.tract.45.resol.54.*

33 Debitor suspectus de fuga potest die feriato ad honorem Dei carcerari ob periculum moræ, juxta *l.2.&3.de feriis & cap.fin.eod.tit.*etiamsi esset dies Paschatis, vel Nativitatis Domini, ut *Gaitor. pract cri. instrum.3.p.1.rub.2.num.13.fol.290.* & hæc est limitatio ad regulam.

Nam regulariter Feriati dies sunt adeo privilegiati, ut licet executio sententiæ fieri possit diebus feriatis, modo, quo diximus infra,circa nullitatem, & appellationes tempore feriarum;

34 Tamen executio in bonis, vel in persona pro debito non potest fieri,*Menoch.de arbitr.judic. lib.1.qu.3.* per *text.in l.omnes dies ff.de fer.*

Et licet affirmet contrarium *Carav.in rit.*172.*num.4.& 5.*ea ratione,quia executio nullam exigit cognitionem,maximè contra contumaces.

Tamen opinio *Carav.rit.*est intelligenda diebus feriatis, qui non sunt de præcepto Sanctæ Rom.Ecclesiæ, nam in festis de præcepto tutè deambulant debitores; & ita servatur, alter potest resisti impunè, quoad pœnam corporalem, *Thesaur.decis.95.Rovit.in rub. de feriis num.8.in ult. impressione,Mous.qu.6.n.27.Scial.tit.20.num.15.& tit.19.num.73.in prax.forjud.*

Sed in hac Diœcesi Neapolitana viget opinio *Carav.rit.*In aliis adhærentibus Regni viget opinio *Menoch.*

35 Sed caveant hodie resistere executori, sive juxtè, sive injustè; nam tutior via est, ut non de facto resistatur, sed ut contra executores protestetur, maximè si copia Judicis haberi potest, ad Judicem recurratur, ut declaret acta executionis nulla, ita concludit idem *Thes.in addit.ad d. dec.* 95. ubi decisum refert esse damnatum in quinquaginta libris quendam, qui fecerat desistere executores ab executione facta super bovibus, licet executio super dictis animalibus sit prohibita, & quidam alter fuit condemnatus in aureis bis mille, & exercitio jurisdictionis super feudo suo privatus; & ratio est, nè audaciores fierent homines in resistendo, cum soleant potentiores ex qualibet levi causa impedire executionem.

36 Undè licet apud *Scial.d.tit.20. nu.15.in prax. forjudic.*dicatur, quod eximens equum de manibus servientis Curiæ non punitur, & maximè si faciat depositum debiti, & allegatur *Guazz.in defens.5.cap.5.nu.27.& Jason.cons.20.nu.1.vol.3.*tamen intelligitur,quod non punitur pœna ordinaria, & corporali, sed non remanet omnino impunitus, quia condemnatur pœna extraordinaria,ut *Thes.in d.dec.*95.

Adde, quod *Capibl.de Baron.2.tom.cap.27.nu.6.* dicit, quod qui certiorat debitores civiles,ut aufugiant, potest castigari, & tenetur ad debiti solutionem, & allegat *Marsil. sing.17. & in rubr. de fidejuss.num.16. Stracca de mercator.tit.de decoctoribus in 2.part.alt. partis §. circa propositam rubricam num.11. Giurba cons.76.*

Unde nota,quod si punitur certiorans,quanto magis puniendus est eximens.

37 Pro caussa vero criminali licita est captura omni tempore feriato, *Foller.in 1.par.secunda partis in rub. notatus capiat de persona*,ubi alios allegat.

38 Feriatis diebus Hebdomadæ Sanctæ, an fieri possit executio, ratio dubitandi est, quia licet sint dies feriati ad honorem Dei illi dies Hebdomadæ Sanctæ,illi tamen non servantur a Populo,& Clero.

Tres super hoc reperiuntur opiniones. Prima est *Guid. Pap. in qu.*215. dicentis præter dies festos, in aliis feriatis, etiam ad honorem Dei, posse fieri executionem, quam opinionem amplexus fuit etiam *Carav.rit.172.num.4.& 55.*

Secunda est opinio *Abbat.in cap. fin.col.pen.ver.7. lectura de Judic.*dicentis, quod facta tenet talis executio; verum fieri non deberet. Imo *Menoch. de arbitr.lib.1.qu.3.* dicit nullo modo posse exequi contra personam, nec contra bona, per *text. in l.omnes dies ff.de fer.*

Tertia est *Thesauri dec.95.num.2.*dicentis, stylum Curiarum de communi in omnibus locis esse, cessare executionem judicialem in diebus hebdomadæ Sanctæ, sive in illis diebus 15. Paschatis, *ex text. in l. dies festos C.de fer.* sed clarius, & in terminis *text.in l.omnes dies C.de fer.in fin. Bertachin. in §.executionum.num.19.* ubi multos citat; *Vantius* etiam generaliter dicit de tempore in honorem Dei feriato. Et ita servatur, & servari debet, nè homines distrahantur a confitendis peccatis, & pœnitentia agenda in illis diebus Sanctis.

Et idem *Thesaur.d.dec.95.* concludit, quod in diebus Sanctis non possint, etiam de consensu partium examinari testes; nisi periculum esset in mora, ut evitentur rixæ,& scandala.

Et *Dom.Marud.*in elegantissimia *annot. ad sing. Petris sing.201.num.2.& in pragm.cap.22.num.18.*dicit acta venditionis subhasta facta in hebdomada Sancta esse nulla, contra *tex.in cap. conquestus extra de fer. & in l.2.§.Sanct. C.de fer.*ubi habetur:*Sanctum quoque diem Pascha,& diem Natalis Dom.& Epiphaniæ, septem, qui præcedunt, & septem, qui sequuntur, sine strepitu volumus observari, & quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritetur; August.Barbos. in collect.ad dec.tit.9.*

Ant. Faber. in C.lib.3. tit.11.defin.6. sub tit.de fer. vult,quod executio facta die festo,licet contra verum debitorem,sustineri non potest,& ante omnia est revocanda.Et sic statutum est in Regno per *Const. Bajul. & rit.M.C.V.80.& 226. & per prag.2.de feriis.*

39 Et

39 Et festo Natalitiæ Domini nostri, sub die 25. Decembris usque ad diem sextum Januarii, qua die celebratur Pascha Epiphaniæ, ut *in d. prag. 2. de feriis.*

40 Et ubicumque per consuetudinem, vel statutum aliter sit introductum; nam expressè statuitur *in cap. Cappellanus de feriis*, ut serventur consuetudines, & statuta, nam licet jus positivum non potest tollere jus divinum, & per pactum non potest renunciari feriis ad honorem Dei, cum sit præceptum Decalogi, *Sabbata sanctifices*, ergo videtur non posse fieri per statutum, nec per consuetudinem.

Tamen vera conclusio est, quod licèt jus positivum non potest in totum tollere jus divinum, potest tamen illud limitare, distinguere, & interpretare, ut per *Glos. & DD. in l. fin. C. si contra jus, vel utilitatem publicam*, *Felin. & Bald.* concludit ex *Marant. par. 4. distinct. 16. nu. 91.* ubi confutat rationes contrarias. Causæ, quæ possunt tractari, feriis non obstantibus; vide *Rodriq. tom. 2. qu. 70. artic. 2. Reginald. in prax. for. panit. artic. 19. nu. 44. Novar. gravam. 187. tom. 2. de gravam. vassal. num. 5.*

41 De causis, quæ expediuntur per Commissarium Reverendæ Fabricæ in partibus, & hic Neap. vide in nostra praxi Trib. Reverendæ Fabricæ, ubi cum distinctione concludimus.

An testes examinari possunt die Dominica.

42 Testes examinari possunt die Dominica, omnique alio die feriato ad honorem Dei, dummodo fuerint jurati die non feriato, *Glossa in clem. 1. de offic. deleg. & Glossa in l. 1. circa medium C. de fer. Specul. in tit. de feriis §. sequitur num. 6. vers. quid si, Bartolus in l. si quando in 1. repet. num. 2. de testib. Pract. Papiensis*, & alii, & ex regnicolis *Marant. par. 6. actu 6. num. 4. & actu 10. n. 44.* & est *ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 143. 148. & 150.* ubi latè *Caravita, & Petra*. Ea ratione assignata, quia testium depositio refertur, sive retrotrahitur ad tempus, & diem juramenti, & ideo actus judiciarius censetur expletus eo die, quo juravit testis, & non die, quo scribitur depositio, quæ scriptio censetur actus voluntarius, qui potest fieri die Dominica, *Lud. Rom. cons. 343. col. 2. Abbas in cap. licet causam col. 6. de probat.* quos sequitur *Marant. d. actu 6. num. 4. & Caravita d. rit. 148. Faber defin. 2. C. d. tit.*

Nec obstat, quod jus Divinum in præcepto Decal. mandet *Sabbata sanctifices*, ut ex *Exod. cap. 35.* in principio, & jus commune per *text. in l. 3. C. de fer.* mandet cuncta officia, etiam forensia debere conquiescere, & propterea videtur non posse jus positivum festa ad honorem Dei tollere, & juri Divino derogare.

Quia vera conclusio est, quod licèt non possit in totum tollere; potest tamen illud limitare, distinguere, & interpretari, ut *Glossa, & Doctores in l. finali C. si contra jus, vel utilitatem publicam*, & ex *Felino, & Bald.* concludit *Marant. par. 4. distinct. 16. nu. 91.* ubi confutat omnes rationes contrarias.

Et ita servatur absque dubio in nostro Regno, teste *Dom. Cons. Altim. in rub. 9. qu. 40. num. 56.* post *Vivium opin. 992. nu. 2. Guaztin. defensa 14. cap. 9. Scaccia*, & alii ibi citati, & ita notoria Praxis nos docet, quicquid in contrarium dixerit *P. Fr. Suarez lib. 2. de virtute, & statu Relig. tit. de dieb. feriatis cap. 30. num. 6.* qui tenet non posse fieri retrotractionem ad diem, & tempus examinis, nam in Regno contrarium est introductum, non solum per consuetudinem, sed per statutum, sive ritum Magnæ Curiæ, & consuetudo, & statutum valet in hoc, ut habemus *in c. Cappellanus de fer.*

Quid servandum circa nullitates, & appellationes tempore feriarum.

43 Nullitates propositæ tempore feriarum ad impediendam sententiæ executionem, discuti non possunt, durantibus feriis æstivis, nisi accedat Regia dispensatio, & sic pluries decisum refert *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 118. num. 9* quem commendat *D. de Luca melior. ibid.* post *D. Altim. rub. 9. q. 40. num. 57. fol. 509.*

Et ratio assignatur, quia in discussione nullitatum de justitia causæ tractatur, & causæ cognitio desideratur.

44 Et licet in Regno servatur, ut executio sententiæ fieri possit tempore feriarum æstivarum, & sic quoque executio instrumenti, intelligitur tamen de mero actu executionis, ubi causæ cognitio non requiritur. Sed si postquã esset facta executio, in dubium revocetur, eo casu mixta diceretur executio, & propriè de ejus justitia cognosci non potest pendentibus feriis, & ita semper servatum testatur idem *de Marin.* ubi supra.

45 Sed si allegatur paupertas, ut evitetur depositum, in his tribus collegiis tunc summariè examinari possunt testes super allegata paupertate, feriis non obstantibus, & sic servatur ex stylo, & nota.

46 Feriæ si absorbeant totam, vel majorem partem dilationis, non currit terminus, cum distinctione tamen per nos posita *in tit. de termin.*

Carav. rit. 92. inc. item nos. ubi statuitur, quod restituuntur dies, qui fuerunt feriati, quando indicuntur feriæ de mense Julii, & Augusti tantum, & cum dicto *ritu* concordat *rit. 284.*

Aliæ feriæ ad honorem Dei non restituuntur, nisi absorberent majorem partem dilationis, subjungit *Carav. in dict. ritu num. 2. & Hostien. in cap. licet causam, de probat.*

Et ratio assignatur, quia reducunt dilationem inutilem in tota, vel pro magna parte.

Ideo terminus non curreret, sed inciperet post ferias, idem dicit *Bald. in l. si quando, vers. quaritur ergo nu. 6. C. de testibus, Laufranc. in cap. quoniam contra in vers. dilationes num. 14. de probat., & Afflict. in Constit. Regni lite legitime 9. not. vers. sed quaro nu. 15.* & sic ritus restituit ad tot dies, quot feriæ ipsæ fuerunt, ex clausula generali, *si qua mihi justa, &c.*

Et hoc intellige, dummodo fuerit pars protestata de feriis, alias secus, *Caravit. ibid.* tum quia videtur acceptasse dilationem, cum etiam, quis incidit in eas sua culpa, nimis se arctando, quo casu sibi succurri non debet.

47 Et quaro feriæ æstivæ restituuntur ex clausula generali, & feriæ ad honorem Dei non, sed incipiunt currere post ferias, si absorberent majorem partem dilationis?

Ratio diversitatis assignatur a *Caravit.* post *num. 4.* quia feriis hominum renunciari potest, & currunt sine protestatione, *l. 1. ff. de feriis, & cap. fin. extra de feriis.*

48 Appellari potest die feriato, quia appellatio cum sit species defensionis, licite fit quocumque die, ne pereat, *Jordan. lib. 11. tit. 1. num. 190. D. Altim. rub. 9. qu. 40. num. 58.* ubi cum *Marant. in prax. tit. de actor. editione num. 29.* per *tex. in l. miles §. sexaginta ff. ad l. Juliam de Adulter.* idem sentit de præsentatione libelli, dummodo appellatio, & oblatio libelli remaneat in meris actibus productionis. Nec ulterius potest Judex procedere, *Antonel. de temp. legal. n. 9.* relatus a *D. Altim.* & est *tex. in l. 1. C. de feriis*, ibi: in summario 13. *tempore feriarum solemnium, & repentinarũ. appellatio potest interponi, sed non interposita exerceri, nec propter tales ferias ipsa fatalia prorogantur.*

49 Appellans itaque non excusatur tempore feriarum æstivarum a transmissione Actorum ad appellationis Judicem; maximè etiam attenta *Constitutione* Regni nostri, quæ incipit *Appellationum tempora*, nulla distinctione facta de feriarum, vel non feriarum tempore, *D. Reg. Petra rit. 92. num 2.* quem sequitur *D. Cons. Altim. rub. 9. qu. 40. num. 58. D. de Luca melior. ad*

ad Reg. de Marin. 118. *in fine*, quia est actus caussæ cognitionem non requirens, *DD.* qui supra.

Post vero processus exhibitionem non licet uni ex partibus altera oppugnante appellationis judicium feriarum tempore exercere, *D.Reg.Petra d.ritu* 92.*nu.* 5.*D.Altim.loco cit.*

50 Sed si exceptio feriarum non fuerit ab altera parte opposita, acta, & sententia feriarum tempore facta valent, *Gizzarell.decis.*58. *Cons.Petra observ.*57.*num.* 60.*D.Altim.*ubi supra *rub.*9.*q.*40.*n.*11.*&* 59. *per text. in l. si feriatis ff.de feriis,Rosa dec.*415.*num.*14.

51 *A quibus, & quando potest feriis derogari, dispensari, vel renunciari.*

Tempore vindemiarum, vel messium nemo compellitur in jus venire: si tamen sponte venerit, & litigaverit, lata sententia tenet; lata vero contra non comparentem nulla erit: Hæc sunt verba summarii *in l.*1.*ff.de feriis*, ex quo *text.&* *DD.* ibi, sume regulam.

Primo, quod nemo compellitur; ergo lex comprehendit non solum rurales, & alios, qui messibus, & vindemiis sunt impediti, sed sivè milites, sivè clerici, sivè scholares, & alii, in quibus cessat effectus prohibitionis, possunt dictam exceptionem opponere, *Reg. Petra rit* 92.*nu.*6. ubi rationem nimis pulchram more suo ipse sapientissimus Regens assignat, & cum *Angel.in l.*1.*num.*4.*C.de feriis*, objurgat *DD.* tenentes Universitatem citatam non posse opponere feriarum exceptionem; nam illis gaudet Universitas, & omnes etiam, qui non sunt messibus, aut vindemiis occupati, ex rationibus concionè adductis per dictum Dominum, atque meritissimum *Reg.Petr.* ubi sup.

Secunda regula, quod feriis ad commodum hominum inductis potest a litigantibus tacitè; vel expressè renunciari, quia quilibet favori suo renunciare non prohibetur.

Tacita renunciatio erit, quando quis citatus comparet, & prosequitur judicium, nec opponit exceptionem feriarum. Ita deciditur *in cit.d.*1. & decisum refert in S.C.*Gizzar.dec.*58.*num.*6. relata a *D.Altim. rub.*9.*qu.*40.*num.*12.*&* 34.*Rosa dec.*415.*num* 4.*Prat. observ.*4.*num.*66.

Et hæc renunciatio potest fieri etiam per Procuratorem absque speciali mandato ad renunciandum illis, *D.Altim.loc.cit.n.*33.ex *Sola ad const.Subaud.tit.de feriis glos.*3.*Andreol.controv.*243.*num.*29. *Prat.observ.* 47.*num.*69.

Tacita hæc renunciatio valet quoad actus præteritos, sivè respectu effectus consumati, non autem consumandi, nam qui in uno actu non opposuerit dictam exceptionem, poterit quandocumque voluerit allegare, & tunc acta facta ante oppositionem valent ob tacitam renunciationem.

Sed illa, quæ fierent post oppositam exceptionem, non valebunt, dictus *Reg.Petra rit.*92.*num.*9.*&* 14. & sic si in uno actu, non allegavit, poterit in alio actu, & in quacumque parte judicii allegare, & tunc valent actus consumati, sed non valent consumandi, *D. Altim.rubr.*9.*qu.*4.*num.*63.

At si citatus non comparet, non videtur renunciasse. Ideo acta non valerent contra non comparentem, *d. l.* 1.*ff. de feriis* ibi, in summario (*lata vero contra non comparentem nulliter erit*) & ibi *in tex. Si verò sententiam protulerit etiam absentibus illis, consequens erit dicere, sententiam nullius esse momenti.*

Ideo citatus tempore messium, & vindemiarum non tenetur comparere, ut dicit *Caravit. rit.*116. *num.*2. ex *Bart.&* *Bald.in l.*2.*§.nunciatio num.*4. *vers.quaeret ff.de novi operis nunciatione*, *Specul. in tit. de citat.* §.2.*vers.item num.*14.

Et ratio assignatur *in d.text.in l.*1. *ff. de feriis*, quia occupati in recolligendis messibus, & vindemiis non coguntur venire ad judicium inviti; sed si spontè citationi paruerint, & venerint, ac exceptionem feriarum non opposuerint, valebunt acta ex tacita renunciatione feriarum introductarum in favorem hominum, dum quilibet favori pro se introducto, tam tacitè, quam expressè renunciare potest, & consequenter contumaciæ contra eos non possunt accusari, & si accusantur, non erunt legitimæ, tanquam tempore prohibito contractæ, & contra indebitè citatum accusatio non valet.

Expressa renunciatio, est, quando ambæ partes ante Judicem, vel in Aula voce dant consensum, vel in scriptis renunciaverint, & tunc hæc expressa renunciatio effectum habebit etiam respectu actus consumandi; ita ut renuncians exceptioni feriarum amplius opponere non possit, *Petr.rit.*92.*num.*15. *& gl. in c. sæpe de verb. sign.in clau.verb.per plurale.*

Renunciatio tamen sivè expressa, sivè tacita valet quoad ipsas partes consentientes, non respectu aliorum non consentientium, ut sunt Judices, Advocati, & testes, qui non propterea coguntur, etiamsi per partes fuerint obtenta Regia dispensatio, ut pulchrè *Rovit. in rubr.pragm.de feriis num.*6. quem citat, & sequitur *de Marin.lib.*2.*resol.*218. *num.*3. *Mele ad Gizzar. decis.*58.*num.*15.*&* 25.*&* *Angel.ad d.Gizzar. num.*6. *d.Reg.Petr.rit.*92.*num.*18.*in fine.*

Unde diu insudavi in investigando praxim, quæ in S.R.C.& in M.C.V. viget in obtinenda dispensatione a R.Coll.Cons. ut possit feriis non obstantibus procedi. Dum etiam illa obtenta, alter collitigans potest dissentire, nec cogi ad litigandum; & si ambo consentiant, potest dissentire Judex, Advocatus, & Testis, & sic frustratoria videretur esse dicta dispensatio, maximè, quia absque quod ea impetretur, acta essent valida, accedente partium consensu, & ubi alter dissentit, dispensatio non juvat. Hunc articulum tangit *Dom.Reg.Petra d. rit.*92.*a num.*17.*usque ad* 21.& videtur concludere, dictam praxim obtinendi dispensationem fuisse introductam ad majorem cautelam, ad tollendam antinomiam, si vel ne per partes renunciari posset feriis, vel respectu Judicum, &c. vel ne partium consensus illis præjudicet.

Sed sub veneratione tanti Viri, cujus scripta sunt in literis aureis condenda, & a me, & ab omnibus venerantur; non satisfacit meo desiderio illa dubii solutio. Unde dedit mihi motivum altius exquirendi, & observavi verba *text.in l.*1. *ff.de fer.*ibi. *Sed si Prætor, aut per ignorantiam, & socordiam vocare eos perseveraverit, hique sponte venerint, sententia valebit, tametsi non rectè fecerit, qui eos evocaverit.*

Ubi notatur Judex, qui citationem emitteret tempore feriarum, tanquam ignarus legum, & stultus, & non rectus, non justus; nam illa prima citatio est invalida ex defectu jurisdictionis suspensæ, durantibus feriis, licet acta sequentia valeant deindè, si ille malè citatus consentit, quia juri suo potest renunciare, ut diximus; & propterea in S.R.C. & M.C.V. ubi sapientissimi eliguntur viri, non invenitur Judex tam ignarus, & secors, qui ad instantiam unius in judicium evocet alium sine dispensatione prius obtenta.

Altera fortior ratio potuit hanc praxim introducere, quia licet partes possint renunciare; tamen cum in Regno nostro per *Reg.Pragm.*2.*de feriis* sint dictæ feriæ ordinatæ, & verba *Pragmaticæ* dirigantur Judicibus, ibi, *in fine ve ne diamo notizia, e così le debbiate osservare, e farete affigere in valvis copia di questo infrascritto voto.* Propterea merito inolevit praxis obtinendi dispensationem ad hanc *pragm.* qua non obtenta Judex teneretur in syndicatu, si pars deinde reluctaret, dum ut *Textus* supracitatus dicit, non rectè, non justè faceret Judex absque dispensatione, & absque expresso consensu præcedente, convenire in judicio, & ita intelligendi sunt *Bald.cons.*6. *vol.*3.*&* *cons.*497.*vol.*1.*Anna sing.*192. relati a *dict. D.*

Reg.

Reg. Petra d. rit. 92. num. 9. dicentes Judicem teneri in syndicatu, si procedit absque Regia dispensatione, & sic talis dispensatio non est frustratoria, imo necessaria.

Et alia ratio assignatur, quia licet omnis dispensatio tacitam contineat conditionem, ut sint salva jura alterius partis, si noluerit juri suo renunciare, & propterea non obstante dicta regia dispensatione, poterit quoque reluctare, & exceptione feriarum frui. Tamen etiam ipso convento invito, & reluctante proceditur, & processus compilatur, donec mediante altero memoriali obtinuerit revocationem in contrarium, ut inferius dicemus, & acta interim valent, quæ alias sine dicta dispensatione contra invitum non valerent, *Giuzarel. dec. 58. Prat. observ. 47. n. 53.*

Et sic dispensatio præjudicat etiam Judici, Advocato, & testibus, qui inviti coguntur, qui aliter absque dispensatione non cogerentur, quicquid *Revit. Novar.* & alii relati per dictum *Reg. Petra loc. cit. num.* 18. velint, pace tantorum virorum, ut inferius hic dicemus.

52 Dispensatio itaque feriarum in his nostris Tribunalibus Neap. solum a Reg. Coll. Cons. fieri potest, quia nullus alius Superior in hoc Regno potest *Pragmaticis* derogare; & ejusmodi dispensatio duplici modo fieri solet. Uno modo, quando petitur procedi ad decisionem, tunc solet dispensari cum Regia Decretatione in calce memorialis v3. *M. C. provideat, feriis non obstantibus, parte tamen non reluctante*, & tali casu non potest procedi in judicio, nisi prius facta monitione super dicta decretatione, ut innotescat collitiganti, qui si dissentit, non poterit ad ulteriora procedi, si non reluctaverit, procedetur ad ea, quæ incumbunt in expeditione.

Altero modo, quando petitur dispensari, ut possit compilari processus; tunc Regia Decretatio fieri solet simpliciter v3. *M. C. V. procedat, feriis non obstantibus*, & tunc non requiritur monitio aliqua, sed fit actus judiciarius in terminis, in quibus causa reperitur, & tunc si altera pars reluctare voluerit, non poterit reluctare circa acta ordinatoria; sed solum in expeditione caussæ, volens impedire caussæ expeditionem, debet porrigere aliud memoriale in R. Coll. Cons. & obtinere Regiam Decretatione, *quod ipsa parte reluctante non procedatur*, vel *quod intimetur parti*, idest intimetur, ut innotescat, quod pars dissentit, & sic impeditur expeditio caussæ.

Et ratio assignatur a *D. Reg. Petra in rit. 92. nu. 21.* quare Regia Decretatio, quæ fit, ut procedatur ad caussæ expeditionem feriis non obstantibus, tacitam continet clausulam, ut intelligatur dispensatum parte non reluctante, & admiratur cur in hac Civitate Neap. non idem practicatur, quando memorialia expediuntur pro caussæ cursu, & processu compilatione, cum idem practicari deberet, sed *D. Cons. Altim. rubr. 9. de null. qu. 40. nu. 35. fol.* 507. subjungit, quod ipse idem vidit servatum inter Illustrem Episcopum Acerni, & magnificum Rogerium Cavasilice nobilissimum, & potentem Baronem Terrarum Sancti Manghi, & Controni, per quem fuit obtenta Regia Decretatio, quod intimetur parti, & sic fuit impedita caussa in actis ordinatoriis.

Et ratio discriminis inter unum, & alterum modum Regiæ Decretationis erit, quia ubi expresse ponitur clausula v3. *parte non reluctante*, tunc reluctans debet prius moneri, quia ei lictum est absque alia decretatione reluctare, si velit, coram Judice caussæ Comm. vigore illius clausulæ. At si illa clausula absit, non poterit contra Regiam Decretationem reluctare, nec quisquam alius est judex competens impediendi executionem illius Regiæ Decretationis, sivè dispensationis, aut Regii Assensus, nisi idem Princeps, qui dispensavit, & propterea reluctans cogitur per aliud memoriale obtinere ab eodem Reg. Collat. Cons. ut sibi sit licitum reluctare, quo casu solet fieri Regia Decretatio, *quod intimetur*, & sic impeditur cursus caussæ per aliud memoriale. Et hæc est alia ratio, quare non est frustratoria Regia Dispensatio, quia donec reluctans non obtinuerit revocationem in contrarium, processus compilatur, etiam ipso convento invito, & reluctante; quod sine dicta Regia Decretatione acta non valerent contra reluctantem, sed valerent solum contra comparentem, qui exceptionem feriarum non opponeret, ex quo oritur tacitus consensus.

Ex his puto non esse tutam opinionem *Revit. Prat. Novar. Mele*, & *Angel. ad Giuzarel.* & aliorum dicentium, quod non obstante Regio Assensu super feriis impetrato, Judices, Advocati, & testes non possunt cogi ad judicium, licèt ex charitate soleant Judices nunquam dissentire in Tribunali Neapolitano. Nam contrarium auderem dicere, exemplo alterius collitigantis, qui invitus convenitur, attento Regio assensu expedito per alteram partem: Quia nemini Judici, nec alteri cuicumque erit licitum executionem Regiæ Decretationis impedire, nisi ab eodem Principe mandante contrarium impetretur.

Inferiores enim tam Judices, quam privati obedire coguntur Principi mandanti; ut in tali caussa procedatur feriis non obstantibus, donec aliud in contrarium non obtineatur.

Et sic dispensatio obtenta ab uno præjudicat non solum parti, sed judicibus, Advocatis, & testibus, temporaliter tamen, & donec ad eorum supplicationem aliter fuerit ordinatum.

53 *Form. memorialis pro obtinenda Regio Assensu super Feriis.*

Eccellentissimo Signore.

N.N. supplicando espone a V.E. come tiene lite nella G. C. della Vicaria con T. di T. e per le ferie estive gli viene impedito poter compilare il termine; Ricorre perciò da V. E. e la supplica dispensare a dette ferie, ut Deus.

Hic nota, quod si tempus Feriarum prorogetur per Excellentiss. Proregem, ut sæpe accidit, dispensatio semel obtenta valet, etiam pro tempore prorogato, *Prat. observ. 47. n. 7. D. Altim. rub. 9. qu. 40. n. 46.*

Quando ambæ partes renunciant feriis ad hoc, ut lis citius terminetur, quod fieri potest, ut superius diximus, tunc non indigent Regio Assensu, sed per caussæ Commissarium interponitur decretum, v3.

Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. & caus. Commissarium provisum, & decretum est, quod stante consensu in scriptis, vel oretenus, &c. ambarum partium coram dicto Domino caussa Commissario præstita, procedatur in præsenti causa ad ea, quæ incumbunt, feriis non obstantibus, hoc suum, &c.

Et hoc quando processus non est in expeditione, sed quando erit penes ipsum Commissarium in expeditione, tunc decretum concipitur his verbis, v3.

Stante consensu partium præstita in Aula, &c.

Quod decretum interpositum, sive uno, sive altero modo, minimè notificatur, sed prosequitur actus incumbens ad ulteriora, & ita practicatur teste Magnifico *de Rugeria* Actorum Magistro in M. C. veterano, & Practicorum Principe, & in aliis quoque valde eruditus *in sua Tela Judiciaria tom. 1. fol. 77. num. 247.*

54 Hic omittendum non est, quod licet renunciatio feriarum non præjudicet Judicibus, ut superius diximus, nec Arbitris, tamen si in compromisso conventum sit procedi etiam tempore feriarum, tunc acceptando compromissum, arbitri consentire videntur, & per tacitum consensum præjudicantur, *l. 3. §. 9. de ar-*

arbitris, Abbel. & Bal. relati a Domino *Reg. Petr. rit. 92. num.* 18. & eadem ratione opinor, Judicem, qui interposuit decretum, *ut stante partium consensu procedatur*, non posse amplius dissentire, quia suum quoque consensum præstitisse censetur, & ita quoque quando Judex super Regia decretatione obtenta interposuit decretum, sive consensit in procedendo.

C A P. XLIX.

De exceptione cautionis expensarum.

S U M M A R I U M.

Cautio.
Satisdatio.
Fidejussio, &
Constitutio, num. 1. } sunt termini inter se differentes.

Cautio est nomen generis a verbo caveo, quæ triplex est, Simplex, Plena, & Pignoratitia, & omnes tres declarantur, num. 2.

Satisdatio est actus judicialis, quo datis fidejussoribus, vel pignoribus idonee de lite cavetur, & dicitur a verbo satisdo, num. 3.

Fidejussio est sponsio pro alio facta, & dicitur a fidejubeo, num. 4.

Fidejussio differt a cautione, & satisdatione, nam fit ab eo, qui non est debitor, num. 5.

Satisdatio, & cautio concernit principalem obligatum, qui pro cautela dat pignus, vel alium promissorem, num. 6.

Fidejussor dicitur, qui præsente principali se obligat, n. 7.

Expromissor est, qui pro principali absente constituitur fidejussor, vel pro præsente, qui sit exemptus a jurisdictione fori, num. 8.

Constitutor supponit obligationem Principalis præcessisse, promissor vero, quando nulla alia promissio præcessit, num. 9.

Fidejussio de reficiendis expensis ab actore præstatur in principio litis, reo petente, num. 10.

Partes tacite, vel expresse renunciare possunt exceptioni de reficiendis expensis, num. 11.

Fidejussio de expensis si omittitur, quando fuit petita, an sit nullitas? num. 12.

Fidejussio de expensis ad quem finem præstatur? num. 13.

In quibus casibus sunt reficiendæ expensæ? num. 14.

Cautela, quâ fieri debet fidejussio de expensis, num. 15.

Expensæ jure actionis, quæ sunt, possunt peti post sententiam, num. 16.

Fidejussorem non habens quando admittitur ad juratoriam cautionem, num. 17. & vid. num. 19.

Dives non excusatur a dicta fidejussione de expensis, num. 18.

Actor quando est admittendus ad juratoriam cautionem ex simplici suo juramento, num. 19.

Fidejussio de expensis non datur in judicio diffamationis, neque laudationis in authorem, neque nominationis in Dominum, num. 20.

Fidejussio de expensis præstari debet in judicio reconventionis, num. 21.

Fidejussio de expensis non præstatur a Reo ad instantiam actoris, num. 22.

Reo non petente fidejussionem de expensis in principio litis, potest peti in qualibet parte judicii, num. 23.

Fidejussore nulliter recepto, ut si esset Clericus, impeditur processus, num. 24.

Fidejussio de expensis, an debet præstari in causa compromissi, num. 25.

Fidejussio de expensis a tertio veniente in causa ad interimpendum jura præstari debet, num. 26.

Fidejussio notata in quinterno Actuarii fidem non facit; sed si in scriptura sit scriptum, cœpta fuit fidejussio, *fidem facit,* num. 27.

Instrumentum deperditum potest probari per testes, num. 28.

Fidejussore mortuo, vel non solvendo effecto, tunc actor tenetur alium fidejussorem subrogare, num. 29.

Clericus actor succumbens, non potest a Judice laico condemnari, nec si deposuerit falsum puniri a Judice laico, num. 30.

Clericorum fidejussores in foro Ecclesiastico, licet sint laici, conveniuntur in dicto foro Ecclesiastico, & assignatur ratio, num. 31.

Fidejussor exemptus, exemptione non obstante, convenitur in foro Judicis, ubi se submisit, si est forus prorogabilis, num. 32.

Cautio de expensis non præstatur in causis executivis, & matrimonialibus, & in omnibus causis summariis, & assignatur ratio, num. 33.

Formula fidejussionis de expensis, num. 34.

Fidejussio, seu cautio per viam expromissionis, cum advertimentis, & formula, num. 35.

Formula procedendi contra fidejussorem, cum advertimentis, num. 36.

1 CAutio, Satisdatio, Fidejussio, & Constitutio sunt termini inter se differentes; proinde eorum differentia, definitio, etymologia, & divisio summatim explananda est.

2 Cautio est nomen generis, complectens sub se omnem securitatem, *DD. in tit. ff. de satisd.*

Et dicitur a verbo *caveo, es*, che significa *provvedere cautamente*, *assicurare*, unde cautus, *sicuro, scaltrito, accorto*, & cautio *sicuranza, sicurtà*.

Quæ triplex est; *simplex, plena, & pignoratitia.*

Cautio simplex est nuda promissio, quæ, & juratoria appellatur, si juramentum intercedit, *l. quoties 17. C. de dignit. lib. 12.*

Cautio plena, sive fidejussoria, est, quæ fidejussore mediante securum reddit aliquem.

Cautio plenior, sive pignoratitia, est securitas, quæ datur mediante pignore, *l. sancimus 3. Cod. de verbor. significat.*

3 Satisdatio est actus judicialis, quo datis fidejussoribus, vel pignoribus idonee de lite cavetur, *Oinot. lib. 4. tit. 9. de satisdat. num. 3. in fin. ex l. 1.* ubi *DD. ff. qui satisdare cogantur*, & differt a cautione; nam satisdatio expletur per fidejussores, vel pignora, cautio vero non solum per fidejussores, & pignora, sed per nudam promissionem, vel cum juramento, vel sine factam, *l. 1. §. 4. ff. de prætoriis stipulat.*

Satisdatio dicitur a verbo *satisdo, das*, nam, ut satisfacere dicimur ei, cui desiderium implemus: ita satisdare dicimur adversario nostro, cum aliquem damus, qui pro eo, quod a nobis petitur, ita caveat, ut eum hoc nomine securum faciamus; unde in contractu fidejussionis ponuntur illa verba, & *ad majorem cautelam, & securitatem dicti N. dedit, & posuit T. de T. ibidem præsentem, & fidejubentem, & insolidum promittentem solvere dicto Actori absenti, mihique Actuario præsenti omnes expensas, &c.*

Reus itaque, sive debitor dat alium, qui insolidum cum ipso principali promittit, & se obligat pro securitate creditoris, sive actoris, & sic dat satis, idest dat plenam securitatem, sive plenam cautionem.

4 Fidejussio est sponsio pro alio facta, *l. Labeo §. sed & si ff. de fidejussor.*

Fidejubeo, ac fide mea esse jubeo, *l. ubi autem ff. de verbor. oblig.*

Et sicuti fideicommissarius est ille, cujus fidei legatum, vel relictum committitur, ita fidejussor est ille, cujus fidei jubetur, ut securus, & cautus creditor remaneat a promissione, sive obligatione, quæ per principalem fit.

5 Fidejussio differt a cautione, & satisdatione; nam

fide-

fidejussio fit per eum, qui non est debitor, sed pro alio se obligat, & quod alius promittit fide sua jubet, creditorem esse cautum, & securum.

6 Satisdatio vero, & cautio spectat, & concernit principalem obligatum, qui pro majori cautela adversarii dat pignus, vel alium promissorem.

7 Et fidejussor propriè dicitur, qui præsente principali se obligante, jubendo fidem suam creditori ponit.

8 Expromissor appellatur, quando per viam expromissionis fidejussor constituitur solvere pro principali licet præsente, qui tamen est exemptus a jurisdictione illius fori, ut quando Laicus in foro laicali fidejubet, vel promittit pro persona Ecclesiastica.

Expromissor enim, sive adpromissor ille est, qui idem promittit, quod promitteret principalis, si præsens esset, vel si posset jurisdictioni illius fori se submittere, *Motill.de grad.citat.num.*122.

9 Constitutio, sive Constitutor differt ab expromissore, quia constitutor supponit obligationem principalis præcessisse, & est, quando quis se obligat, sive se constituit pro alio, qui prius promiserat solvere, ut diximus in actione de constituta pecunia *in tit. de action.* ubi te remitto.

Expromissor vero non supponit præcessisse principalis obligationem, sed cum nulla alia promissio præcesserit, nisi illa, quæ ex parte principalis a promissore fit, & dicitur fidejussio per viam expromissionis, idest per viam promissionis ex parte principalis factæ absque principalis interventu.

Cognitis benè his quatuor terminis non poteris errare in praxi de exceptione cautionis, qua utimur in judicio, quæ est quadruplex.

Prima de reficiendis expensis.

Secunda de judicio sisti.

Tertia de judicatum solvẽdo, sive judicatum solvi.

Quarta cautio, sive satisdatio operatur, rem ratam haberi, de quibus *DD. in tit. de fidejussor. Episcopus Verde lib.4.instit.tit.9.de satisdat.num.*1359.

10 Fidejussio de reficiendis expensis præstatur ab actore, reo petente in principio litis, *Auth. generaliter C.de Episc.& Cleric.§.ad excludendas autem, Auth.de relig.*

Licet in dicta *Authentica generaliter* statuatur, ut etiam reo non petente Judex debeat ex officio cogere Actorem ad dandum fidejussionem de expensis, tamen hoc recessit ab Aula, ex notatis per *Glos. in §. sed hodie instit.de satisd.* & ex notatis per *Bal.& Bar.* allegatis per *Muscat.in par.3.Glos.expensis n.*8.

11 Partes enim tacitè, vel expressè renunciare possunt huic exceptioni, ut dicti Auctores, quos sequitur *Scop.ad Nicol.fol.mihi* 35. *super num.* 17. *nu.*57. post *Motil.de grad.citat.num.*122. Parte petente præstatur tantummodo hodie, ut etiam testatur *Ursil.ad Afflict.decis.*321.*in fin.*

12 Fidejussio de expensis, si fuisset petita, & omissa, actorum nullitas esset, ut communi calculo omnes DD.concludunt, apud dictos Authores, ut supra.

Verum *Muscat. in d.Glos.expen.nu.*7. dicit non vitiari totum processum, sed illum actum absolutè, qui tamen poterit in qualibet judicii parte adimpleri.

Sed hoc dictum *Muscat.* mihi non arridet, quia nullum potest esse vitium in non actu, nam cautio non præstata non est actus, & non entis nullæ sunt qualitatus; male ergo potest dici ille actus vitiatus, qui in rerum natura non est.

Et paulo ante idem *Muscat.* dicit, quod talis omissio licet sit nullitas, tamen non potest ex hac sola nullitate totus processus annullari, sed faciet numerum inter alias nullitates. Quod neque mihi satisfacit.

Concludo primo, quod verissima sit conclusio Doctorum dicentium esse nullitatem, si petita fidejussio omittatur, quia Judex sic faciendo, facit contra expressum casum legis, & contra stylum, & communem observantiam omnium Curiarum Regni. Nam licet *Aym.in cons.*325.*plura nu.*1. concludat, ex quo plures DD. ut est *Bart. & Bald.* dicunt, quod cautio de reficiendis expensis recessit ab aula, eis credi debere, tamen in Regno indistinctè dicta cautio præstatur ad petitionem conventorum, juxta dict. *Authentic. generaliter*, etiam si possideat immobilia, & sit dives, juxta *l.sciend. ff. qui satisd. cogantur*, ut testatur *Ursill.* ubi sup. dicta *dec.*321.*in fin.*

At ego nunquam in judicando habui rationem de dicta nullitate, & uti Advocatus erubui illam opponere, quia in Regno nostro nullitates frivolæ non attenduntur, per *rit.M.C.V.*289. ex arg. *Pragm. Dispendia litium*, *& cap. Reg. detestantes* inserti in dicto *ritu.*

Et quod omissio cautionis expensarum non causet nullitatem actorum, concludit *Dominus Carolus de Alexa ad Nicolinum fol.*29.*num.*205.*in fine*, ex *Muscatell.in glos.expensis par.*3.*num.*7.

Et omissio levis sollemnitatis, vel ordinis non vitiat processum, *Troys.super prag.*2.*de comprom.num.*57.*Bald.in l.fin.§.fin.&* ibi *Bart.ff.de ventr.inspic.*

Et quod ista sit frivola sollemnitas, imo potius accidentalis, quam substantialis reputanda, concludit idem *Muscat.in d.glos.expens.n.*7.*ex Vant.& Aym.* ibi allegatis, & ex *d.authentica de litigiosis §.ad excludendas*, ubi dicta cautio apparet inducta ad excludendas calumniolas lites moventium intentiones, ut *in dicto §.* & quod non sit de substantia judicii tenet *Scopp. ad Nicol.fol.*35.*num.*50.*ex Bald. in dicta authentica.*

Et propterea potest idem Judex adimpleri facere in qualibet parte judicii, & sic resarciet omissionem de præterito factam, & satisfacit reo petenti dictam cautionem.

Et per *Constit.Regni, si exceptiõ*, & per *dict. cap. detestantes*, Judex potest reiicere exceptiones malitiosè petitas, *Affl. in dicta constit.si except.*2.*not.Muscatell. p.*1.*glos. contendere num.*18. *Scopp. ad Nicolin. fol.*35. *sup.num.*56. *in nu.*30.*&* 40. & ut *Capyc.* dicit *in dec.* 13.*num.*7. per *tex. in l.si fidejussor §. quadam tamen ff.mandati*, ibi: *non convenit de istis apicibus disputare, sed tantum debitor, an fuerit, vel non.* Hæc sunt verba propria dicti *Textus.*

13 Fidejussio de expensis ad alium non præstatur finem, nisi ut quando processus foret nullus, culpa actoris, aut ipse actor succumberet in causa, aut alio modo reum ab actore injustè fuisse vexatum constaret, cogatur reo expensas reficere, *Afflict.dec.*170. & *Addent.* ibi, penès *Motill.de grad.citat.num.*121.

14 Et quibus casibus reficiendæ sunt expensæ, dicemus inferius; quia suprapostia conclusio non est sic simpliciter intelligenda, ut *Motill.* dixit ibi, sed ut *Muscat.* advertit *in* 1.*parte modo fidejub. modo* 11. si fidejussio simpliciter esset concepta per illa verba vg. *promisit solvere expensas in casu quo succubuerit, vel in casu succumbentiæ.*

Tunc in casu peremptionis instantiæ non possit fidejussor conveniri, ex dictis per *Bald.& Marant.* qui *Marant.in sua spec.part.*6.*membro.*8.*n.*17. assignat rationem, quia per instantiæ peremptionem actor non dicitur succubuisse, nam potest iterum agere, quos sequitur *Caravit.Rit.*194.*in fin.*

Et ita esset, quando processus foret nullus, aut alio modo venirent reficiendæ expensæ, quos modos recollectos ponemus inferius.

Sed si mihi sit licitum contra tantos viros dicere; hæc conclusio mihi videtur nimis sophistica, & in scholis potius disputanda, quam in praxi servanda, nam licet actor per instantiæ peremptionem non succubuit in causa principali, tamen verè succubuit in illo incidenti, & dum fidejussor promisit reficere in casu succumbentiæ, quomodocumque succumbit

actor, conveniri poterit fidejussor, sive in causa principali, sive in incidentibus, in quibus veniunt reficiendæ dictæ expensæ, pro quibus petita, & præstita fuit fidejussio.

Tanto magis, quia verba *Tex.* sunt clara in dicta *authentica*, ut supra, ibi: *cautio præstetur de restaurandis Reo omnibus expensis occasione litis erogandis, in casu, quo actor succubuerit in solutionem expensarum.*

Itaque omnes expensæ, quæ per occasionem litis erogantur, quando actor succumbit, in illis restaurandis fidejussor conveniri poterit, ex dispositione dictæ legis, quomodocumque sit fidejussio concepta per Notarium; nec error Notarii debet nocere partibus, alias sequeretur, quod semper, ac Actor succumberet in causa principali, fidejussor teneretur ad expensas, si intellectus esset juxta doctrinam *Bald. & Marant.* sed contrarium observamus, dum quandoque actor succumbit in causa, sed non succumbit in expensis, ergo sensus erit de reficiendis expensis in casu solummodo, quo actor succumbit in expensis, licet non succubuerit in causa.

Vana insuper mihi videtur hæc scrupulosa disputatio, quia quando perit instantia, aut processus declaratur nullus, & in omnibus modis per nos collectis, ut inferius, &c. fidejussor non videtur conveniendus ad refectionem expensarum, quia si actor non restauraverit expensas, non auditur, & sic reus est tutus, absque quod opus sit fidejussione.

15 Vana itaque mihi videtur cautela data a dicto *Muscat. in d. modo 11. ex Hyppol. in sing. 328.* quod cauti Advocati faciant promittere de solvendo expensas factas, & faciendas in qualibet parte judicii, & tunc benè poterit procedi contra fidejussores etiam propter instantiæ peremptionem, & hoc propter verba, seu formam, & modum fidejussionis.

Quod non arridet, nam aut lex mandat satisdari de restaurandis omnibus expensis occasione litis erogandis, ut verba dictæ *Authentica* sonant, & tunc quoquo modo actor succumbit, ad expensas fidejussor potest conveniri, licet simpliciter sit concepta fidejussio. Aut lex non ita mandat, & actor non cogeretur ad sic satisdandum.

Hic corollariè infero, quod qui maluerit sequi cautelam *Muscat.* poterit concipere cautionem non solum per illa verba a *Muscat.* tradita, sed per alia æquipollentia, ut si promittat reficere in omnem casum succumbentiæ, vel reficere omnes expensas occasione litis erogandas in quocumque casu refectionis illarum.

Nam dictio *omnis* est universalis, & omnia comprehendit, etiam in materia odiosa, cunctaque includit, *Ricc. dec. 287. Gram. dec. 4. Alex. cons. 194. vol. 6.*

Et dictio *omnis* inducit perpetuitatem omni casu, & omni tempore, *Roman. cons. 407. Parif. cons. 75. num. 34. vol. 2.* Et qui omne dicit, nihil excludit, *l. Julianus, & ibi DD. ff. de leg. 2.*

Et natura dictæ dictionis est, ut nihil prætermittatur, sed omnia, & singula verificentur in qualibet re singulari, *Curt. in cons. 74. n. 3. Bal. in cons. 461. n. 6.*

16 Expensæ jure actionis debitæ peti possunt, etiam post sententiam. *Dom. Carol. de Alexio ad Nicol. fol. 29. num. 205. Sanfel. sect. 61. num. 9.*

Jure actionis dicitur deberi, virtute clausulæ, *pro quibus omnibus observandis, Alex.* ubi supra, *de Marin. resol. 77. num. 3.*

Fidejussio, sive cautio de expensis debet esse idonea, *Tex. est in d. auth. generaliter, C. de Episcopis, & Clericis.* Quapropter oportet esse, vel pignoratitiam, vel fidejussoriam, ad quam tenetur etiam si immobilia possideat.

17 Verum si actor neque pignora, neque fidejussores habet, admittitur ad juratoriam cautionem, si immobilia possidet in loco judicii, secus si non possidet in loco judicii, *Paulus de Castro in d. auth. generaliter*; sed *Muscat. glos. expensis par. 3. num. 4.* cogitandum reliquit hoc dictum *Pauli de Castro, & num. 6.* concludit, arbitrium Iudicis operari, ut non sit facilis in admittenda juratoria cautione ad evitandas fraudes, quæ per actorem committi possent, & nunquam recurri debere ad hanc juratoriam cautionem, quando alio remedio utrique parti consuli potest, sed vide *num. seq. 19.*

18 Verum si quis recuset cavere ex eo solo, quia est dives, vel possideat immobilia, tunc non ex hoc excusatur, sed cogitur idoneè cavere per pignora, vel fidejussores, & ita in Regno observatur indistinctè, teste *Ursillo ad Afflictum decis. 322. in fine.*

19 Fidejussoria, vel pignoratitia si deest, quia actor allegaverit non posse invenire, remittitur arbitrio Iudicis, si velit stare ejus juramento absque alia probatione, licet prudens Iudex saltem extrajudicialiter debet se informare, ne actor malitiosè se excuset non invenire fidejussores, nec pignora, ut verba legis sonant.

Verum ego semper admisi Actorem ad juratoriam cautionem ex simplici juramento partis asserentis non posse fidejussores invenire, quando Actor possidet immobilia, & meæ jurisdictioni est subjectus. Secus, quando esset difficilis solutionis, vel esset alienæ jurisdictionis; quibus in casibus credo benè locum habere doctrinam *Pauli de Castro*, ut supra.

Sed quando Iudex est certus, quod impossibiliter Actor posset idoneè cavere ex aliquali cognitione habita, ultra juramentum partis, tunc debet admitti ad juratoriam, maximè in Regno, ubi summariè, & de plano judicatur; & ita videtur concludere etiam *Muscat. in d. glos. expensis num. 7. in princ.* ex DD. *in l. si fidejus. §. si necessaria ff. qui satisdare cogant.*

Et quod fidejussores non reperiens, jurata prius per eum impotentia non reperiendi, admittitur ad juratoriam cautionem, testatur *Ursil. ad Afflict. decis. 241. num. 7.* licèt ibi loquatur ad alium propositum, quam de reficiendis expensis, & *Guid. Papa dec. 189. Novar. par. 1. qu. for. 163. num. 2. ex tex. in cap. per vestras de donat. inter virum, & uxorem, cap. fin. de sent. excommun. in 6. l. sancimus C. de verb. signif.* & latè *Surdus decis. 141. num. 1. & 10.* Ita etiam *Oinot. lib. 1. tit. 24. de satisdat. tut. & curat. num. 4.* ubi propriè loquitur de cautione judicio sisti.

20 Fidejussio de reficiendis expensis, non datur in judicio diffamationis, neque in judicio laudationis in auctorem, vel nominationis in Dominum, ratione adducta per *Muscat. in glos. expensis par. 3. num. 12. & in glos. actorem part. 3. num. 19.* Quia in illis, qui laudantur, vel nominantur, vel diffamantur, cessat suspicio calumniandi, dum coactè, & non spontè veniunt ad judicium, & sunt potius Rei, quam Actores.

21 Fidejussio de reficiendis expensis debet præstari in judicio reconventionis, quia reconveniens dicitur verè actor, & suspicio potest esse, ut per malitiam, & calumniam temerè quis reconventionem intentet, *Muscat. in d. glos. expensis num. 12. in fin.* & propterea tam reconventus, quam reconveniens invicem tenentur cavere de expensis.

22 Fidejussio prædicta de reficiendis expensis, an cogatur præstari a Reo ad instantiam actoris præter casum reconventionis, ut supra: Et videtur quod sic, per regulam, *non debere ad imparia adjudicari*, cum in contractibus, & judiciis servanda sit paritatis ratio, *cap. in judiciis de reg. juris in 6.*

At his non obstantibus dicta fidejussio præstatur solum ab actore ad instantiam Rei conventi, qui ad alium non præstatur finem, nisi ad excludendas calumniosè moventium intentionem, ut *in §. ad excludendas Auth. de litig.*

23 Fidejussio prædicta de expensis reficiendis regula-

ri-

liter præstatur in principio litis, ut omnes *DD.* & *Text. in d. Auth. generaliter*; & si non petatur, censetur tacitè renunciatum dictæ exceptioni, ut supra diximus; ergo non potest post contestationem peti amplius. Hanc quæstionem a nullo vidi tactam; verum *Muscat. in sua addit. in glos. expensis ante lit. B.* videtur annuere, quod post contestationem non possit peti, dum de tertio veniente ad causam concludit in tantum teneri ad dictam cautionem, in quantum venerit ante contestationem, ut ibi.

Sed si verba, & mens legis non restringant, ut non possit ulterius peti, si in principio non petatur, & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus: concludo ergo, quod in qualibet parte judicii peti potest; & ubi fuerit petita, statim Judex debet præstari facere, aliàs facit litem suam.

Et licet censeatur renunciatum in Regno dictæ exceptioni, quando illa non petita fuit, intelligitur revocabiliter usque quo ei placuerit, vel quia a principio existimavit Actorem esse solvendo, vel non temere litigantem; quod tractu litis aliter novit, & justum est in qualibet parte judicii providere indemnitati ipsius Rei, ne quod lex mandavit in principio fieri in favorem rei, retorqueatur postea in odium, & damnum ipsius, si in principio non fuerit factum.

Consonant tradita per eundem *Muscat. in dict. glos. expensis par. 3. num. 7. in fin.* ex traditis per *Bald. in d. Auth. generaliter num. 17. quæst. 5.* & cum eis concludo, quod fidejussio prædicta omissa in principio poterit semper, & in qualibet parte judicii adimpleri, & suppleri, maximè quia licet exceptio fidejussionis sit de dilatoriis, quæ regulariter prohibentur post litem contestatam, tamen non semper prohibentur, sed tantum illæ, quæ quandocumque oppositæ non reddunt judicium nullum; illæ vero, quæ oppositæ reddunt judicium nullum, semper opponi possunt; idem *Muscatel. lib. 2. par. 3. glos. probandum num. 4.* ex *Bart. & glos.* communiter approbata *in l. ita demum C. de procurat.*

24 Et si Curia recepit fidejussorem nulliter, ut si esset Clericus, vel ex alia nullitate, impeditur processus ac si nullum recepisset, *Valenz. cons. 32. num. 100.* relatus a *D. Cons. Altim.* vir quidem doctissimus, & elaboratissimus *in rub. 8. qu. 14. num. 81. de nullit.* semper præmanibus habendus.

25 Fidejussio de reficiendis expensis, an debeat præstari in causa compromissi coram arbitris.

Affirmat *glos. in d. Aut. generaliter de Episc. & Cler.* ex quo arbitri sunt ad instar Judicum.

Negat *Bald. in d. Auth. in fin.* dicens malè locutam fuisse *dict. glossam*, quia cautiones sunt introductæ propter auctoritatem judiciorum, & non habent locum coram arbitris, & quod coram arbitris non solvuntur sportulæ, nec satisdationes dantur.

Sed *Muscat. in sua addit. ad glos. expensis p. 3. lit. A.* conciliat *glos.* cum *Bald.* concludendo; quod opinio *glossæ* vindicat sibi locum in compromisso cum potestate procedendi de jure, & de facto, sicut in judicio ordinario.

Et opinio *Bald.* in compromisso vigore *Pragmaticæ Odia litium.*

Ego autem si vellem admittere dictam distinctionem inter voluntarium, & necessarium compromissum: concluderem totum oppositum, scil. quod in voluntario non deberet præstari fidejussio, quia dum voluntariè partes concordant in arbitrio, cessat suspicio temere moventium intentiones.

Secus in necessario, in quo coactè venit reus, & in dicta *Auth. generaliter* disponitur non posse reum vocari, nisi prius dicta cautio præstetur, & militat pro reo eadem ratio adducta per *tex. in §. ad excludendas in auth. de litigiosis*, scilicet, ut detur dicta cautio ad excludendas temere moventium intentiones; & credo fuisse sic scriptum ex errore torcularis.

Sed revera, nec distinctio *Muscat.* nec *Bal.* mihi arridet, & concludo cum *Glos.* quod indistinctè debet præstari hæc cautio in compromisso voluntario, & magis in necessario, ad excludendas temerè moventium intentiones.

Nec placet ratio adducta per *Bald.* quod non solvuntur sportulæ, nam in compromisso multæ fiunt expensæ, quæ veniunt reficiendæ.

Nec placet alia ratio, quod dicta cautio sit inducta propter authoritatem judiciorum; nam in dicta *Authentica de litigiosis*, videtur inducta ad excludendas temerè moventium intentiones.

Nec placet ratio adducta per *Muscat.* quod dilataretur compromissum per hujusmodi dilationes, quia actor debet venire paratus, & cum sit in potestate sua, quando agere velit, potuit venire provisus, ut dicit *Gram. dec. 83.*

26 Fidejussio de expensis reficiendis debet præstari a tertio veniente in causa tanquam Actore ad infringenda jura rei conventi, si venerit ante contestationem litis, ut *Muscat.* concludit in sua *addit. ad Glos. expensis lit. A. in fine*, ea ratione, quia tertius veniens auditur, & adimplere tenetur omnia in terminis, in quibus causa reperitur.

Et si venerit post contestationem, non præstabit dictam cautionem; quia secundum *Muscatell.* esset extra terminum admittendæ exceptionis prædictæ cautionis expensarum.

Sed quia nos superius fundavimus posse peti dictam cautionem, etiam post contestationem, & quandocunque reo placuerit ante sententiam; Ideo

Concludo esse a dicto tertio præstandam dictam cautionem, similiter in qualibet parte judicii compareat, ut servetur finis legis *in d. §. ad excludendas*, & quotiescumq; quis in judicio substinet partes actoris, ad dictam cautionem tenetur semper, quandocumque comparuerit; quia verba *text. in d. Auth. & in d. §.* sunt clarissima, *l. sancimus 13. C. de Judic.*

27 Si reperitur notatum in quinterno Actuariorum, quod talis fidejussit pro tali, vel se obligavit, cum similibus, nullam fidem facit hujusmodi Nota, ut firmat *Amendola ad Franch. decis. 185.* ex doctrina *Anna in sing. 428.* quibus adde *Mele ad Gizzarell. dec. 24. nu. 61.* quos sequitur *Nicol. fol. 34. num. 17.*

Verum ubi fidejussio non reperitur extensa, sed in scriptura sit scriptum, *capta fuit fidejussio*, tunc facit fidem, & valida est, ut decisum in M.C.V. & confirmatum in S. R. C. die 6. Martii 1631. in caussa Didaci Siani cum hæredibus Philippi Caputi in Banca de Maresca, refert *Nicolin. fol. 34. num. 17.* de qua decisione est videndus *Anton. de Bellis in tract. crim. tit. de quæstionib. particular. qu. 5. a num. 5.*

28 Item quando instrumentum esset deperditum, sed probaretur per testes, *Caravit. rit. 167. num. 5. vers. 3. limita.*

29 Mortuo fidejussore, vel propter adversam fortunam effecto non solvendo, tenetur actor iteratò cavere, & alium fidejussorem subrogare, *Muscat. part. 3. glos. expens. in summ. addit. in fine*, ex traditis per *Præsid. de Franch. dec. 480.*

30 Actor Clericus succumbens coram Judice Seculari non potest condemnari ad expensas ab eodem Judice Sæculari, nec potest ab eo cognosci, si falsum deposuerit, *Ricc. collect. 253.* ex doctrina *Fabri in tit. 2. de Episcop. & Cleric.*

31 Fidejussores Clericorum, licet sint laici, possunt conveniri coram Episcopo, & dicti fidejussores laici carcerantur per Cursores Curiæ Episcopalis, ut pœnam fidejussionis solvant, & eorum bona venduntur per eosdem de mandato dictæ Curiæ Episcopalis, ut latè *Episc. Ricc. in part. 1. dec. 221. num. 4.*

Et ratio assignatur, quia laici possunt prorogare

jurisdictionem Episcopi, ut diximus in *cap. de exceptione declinatoria num.* .....Et Curia Ecclesiastica de facili debet potius laicos, quam Clericos admittere fidejussores; tum quia Clerici non possunt condemnari, nisi in quantum facere possunt, *cap. Odoardus de solut.* tum quia impeditur, & turbatur servitium Divinum, quando Clerici fidejussores carcerantur, & vexantur pro fidejussionis pœna, ita *Riccius* ubi supra *num.* 6. ubi *num.* 1. concludit, quod

32 Fidejussor exemptus conveniendus est in foro illius Judicis, in cujus loco se submisit. Quod est intelligendum de jurisdictione prorogabili tantum, secus de non prorogabili, ut est Clericus, Miles, & qui non possunt suo foro renunciare; Nam in prorogabili, quilibet potest favori suo renunciare, prorogando jurisdictionem alterius, juxta *Tex. in l. prorogando, ff. de judic. l. si convenerit de jurisdict. omn. judic.* & nos latè infra *de foro prorogabili in cap. de exceptione declinatoria.*

33 Cautio de expensis non præstatur in causis executivis, & matrimonialibus, *Dom. Altim. de nullit. rub.* 13. *qu.* 54. *num.* 15. *ex Calero de process. executivo par.* 4. *cap.* 3. *num.* 17. *& par.* 1. *dec.* 204. *num.* 1. *Heriug. de fidejussor. cap.* 10. *num.* 140.

Et in omnibus causis de sui natura summariis, quæ in Regno vocantur magis summariæ, ad differentiam caussarum, quæ de sui natura non sunt summariæ, licet, in iis adhuc in Regno sūmariè proceditur per Statutum Regni *in cap. detest.*; non admittitur d. exceptio expensarum ex generali stilo; & ratio est, quia natura caussæ summariæ non patitur dilationes, & exceptiones, impeditivas privilegium naturæ summandi caussam, & ita practicatur, ut omnibus notum est.

34 *Form. Fidejussionis de expensis.*

Die, &c. & penès acta Curiæ T. & præsentis causæ principaliter constitutus T. de T. actor, qui spontè, &c. sed omni meliori via, &c. promisit ejus proprio, & principali nomine, dare, solvere, &c. Petro de T. reo convento absenti, & mihi subscripto Actuario præsenti, &c. omnes expensas factas, & faciendas per dictum reum conventum, in præsenti causa, & lite vertente in præsenti Curia, inter ipsum actorem ex una, & dictum reum ex altera, super petitione quantitatis pecuniarum, ut in actis, &c. in omnem casum, quo succubuerit in expensis, in pace, & sine aliqua exceptione, &c. vel dilatione, &c. & ad majorem cautelam, & securitatem dicti Petri, præfatus Antonius Actor, fidejussorem, & principalem pagatorem, observatorem, dedit; & posuit semetipsum Antonium, necnon T. de T. ibidem præsentem, & fidejubentem, & insolidum promittentem dare, & solvere dicto Petro absenti, & mihi Antonio præsenti, &c. omnes expensas factas, & faciendas in dicta lite, in casu, quo forte præfatus Antonius succubuerit in dictis expensis, & illas solvere, ut supra, statim, & incontinenti, in pace, &c. qui sic, &c. renunciando expressè, prout ipse fidejussor renunciavit, & renunciat leg. de primo, & principali conveniendo, & compellendo, beneficio cedendarum actionum, cæterisque juribus, &c. proindè, & tam dictus principalis, quam dictus fidejussor obligantur dicto reo absenti, mihique Actuario præsenti, &c. se ipsos, & quilibet ipsorum insolidum, suosque hæredes, successores, & bona omnia, &c. sub pœna dupli, &c. medietate, &c. cum potestate capiendi, &c. constitutione precarii, & sic renunciaverunt, juraverunt, &c.

35 Fidejussio, seu cautio practicatur per viam expromissionis, & est, quando fidejussor absente principali, loco principalis constituitur.

Nam expromissor, sivè adpromissor ille est, qui promissori accedit, aut qui idem promittit, quod tenetur promittere principalis, *Mostil. de grad. cit. nu.* 121.

Hæc cautio per viam expromissionis non solum practicatur, quando quis pro absente fidejubet, sed etiam quando in Curia laicali laicus fidejubet, pro Ecclesiastica persona, quæ licet sit præsens, non potest jurisdictioni laicali se obligare, aut submittere, *Caravit.* 200. *num.* 20.

Ubi dicit, quod si Clericus se obligavit ad expensas, vel ad talem pœnam, & ad majorem securitatem dat talem fidejussionem, tunc est actio invalida, tam respectu Clerici, quam respectu laici fidejubentis, quia obligatio laici accederet obligationi ipsius Clerici, quæ cum non valeat facta coram Judice Laicali, nullam parit obligationem civilem, nec naturalem, contra principalem, nec contra fidejussorem, *l. jubemus, Auth. hoc jus correctum C. de Sacramentis Ecclesiis, l. quemadmodum C. de Agric. & Censit. lib.* 11. & ideo nec ipse fidejussor laicus tenetur, quia non potest accedere, ubi saltem talis obligatio non adest, *l. fidejussor §. fidejuss. D. de fidejussorib.* per regulam, quod ubi principalis causa non subsistit, nec ea, quæ sequuntur locum habent, *l. cum principalis D. de regul. Juris*, & quod sit actus nullus, concludit *Paschal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 16.

Formula cautionis expensarum per viam expromissionis.

Die 8. mensis Augusti Neap. constitutus personaliter penès acta S. R. C. & præsentis causæ Magnificus U. J. D. Joseph Onemma Procurator Magnifici Antonii Ferrarii, qui spontè, expromittendo, & fidejubendo nomine, & pro parte dicti Magnifici Antonii promisit; & etiam suo proprio nomine, & insolidum se obligavit reficere partibus ex adverso omnes, & qualcumque expensas in præsenti causa erogatas, & erogandas in omni casu ejus succumbentiæ, & proindè obligavit se, hæredes, &c. bona omnia præsentia, & futura, &c. ad pœnam dupli, &c. medietate, &c. cum potestate capiendi, &c. constitutione precarii, & sic renunciavit, & juravit, &c.

Io Dottore Giuseppe Onemma mi obbligo, pleggio, ed esprometto, ut supra.

Pro Magnifico de Neap. Absente.

Custolus Act.

Hæc Formula extracta est a processu in S. C. Olimpiæ de Ponzo, cum Scipione de Ponzo, in banca Magnifici Iosephi de Neap.

Ma nota, che la sottoscrizione deve avere tre cose vz. mi obbligo, pleggio, ed esprometto, ut supra.

36 *Formula procedendi contra fidejussorem.*

Ex provisione Curiæ T. Civitatis.

Servientibus nostris, & aliis insolidum significamus, qualiter penès acta hujus Curiæ reperitur stipulata fideiussio, tenoris sequentis vz. *Hic inseritur totus tenor fidejussionis.* Ideo vobis, ut supra jam dictis insolidum dicimus, & mandamus; ut receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem T. de T. sivè, peremptoriè citetis dictum T. fidejussorem ad dicendum caussam, quare non sit contra ipsum, & quemlibet ipsorum insolidum exequendum pro expensis liquidatis, & taxatis, ad quas T. de T. suus principalis fuit mediante sententia condemnatus, servata forma fidejussionis præinsertæ, realiter, & personaliter, alias, &c. in T. Civitate, die, &c.

Citato fidejussore, & incusatis prima, & ultima contumacia, si non comparet, in contumaciam expediuntur literæ executoriales.

Et si comparet, & non opponit legitimam causam, interponitur decretum, quod exequatur.

Hæc praxis desumitur ex doctrina *Specul. in tit. de dolo, & contumacia num.* 22. relato per *Muscatell. in prax. fidejuss. modo* 12. quem sequitur *Nicolin. fol. mihi* 35 *num.* 58.

Et

Et licet sit stipulata penès acta, quia exequendi esset nulla præcedente citatione per *rit. M.C.V.* 128. tamen, ut advertit *Muscatel. in modo* 4. *num.* 7. debet omnino citari, ex eo, quia factum alienum præsumitur dictus fidejussor ignorare, & ideo, ut notitiam habeat, qualiter suus principalis fuit ad expensas damnatus, & qualiter expensæ fuerunt in tali summa liquidatæ, & taxatæ.

Et etiam, ut opponat quicquid opponere velit. Nam poterit opponere exceptionem excussionis, vel alias exceptiones fidejussori competentes, *Muscatel. d. modo* 4. *num.* 7.

C A P. L.

Expensæ quibus casibus per litigantes reficiuntur.

S V M M A R I U M.

Expensæ pluribus casibus reficiuntur, quæ non repetuntur, si reficiens sententiam obtinuerit, num. 1.
Primus casus est, contra contumacem, qui non auditur, nisi refectis expensis, num. 2.
Secundus, quando instantia est perempta, num. 3.
Tertius, quando actor post contestationem intentat alteram actionem per viam emendationis libelli, non potest, nisi prius refectis expensis, num. 4.
Quartus casus, quando acta declarantur nulla, actor reficit expensas, num. 5.
Quintus casus, quando ob contumaciam actoris Reus liberatur ab observatione judicii, tunc non auditur Actor, nisi refectis expensis, num. 6.
Sextus casus est, quando libellus est ineptus, actor non auditur, nisi refectis expensis, ut rectius agat, num. 7.
Septimus casus est, ubi appellans in causis executivis, vel in causis ordinariis, nil posuit, & nil probavit, non auditur, nisi refectis expensis, num. 8.
Octavus casus est, quando Reus frustravit actorem usque ad sententiam opponendo exceptionem, vel præsentando instrumentum malitiosè, quod poterat a principio facere, num. 9.
Nonus casus est, quando citatus temere ab actore, dicit possidere, & deinde nominavit alium in Dominum, n. 10.
Decimus casus est, quando quis citatur temere ab actore, actor reficit expensas, num. 11.
Undecimus casus est, quando creditor petit plus debito, debet reficere expensas, quæ computantur cum debito vero, num. 12.
Duodecimus casus est in judicio novi operis nunciationis, num. 13. *& in sequenti num.* 15.
Modi, quibus reus absolvitur ab observatione Judicii, narrantur; & actor non auditur, nisi prius refectis expensis, num. 14.
Actor si victor erit, & reus condemnatur ad expensas, non poterit repetere expensas, quæ ob culpam actoris fuerunt solutæ, num. 15.
Expensæ litis an, & quando comprehendant damna; & dietas, & quæ sunt damna intrinseca, & extrinseca, num. 16.
Stylus fori, qualis sit in taxandis expensis, & damnis, num. 17.
Stylus taxandi expensas, & dietas in causis syndicatus, qualis sit? num. 18.

1 EXpensæ reficiuntur in pluribus casibus, quæ non repetuntur, si in causa Principali reficiens obtinuerit in sui favorem sententiam, ut sunt expensæ, quæ reficiuntur a contumace, & illæ, quæ reficiuntur ab actore ob instantiam peremptam, & in aliis casibus infra numeratis, *Muscat. p.* 3. *glos. reformanda lib.* 2. *num.* 15. *de Franch. dec.* 331. *Affl. dec.* 70. *Gram.* ibi *in addit. Ursil.* ibi *decis.* 42. *in princ. Petra ad Gramm. dec.* 71. *n.* 1. *de Vita in repert. jur. verb. expens. fol.* 105.

Et *Joannes Angelus in d. dec.* 70. dicit, quod perempta instantia, si actor velit judicium prosequi, tenetur prius expensas reficere, & non sufficit depositum, & in Regno habemus *pragm. de instantia non resumenda.*

Et ita datur casus, quo actor palmam reportans, etiam, ut reus sit condemnatus ad expensas solutas, in casibus infrascriptis.

Et ubi expensæ debent refici in casibus infrascriptis, si unus nummus deficit excluditur a refectione prædicta, *Petra ad Gram. dec.* 26. *num.* 13.

2 Primus casus, in quo refectio expensarum fit, est, quando contumax vult audiri, quia refectis expensis auditur, ut latè dicemus *in cap. de contum.* ubi habebis ampliationes, & limitationes.

3 Secundus, quando instantia est perempta, & actor vult prosequi judicium, ut latè diximus *in c. de except. inst. peremp.*, ubi habebis ampliationes, & limitationes.

4 Tertius, quando actor a principio duabus, vel pluribus actionibus intentatis, & intentata una actione post contestatam litem, velit alteram intentare, emendando libellum, mutando, & corrigendo, vel illi addendo, ex *tex. in l. edita, C. de edendo*, & tunc debet, vel prima actio prius terminari, vel refectis expensis, procedi super secunda actione noviter intentata, ut latè *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 16. *tit. de litis contestatione nu.* 28. *cum duob. sequent.*

Quod sanè intellige, quando hoc succedit per viam emendationis libelli.

At quando per novam petitionem ex nova causa superveniente nova actio intentatur, potest fieri dictarum actionum cumulatio, ut *Capyc. latro dec.* 120. *nu.* 13. *& Sanfelic. dec.* 72. ubi latius.

5 Quartus casus, in quo reficiuntur expensæ, quando primum judicium est per nullitatem resolutum, juxta *decis. Afflict.* 70. ubi *Addentes*, & signanter *Gram.* dicit; quod semper actor dum succumbit debet condemnari in expensis, ex *Paul. de Cast. in l. destitisse ff. de judiciis, Jacob. de S. Gregorio in d. l. destitisse*, & assignat rationem, quia actor debet venire provisus, & debet vigilare, & non esse negligens, & negligentia actoris sibi ipsi debet esse in damno, & ita refectio est ut pœna suæ culpæ, sive suæ negligentiæ; ubi refert multoties practicatum *Scialoja de for. comp. cap.* 52. *num.* 38. *Carrab. sing.* 88. *&* 289. & diximus *in tit. de nullitatibus, Dom. Altim. de nullit. rub.* 8. *qu.* 15. *num.* 21.

6 Quinto reficiuntur expensæ, quando in ultimo peremptorio reus comparuit, & actor non, quia tunc actor dicitur contumax, & per dictam contumaciam aliam pœnam non incurrit, nisi quod evanescit, & circumducitur citatio rei, *l. & post edictum §.* 1. *ff. de judic.* & reus liberatur ab observatione judicii, & ipse actor solvit expensas Reo, & non admittitur ulterius in causa, nisi dictis expensis solutis, & nisi caverit de comparendo imposterum, *text. in l. properandum* 13. *§. si quidem pars, C. de judic.* & habetur *in cap. actor de dolo, & contum. in* 6. & notatus *in l. eum, qui temerè ff. de judic.* & in Regno est *Constitutio* incipiens *Sponte volentibus*, & ibi *Isernia*, & facit *Ritus M. C. V.* incipiens *item servat ipsa Curia* sub *rub. de pract. super condemnationibus fiendis ad sportam*, & *Gram. dec.* 83.

Et ubicumque per actoris absentiam Reus absolvitur ab observatione judicii, juxta praxim traditam latè a *Maranta par.* 5. *rub. & omnia fiant durante instantia num.* 50. ubi ab observatione judicii, quando, & quomodo fertur, latè tradit.

Et in criminalibus actor contumax punitur ad sextam partem bonorum mobilium ultra expensas, per *Constitut.* Regni *Accusatorum temeritas.* Supradicta omnia concludit *Perogin pract. civ. part.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 3. *num.* 21. licet hodie *Const.* non servetur in nostro Regno.

7 Sexto reficiuntur expensæ, quando libellus est ineptus

ptus, ita ut ex enarratis deprehendi non possit, quæ actio intentata fuerit, & tunc actor condemnari debet in expensis, *Specular. l. 1. Alex. cons.* 152. *num.* 4. *vers.* 3. *& num.* 5. *lib.* 6. *Aretin. cons.* 119. *num.* 4. *Marant. par.* 5. *in spec. num.* 50. *in princ. Covar. var. resol. l.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. *Salust. Tiber. in prax. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 6. *Rot. Gen. decis.* 33. *num.* 5. *Pereg. in prax. civil. p.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 4. *intersect.* 1. *num* 9.

Et est *textus in cap. examinata* 15. *de judiciis*, ubi summatur, quod si actio, vel intentio est inepta, & in consequens debet Reus absolvi ab instantia judicii, iterum tamen actor auditur, si aptè gerit, hoc dicit *d. text.* hinc orta est praxis decreti v3. *suspensis omnibus actis actor rectius agat*, & tunc negatur audientia, nisi prius solvat expensas, *Marant.* ubi supra.

Ideo sive ante litis contestationem, sivè post, fabricatus fuerit processus super libello inepto, sivè super intentione incongrua, vel aliter, processus erit nullus, ex quo defectu Judex pronunciat processum nullum, & absolvitur Reus ab observatione judicii, & reservat actori jura iterum agendi, ex *d. text. in cap. examinata*, *Marant.* latè ubi sup.

8 Septimo reficiuntur expensæ per Appellantem in causis executivis paratam executionem habentibus, & in causis ordinariis, ubi appellans nil posuit, & nil probavit, ut *prag.* 2. *de expensis*.

9 Octavus casus est, quo reficiuntur expensæ a reo, qui frustravit actorem non dicendo a principio exceptionem peremptoriam, sed expectavit usque ad sententiam, vel post defatigationem actoris, quando poterat a principio hoc facere, ex traditis per *Bald.* post *Paul. de Castro*, & alios *in l. cogi* 15. *C. de petit. hæreditatis. Oinot. lib.* 4. *de action. §. actionum tit.* 6. *num.* 31. vel quando malitiosè distulit præsentare instrumentum litis decisorium, ut adversarium fatigaret expensis, *Mascat. lib.* 2. *par.* 3. *glos. reformando num.* 47. *& decis. cons.* 240. *Cyn. & Bald.* ibid. allegati.

10 Nono reficiuntur ob mendacium in lite, ut si reus interrogatus in principio, an possideat, dixit possidere, & deinde ostenso instrumento locationis, nominavit alium in dominum, *Afflict. decis.* 19. *Thor. in compend. verb. expens. fol. mihi* 200.

11 Decimo, reficiuntur citato ab adversario temerè citante, *Verd. ad Gallup. p.* 2. *c.* 4. *num.* 51. per *text. in l. eum quem ff. de judic.* & verba *tex.* sunt v3. *eum, quem temerè adversarium suum in judicium vocasse constiterit, viatica, litisque sumptus adversario suo reddere oportebit*, ubi nota, *quod tenetur non solum expensas litis, & Advocatorum, sed Viatici, idest dietas, & expensas factas in itinere.*

12 Undecimus casus est, quando petens plus debito agit nulliter, & ideo debet reficere expensas, adeo quod sententia, & adjudicatio inde sequuta in judicio assistentiæ erit nulla, *Sanfel. sect.* 60. *num.* 45. post *Capyc. decis.* 41. *num.* 2.

Et expensæ compensantur cum debito, *Rot. Aven. decis.* 15. *Thes. decis.* 131. *Mosul. ad Capyc. decis.* 49. *num.* 3. *Vrsin.* & alii DD. *in communi opinion. tit. de judic. rubr. ab expensarum condemnatione qui excusantur, cap.* 7. *fol.* 108. *at. Carrab. sing.* 291.

13 Duodecimus casus est in judicio de novi operis nunciatione, si demolitur ædificium, non potest Dominus ædificii demoliti repetere damnum demolitionis factæ, etiam si vincat in caussa principali, ut dicimus infra *num.* 15.

14 Et nota regulam generalem.

Primo, quod pluribus modis reus absolvitur ab observatione judicii, nempè quando actor a judicio cœpto desistit, & reus assistit.

Secundo, quando Reus inepte citatur, vel quia actor caret illa actione intentata, vel sua intentio est incongrua.

Tertio, quando Processus est nulliter fabricatus;

Quarto, quando instantia est perempta.

Et decretum multifariam solet fieri, v3. *suspensis omnibus actis rectius agat*, vel *absolvatur Reus ab observatione judicis*, vel *nullitates oblare.*

Et in omnibus casibus denegatur audientia actori, si vult iterum agere, sed auditur, refectis prius expensis, nec sufficit depositum, sed requiritur effectiva solutio, *Jo. Angelus Pisanellus ad Afflict. dec.* 70. *ex Dec. cons.* 34. *in fin.*

15 Nota autem, quod expensæ refectæ per actorem in omnibus casibus prædictus, si ipse Actor in novo judicio victor erit, & Reus fuerit condemnatus ad expensas, non possunt repeti ab actore, quia illæ fuerunt refectæ ob culpam ipsius actoris, per *tex. in l. si pignora ff. de pign. act. & Bart.* ibi; Sicuti, quando fit mandatum in nov. operis nunc. & nunciatus spreto mandato ædificat, & cogitur demoliri, si postea vincat, non poterit damnum demolitionis repetere, quia demolitio est pœna suæ culpæ, *de Franch. decis.* 33. ubi *Addentes.*

16 Expensæ litis an, & quando comprehendunt damna, & dietas; vide *Thesaur. decis.* 67. ubi dissidentes opiniones refert, & demum concludit, quod debentur damna intrinseca tantum, idest, quæ necessario accedunt ad litem peragendam, ut expensæ Procuratoris, Advocati, Notariorum, Scribarum, Testium, & similium, & temporis, quo adversarius commoratur extra domum suam, & sic veniunt dietæ, item expensæ itineris, vel navigationis, eundo, & redeundo, & stando in hospitio.

Habita consideratione ad cibaria, quæ viator domi facturus esset, *Thesaur. d. decis.* 67. *num.* 4. *& Caravit. in Rit. M. C. Vic. cap.* 37. *nu.* 20. & in taxa Sac. Cons. veniunt solum expensæ intrinsecæ, dummodo sint moderatæ, & quando fuit protestatus de damnis, veniunt etiam extrinsecæ, testatur *Dom. Cons. Rosa in praxi civil. decr. cap.* 1. *nu.* 25. *fol.* 354.

Extrinseca damna sunt, ut si sit captus in itinere ab hostibus, vel latronibus, vel si equus mortuus, vel si infirmus, & similiter, *Thesaur.* ubi supra, & *Luc. ad de Franch. d. decis.* 331. vide *Borr. decis.* 56. *n.* 6. *&* 1010. *num.* 3. *& Caravit. rit.* 73. *num.* 15.

17 Verum unum nota, quod stylus fori in tali taxatione observandus est, ut concludit idem *Thesaur. dicta decis.* 63. *num.* 5. *in fine, & Faber in §. hac omnia, Afflict. in Constit. Regni in pecuniariis num.* 2. *rub. de expensis, de Luc.* ubi supra.

Verum debet præcedere protestatio; hinc cauti Advocati in fine libelli, dicunt, quod protestatur de omnibus damnis, expensis, & interesse, & sæpè repetitur in instantiis.

Et stylus M. C. V. & aliorum Tribunalium Neapoli est dare sportulas tantum, cum expensis Scripturarum, Advocatorum, & Procuratorum.

18 Sed in causis syndicatus Magnif. Doctoris Julii Barrese Gubernatoris Altamuræ, in Banca Pulli, in anno 1710. fuit per dictum syndicandum producta fides omnium Actuariorum M. C. V. de dicto stylo, & fuerunt producta nonnulla exempla rerum judicatarum in aliis causis syndicatus per eamdem M. C., ut in eodem dicto processu; copia dictæ fidei per nos producitur in nostro tractatu de syndicatu.

Sed vide, quæ dicit *Andreas Gailus practicar. observ. lib.* 1. *observat.* 151. *num.* 14. *& Carav. rit.* 289. *notab.* 5. *nu.* 9. *Thesau. dec.* 67. *num.* 3. cit. per *Scoppam ad Nicol. fol.* 36. *num.* 150.

CAP.

C A P. LI.

De Exceptione cautionis de judicio sisti, & judicatum solvendo.

S U M M A R I U M.

Fidejussio de Judicio sisti, & de stando juri, & solvendo judicatum non datur ad instantiam Rei contra Actorem, sed ad instantiam Actoris contra Reum de fuga suspectum, nisi in causa reconventionis; & arbitrium Judicis valde attenditur, num.1.

Fidejussio de judicio sisti si non præstatur a Reo, qui bona non habet in loco Judicii, vel habet tantum mobilia, quid agendum? num.2.

Fidejussio prædicta peti debet ante contestationem; & prolata sententia expirat, & ad aliud fidejussor non tenetur, num.3.

Possidens stabilia in loco judicii fidejussorem dare non tenetur, num.4.

Et qui fidejussorem non invenit ad juratoriam cautionem admittitur, ibid.

Fidejussio de judicio sisti differt a cautione de judicatum solvendo, & quæ sit differentia, num.5.

Suspectus de fuga Reus cogitur dare fidejussorem, & suspectio constare debet in actis, & quomodo, num.6.

Fidejussor de judicio sisti intelligitur liberatus statim data sententia, & datur cautela, ut promittat sistere usque ad rem judicatam, per illum, vel alium Judicem, num.7.

Contumax Reus, purgata contumacia ad tria tenetur; primo pœnam contumaciæ solvere, secundo reficere expensas, tertio, de judicio sisti fidejussorem præstare, si mobilia non possidet, num.8.

Formula de judicio sisti, & judicatum solvendo, num.9.

Clericus non cogitur ad dandum fidejussorem de judicatum solvendo, sed fidejussor de judicio sisti si non fecit sistere, tenetur ad totum debitum, & interesse, num.10.

Fidejussor de judicatum solvendo tenetur etiam trecento expensas solvere, si sententia fuerit promulgata ab eodem Judice, cum limitatione, num.11.

Fidejussor de judicatum solvendo non tenetur in causa appellationis, sed mutato Judice liberatur, nisi expresse dicatur, etiam in casu mutationis, num.12.

Fidejussor de judicatum solvendo non exprimendo Judicem, aut Curiam, tenetur etiam in causa appellationis, num.13.

Fidejussor de solvendo judicatum apud arbitros non tenetur pro judicato a Judice, num.14.

Fidejussor de judicio sisti ligatur per duos menses; & non amplius, ubi actor tardat in prosequendo litem, num.15.

Actio, quæ datur contra fidejussorem de judicio sisti, num.16.

Fidejussio de judicio sisti, an habeat locum in Regno, n.17.

1 Fideiussio de judicio sisti, & stando juri, & judicatum solvendo datur ad instantiam Actoris contra Reum, ut Actor sit securus, quod Reus sistat & stet juri, & solvat judicatum, licet non possideat in loco judicii, vel sit suspectus de fuga.

Et non conceditur ad instanciam Rei contra Actorem, ut colligitur ex *Caravit. rit.* 318. *&* 210.

Sed Actor reconventus, tenetur cavere, quia habetur ut Reus in judicio reconventionis, ita *Bart. in l.* 1. *C. de satisdat.*

Sed ne pabulum calumniis præbeatur, cum non semper, nec in quolibet Reo hujusmodi cautiones dentur, nam arbitrium Judicis in hoc valde versatur, *de Luca ad Franch. decis.* 311. sub *nu.* 2. *Maresca de reconvent. cnar.* 1. *n.* 169. *Scop. ad Nicol. fol.* 41. *n.* 550.

Ideo quando conventio, & reconventio hinc inde probationes requirunt, fit decretum, ut *procedatur ad ulteriora in causa, salva provisione facienda super petita fidejussione tempore publicationis*, ut testatur *de Franch. d. dec.* 311.

Verum si extet instantia contra Actorem, tunc dictus Actor reconventus præstare omnino tenetur dictam cautionem de judicio sisti, stando juri, & judicatum solvendo, nec tali casu versatur arbitrium Judicis, ut probat *Gallup. par.* 2. *cap.* 22. *num.* 22. ex dicta *decis. de Franch.* 311. *& Scopp. ad Nicolin. fol.* 41. *num.* 190.

2 Fidejussio de judicio sisti, si non præstatur a Reo, qui non habet bona stabilia, nec mobilia in loco judicii, detinetur in vinculis, sed si paratus est, & jurat, quod non reperit fidejussorem de judicio sisti, & vult se obligare de stando juri, tunc evitabit carceres, nisi sit pauper, vagabundus, vel girovagus; qui debet stare in carceribus usque ad finem litis, *Muscat. in par.* 2. *glos. expensis lib.* 1. *num.* 22.

Ubi nota, quod secundum *Afflict. in d. constit.* tria requiruntur copulativè, ut conventus sit in carcere lite pendente, vz. quod caussa sit injuriæ, vel maleficii, secundo, quod sit pauper, tertio, quod sit vagabundus, sed *Muscatell.* extendit primum requisitum, etiam ubi caussa esset civilis, per *rit.* 130. *& Caravit.* ibi *not.* 4.

Et qui habet tantum bona mobilia, sufficientia ad litem, relevatur ab onere satisdandi de judicio sisti, dummodo se obliget cum hypotheca suorum bonorum de stando juri.

Et qui possidet stabilia, non tenetur fidejubere de stando juri, quia stabilia sunt loco dictæ fidejussionis, *Afflict. in dec.* 109. *Motil. de grad. cit. nu.* 119.

3 Fidejussio de judicio sisti, & judicatum solvendo per Actorem exposci debet ante litem contestatam, postea enim non amplius peti poterit, nisi suspicio supervenerit post contestationem, quo casu poterunt dictæ cautiones quandocumque efflagitari, *Muscatell. glos. expensis num.* 37. *vers. sed quær.*

Fidejussio de judicio sisti, seu de stando juri, & de veniendo, seu se præsentando, non datur ab Actore, sed a Reo, quia protestatur oblato libello, ut Reus stet in judicio usque ad finem litis, *l.* 1. *ff. qui satisdare cogantur, &c.* & sic ubi adest aliqua suspicio, quod reus possit aufugere, & in judicio non sistere usque ad finem litis, *Afflict. decis.* 170. & prolata sententia dicta cautio expirat, *l. græca §. post litem ff. qui satisdare cogantur.*

Hæc ad aliud non tendit, ut totum exerceatur judicium, & ad finem perducatur, sed lata sententia expirat fidejussio de judicio sisti, & fidejussor amplius non tenetur, *Motil. de grad. cit. num.* 11.

4 Nec præstatur ab eo, qui possidet immobilia in loco judicii, *Afflict. decis.* 109. *Motil. ubi sup.*

Et ubi fidejussorem non invenit, admittitur juratoria cautio, *Oinot. lib.* 1. *tit.* 24. *de satisdat. tut. & curat. num.* 4. *& Novar. p.* 1. *qu. for.* 163.

5 Fidejussio, sive cautio de judicio sisti, sive de stando juri differt a cautione de judicatum solvendo, nam fidejussio de judicio sisti, accipitur solummodo quoad litis exercitationem usque ad sententiam regulariter, imo si tempus non est specificatum, fidejussor tenetur reum sistere arbitrio Judicis, *Gallup. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 20. ex *l. de die ff. qui satisdare cogantur*, *Menoch. de arbitr. cas.* 54. *lib.* 2. *cent.* 1. ubi rationes assignat.

Fidejussio de judicatum solvendo accipitur ad totam caussam, et ad sententiæ executionem, *Ulpian. in l. græca* 9. *§ & post litem ff. de fidejuss. Fontanel. decis.* 230. *Motil. de grad. cit. ar. num.* 121.

In fidejussione de judicatum solvendo inest fidejussio de judicio sisti. Ideo, qui dedit fidejussores de judicatum solvendo non tenetur ad fidejubendum de judi-

dicio sisti, *Afflict. in const. dilationes de dilat. 10. not. nu.31. ex Abbat. in l. filiusfam. ff. qui satisdare cogantur, Muscat. in d. glos. expensis par.3. nu.27. lib.1.*

Cautio de judicio sisti, seu stando juri exigitur a Reo convento proprio nomine, sed cautio de judicatum solvendo non exigitur a reo convento proprio nomine, sed ab eo, qui alienam litem defendit, *l. qui §. qui alium ff. de proc. l. exigendi C. eodem, in §. sed hodie instit. de satisdat.* Sed dicta procedunt de Apicibus juris, & hodie non sunt in usu, ut a procuratore exigantur, sed hodie tam cautio de judicio sisti, seu stando juri, quam de judicatum solvendo exigitur a reis suspectis, ut assecurent judicium, ne sit elusorium ob fugam, vel inopiam, vel ob dilapidationem bonorum *rit. 170. Muscat. in d. glos. expensis num. 20.* & melius *num. 37.*

Et adversa satisdabit de judicio sisti, *l. 1. §. sed si dubitetur de ver. oblig. Glos. in l. heres absens ff. de judic. verb. domicilium.*

6 Fidejussiones praedictae ambae petuntur per Actorem a Reo, quando Reus est suspectus de fuga, *l. 1. §. satisdatum ff. qui satisd. cogantur, Afflict. dec. 17.*

Quae suspicio Judici constare debet per summariam informationem, *l. 4. in princip. ff. si cui plusquam per legem, Faber defin. 2. num. 9. C. de satisdat.*

Et dicitur suspectus de fuga regulariter, qui bona immobilia non possidet, *l. sciendum ff. qui satisdare cogantur*, & per *rit. 170.*

Proinde dicitur probata suspicio fugae, statim cum probatur, quod immobilia non possidet, ut sancitur *in d. rit. 170.* de quo latius diximus *in 1. lib. de Jud. exec. tit. 4. cap. 6. de deb. fugitiv.*

Quo fit, ut reus, qui non possidet immobilia, cogatur assecurare judicium per fidejussores, *Afflict. dec. 109. & 170.*

7 Fidejussor de judicio sisti, intelligitur liberatus absque alia declaratione, statim lata sententia, etiam quod non sit absolutoria judicii, intelligitur quoque fidejussor liberatus ab ejus observatione, *Gallup. par. 2. cap. 3. num. 20. glos. in l. pen. C. de fidejus.*

Ideo datur cautela ad removendas omnes ambages, ut promittat fidejussor sistere Reum, quotiescunque fuerit petitum per illum, vel per alium Judicem, donec causa terminetur per diffinitivam sententiam usque ad rem judicatam, *Gallup.* ubi supra ex *Suarez, Bellug.* & aliis ibi.

8 Fidejussionem de judicio sisti cogitur praestare Reus contumax statim purgata contumacia ad petitionem Actoris, alias neque auditur Reus, quia purgare contumaciam tria in se continet. Poenam Curiae solvere. Reficere expensas. Et cautionem praestare de judicio sisti, *Caravita ritu 65. num. 6. & ritu 181. num. 2. ex Specul. de satisdat. §. 1. in fine, Afflict. in constit. Sua Reali 3. & 5. notabili, & in Constit. Contumaciam nu. 9. circa finem*, & idem *Caravit. in pragm. Relatione 7. notab. de Ordine Judic.*

9 Fidejussio de judicio sisti, & judicatum solvendo, concipitur his verbis; secundum formulam traditam ab *Angelo in tract. de malef. rubr. pro quibus, & quolibet eorum vers. & si bene vz.*

Talis promisit stare, parere, pati, & solvere omnem condemnationem de eo, & ex dicto processu in omnem causam, quotiescumque, qualitercumque, & quandocumque, & per quemcumque fuerit judicatum, vel per alium, qui loco suo successerit, vel etiam per Judicem appellationis.

Quam formam sequuntur, & approbant *Bov. decis. 315. Capollicaut. 127. Muscat. in prax. fidejus. part. 1. modo 12. num. 5. Scop. ad Nicol. fol. 41. num. 530.* qui latè discurrit super dicta fidejussoria, & ad eum recurras quando occurrit.

10 Fidejussionem de judicatum solvendo Clericus non cogitur dare, *de Luca ad Franch. observ. 311. num. 4. Scop. ad Nicol. fol. 42. num. 530.*

Fidejussio de judicio sisti parit effectum, ut si non faciat sistere reum in judicio, tenebitur ad totum debitum, ac interesse, *Gallup. par. 2. cap. 3. nu. 21. ex Suarez super verbo Ulterius nota num. 21. fol. 772.*

11 Fidejussio de judicatum solvendo parit effectum, ut sententia exequi possit recto tramite contra fidejussorem absque novo processu, *Muscat. d. glos. expensis*, ubi supra.

Et ratio assignatur a *Straiban. resol. 111. in obstru. num. 73. cent. 2. num. 2. tom. 2.* Quia in fidejussione judicii, idest de judicatum solvendo sententia lata contra principalem exequi potest contra fidejussorem non citatum, & sic judicatum refert *Peguer. decis. Cathalan. 199. par. 1. in fine, Chartar. decis. 119.*

Secus in fidejussione contractus, in qua requiritur novus processus, si fidejussor non fuerit citatus cum principali, *tex. in l. sententiam in princ. ff. de appellat.* sic decisum refert *Guid. Pap. decis. 26.* & alii relati per dictum *Straiban.*

Et fidejussores tutelae, & curatoris, dicuntur fidejussores penès acta Curiae, & juxta hanc distinctionem, testatur judicatum *Surd. decis. 218. n. 11.* & tenet *Ursil. ad Afflict. decis. 182.* & alii relati a dicto *Straib.*

Quod intelligendum est, si promulgetur sententia tantum a Judice, in cujus manibus praestita fuerit fidejussio, nam si pronuncietur a Judice successore, vel Locumtenente, non tenetur fidejussor, *DD.* communiter, & *Bar. in l. cum apud Sempron. 20. ff. judic. solvi.*

Quae limitatio sublimitatur, ubi expressim fidejussisset, etiam in casu substitutionis, & successionis judicis, idem *Bart. loco cit. per §. si vero aliquis instit. de satisd.* ita pariter

12 Fidejussor, qui cavit simpliciter in prima instantia judicatum solvi, non tenetur in causa appellationis, quia Judex appellationis non est idem, sed diversus a primo Judice, in cujus manibus cavit, *l. ult.* ubi *glos. C. de testib.*

Et mutato Judice, sive mutata instantia liberatur fidejussor, *l. 2. C. de procuratoribus*, ubi *glos. in verbo appellat. vers. pone tertio, ff. de judicatum solvendo, d. l. cum apud*, ibi, *Ideo stipulationi adjicitur, quive in ejus locum substitutus erit*, ubi *glos.* dicit, ut stipulatio committi possit propter sententiam substituti Judicis.

Quod secus, si expressè fidejussisset, etiam in casu mutationis Instantiae; nam ponderanda sunt verba, quibus concepta est fidejussio, *de Marsiliis rubr. de fidejus. quaest. 6. 9. & 10. Scop. ad Nicol. fol. 51. num. 51.* & in casu occurrenti circa dictas fidejussiones, vide dictum *Scoppam.*

Et quod Fidejussor datus in uno Tribunali de solvendo judicatum, non tenetur ad solvendum judicatum per aliud Tribunal ejusdem Regis, *Tex. est in d. §. ff. de judicatum solvendo, Romanus cons. 210. de Franc. decis. 601. Gallup. p. 2. cap. 3. num. 22.*

Imo si promisit solvere judicatum a tali Judice, non solum non tenebitur in causa appellationis, sed etiam in casu, quo dictus Judex mutatur, & alter in ejus locum subrogatur.

13 Sed si simpliciter promittat judicatum solvere, non exprimendo Judicem, vel Curiam, tenetur etiam in causa appellationis, nam in dubio praesumitur se obligasse, etiam in causa appellationis, *Gallup.* ubi sup. *de Franch. decis. 320. nu. 6. Peguera dec. 169.*

At in praxi erit cautela, ut concipiatur fidejussio per quemcumque Judicem, donec causa terminetur usque ad rem judicatam, *Gallup.* ubi supra, *Giurb. decis. 14. Thesaurus decis. 202. Ric. col. 337.*

14 Unde fidejussor de solvendo judicatum apud arbitros, non tenetur pro judicato a Judice, *Ricc.* ubi supra, *Faber decis. 5. de fidejus.*

15 Fidejussor de judicio sisti ligatur, ut Reus sistat usque ad finem litis, & lata sententia cautio ex-

pi-

pirat, ut diximus supra.

Sed ubi Actor litem non prosequitur, sed tardat, tunc fidejussor de judicio sisti ligatur per duos menses, *Gallup. tit. de lite pendente cap. 3. num. 33. & seq.*

16 Et contra fidejussorem de judicio sisti datur actio ad interesse ob moram commissam, si non curat, ut litigans sistet usque ad sententiam, *l. fidejussor §. in fidejussorem ff. qui satisdare cogantur*, ubi *glos. Bar.* & reliqui.

Et nota, quod tunc detur ad instantiam Rei contra Actorem dicta fidejussio, quando reconvenitur a Reo, ut diximus superius, & docet *Bar.* ubi supra.

17 At hodie in Regno fidejussio de judicio sisti non habet locum, nec præstatur a non possidentibus stabilia, quia substantialia judiciorum sunt sublata in Regno, per *pragm. 1. de ordine judiciorum*, quæ incipit *dispendia*, & per capitulum Regni *detestantes*, ita concludit *Novar. quæst. forens. 12. tom. 1. post. Cacher. decis. 12. num. 9. & Riccius collectan. decis. 255. par. 7.*

Verum omnino debet præstari fidejussio de judicatum solvendo a debitore de fuga suspecto, ut sancitur *In rit. M.C.V. 170.* ubi *Carav. & D. Pet.* Vide, quæ latius nos diximus *in 1. tom. in cap. de debitor. fugitiv. tit. 4.*

C A P. LII.

De Exceptione carentiæ, & incompetentiæ actionis, Notorii Juris defectus agendi, & de Jure tertii, & tua non interest.

S U M M A R I U M.

Exceptio carentia, & incompetentia actionis, notoriique juris defectus agendi, & de jure tertii. Hæ tres simul opponi solent ante contestationem, & exemplificantur, num. 1.

Exceptio carentia, & incompetentia actionis, & notorii defectus juris agendi comprehendit exceptionem tua non interest, num. 2.

Exceptio tua non interest dicitur litis finita, num. 3.

Exceptio de jure tertii, quando est, cum limitatione, & exemplificatur, num. 4.

Exceptio de jure tertii admittitur contra actum ipso jure nullum, & ubi quis damnum pateretur, nisi exciperet, num. 5.

Nullitas in causis Ecclesia, vel minoris opponi non potest ab alio, nisi ab ipsa Ecclesia, vel ab ipso Minore, nu. 6.

Agens absque actione repellitur a limine judicii, tam ad instantiam partis, quam ex officio, & dantur exempla, num. 7.

Exceptiones de jure tertii, & carentia actionis opponi possunt in quacumque parte judicii, & si non admittuntur potest appellari, num. 8.

Dicta exceptiones si non opponuntur ante sententiam, judicium est validum, num. 9.

Exceptio carentia actionis impedit litis ingressum, num. 10.

Exceptio de jure tertii quando potest opponi, dantur tres regula, num. 11.

Exceptio tua non interest quando potest opponi a debitore contra cedentem, vel contra cessionarium, & quando contra adjectum in solutione, num. 12.

Adjectus stipulationi, quis dicitur, & ad quem finem præstatur, num. 13.

1 Exceptio carentiæ, & incompetentiæ actionis, notoriique juris defectus agendi, & de jure tertii. Hæ tres exceptiones solent a Procuratoribus simul, & semel coacervatim opponi ante litis contestationem, sed *Motil. in grad. citat. num. 130.* improbat tales Procuratores, dicens multum inter se differre has tres exceptiones.

Prima enim exemplificatur, cum quis ante diem debitæ solutionis agit, ei obstat *exceptio carentiæ actionis*, quia caret actione agendi, cum tunc orta non est actio, sed poterit agere, ut adveniente tempore sit securus creditor, quod ei solvat debitor, ut latè *Viscont. in verb. debitor, Motil.* ubi supra *Carrab. sing.* . . . .

Secunda exemplificatur, cum quis agit alieno nomine, uti Tutor, Procurator, Cessionarius, &c. & revera talis non est (sed hæc potius esset exceptio legitimationis personæ) aut ubi actio, qua agitur vera est, tamen ex defectu cessionis, vel mandati, vel tutelæ, agenti non competit illa actio, & hæc dicitur *incompetentia actionis*.

Et exceptio incompetentiæ actionis, est, quando quis ineptè agit, & ex officio potest repelli a Judice, *Gallup. par. 1. cap. 5. num. 6.*

Exemplificatur, quod ubi creditor egisset pro medietate contra unum debitorem, dividendo obligationem, declarasset ab eo non prætendere, nisi suam medietatem tantum, juxta *Tex. in l. reos ff. de duobus reis.*

Tunc si dictus debitor conventus petiisset contra correum ad contribuendum pro sua rata in hac medietate, ei obstabit incompetentia actionis, dum stante divisione actionis, quæ erat insolidum, non competit correo convento pro sua medietate, actio contra correum, ita decisum refert *D. Cons. Petr. rit. 294. num. 16. in fin.*

Tertia exemplificatur, quando omnis defectus agendi, consistit in jure tantum, non circa factum, *Motil.* ubi supra *de grad. cit. num. 130.*

Hinc fit, quod exceptione carentiæ, & incompetentiæ actionis opposita, poterit Judex ad instantiam actoris, vel ex officio compellere reum, ut declaret exceptiones in facto consistentes.

Qua declaratione facta, poterit cogi actor ad probanda sua jura, quare dictæ exceptiones carentiæ actionis non obstant, *Franch. dec. 263. col. fin. verb. adde quod reperi, Gallup. p. 2. c. 8. nu. 42.*

Exceptione notorii juris defectus agendi opposita, tunc nullo modo poterit adstringi excipiens ad faciendam dictam declarationem, quia se refert ad jus, & quatenus jus contineat, *Rovit. pragm. 6. num. 13. de ord. judic. Gallup. p. 2. c. 8. num. 43.*

2 Exceptio carentiæ, & incompetentiæ actionis, & notorii defectus juris agendi, comprehendit exceptionem, *tua non interest*, nam cujus non interest, eidem non competit actio, *Dec. cons. 502. num. 4. Gallup.* ubi supra.

Et regulariter id, quod cuique interest, agitur, *l. 1. §. fin. ff. de sepulc. violato.*

Nec audiendus est ille, cujus non interest, *l. 1. in princ. ff. quorum appellat. non recip.*

Hinc ago, ut solvas tertio, quia mea interest, *l. hic consequitur §. Celsus ff. familiæ erciscundæ, Ant. Bar. cent. 1. obs. 33.*

3 Et dicta exceptio, *tua non interest*, dicitur litis finitæ, *Ant. Barra cent. 1. obs. 32. num. 1. Gram. cons. 105. num. 7. Rom. cons. 347.*

4 Et licet exceptio de jure tertii in judicio regulariter non subsistit, *Text. in l. loci corpus, §. competit, ff. si servit. vindic.* Et est, quando opponitur, quod jus, vel actio non pertineat ad actorem, sed ad tertium in judicio non existentem, tunc excipiens non auditur regulariter.

Limita dictam exceptionem possessori licere, quando jus tertii esset exclusivum jus agentis ipso jure, ad *Tex. in l. cum servum C. de serv. fugit.* Casus exemplificatur, v3. Si ego agam rei vindicat. contra Titium, qui excipit me non esse Dominum, sed Petrum, si hoc probat, quamvis constat esse ipsum Titium possessorem, ego ab instituta actione sum repellendus, quia

probatum est me non esse Dominum, per *Tex. in l. fin. C. de rei vind.* In hunc enim modum loquitur *Cyn. in d. l. cum servum*, *Thes. dec. 4. num. 4. Cancer. var. resol. tit. de except. num. 17. & de tert. opposit. num. 120. in novis. de Marin. lib. 2. resol. 18. nu. 7. Motil. in grad. citat. num.* 180. Et an in judicio executivo habeat locum hæc exceptio, vide *Merlin. lib. 2. contr. cap. 88. nu. 11.*

Unde possum contra petentem hæreditatem insolidum opponere, quod extant alii cohæredes, quia mea interest non solvere portionem alii cohæredi debitam, ne patior molestiam ab illa *Thes. dec. 4. in fin.*

Secus contra emphyteutam, & feudatarium, contra quem non potest opponi, quod cecidit in commissum, & sic de jure Domini directi, nisi dictus Dominus directus institerit pro caducitate. Nam si Dominus nolit insistere, emphyteuta adhuc remanet utilis Dominus. Et dicta oppositio de jure tertii non esset exclusiva juris agentis ipso jure, nec ex ipsa oppositione constaret agentem jus non habere, *Thesaur.* latè ubi supra, *Riccius d. l. 5. num. 19.*

5 Exceptio de jure tertii admittitur contra actum ipso jure nulliter.

Vel ubi quis damnum pateretur, nisi exciperet, *Cancer. p. 2. var. c. 16. de tert. opposit. nu. 125. &* 126.

6 Unde voluit *Roland. cons. 15. num. 22. lib.* 2. quod possit a tertio opponi de nullitate contra Ecclesiam; sed reprobatur, quia specialiter reservatum est Ecclesiæ, & minori, ut nullitas hæc non possit ab alio opponi, nisi ab ipsa Ecclesia, & ab ipso minore, *Surd. dec.* 108. & nos diximus *in primu parte tit.....*

7 Exceptio carentiæ actionis, seu notorii defectus juris agendi, tunc viget, cum actor absque ulla actione in judicio experitur; quo casu non solum ad instantiam partis adversæ debet repelli a limine judicii, per *Tex. in l. ubi pactum 4. C. de transact.* ubi *Bart. Alex.*

Sed etiam parte non opponente, Judex debet ex officio hujusmodi actores repellere, *Muscatel. gl. actionis num. 9.* Nam qui caret actione, non potest esse in judicio, *l. si quis possessor §. sicut ff. de petit. hæred. l. si pupillus §. videamus ff. de negot. gest. Gallup. par. 2. cap. 5. num. 6.*

Exemplum est *in l. 1. de condict. furtiva*, quæ condictio non datur, nisi Domino, ejusvè hæredi, merito si quilibet alius agat contra te condictione prædicta, poteris excipere de carentia actionis.

Exemplum secundum erit *in l. 3. ad exhibendam*; ubi Dominus tantummodo potest petere exhibitionem rei propriæ, contra actorem non Dominum potest excipi de carentia actionis.

Exemplum tertium erit *in l. certi condict. ff. si certum petatur*, ubi debitum conditionale nullam parit actionem ante conditionem.

Propterea si tu agis ex tali credito conditionali, tibi obstat exceptio carentiæ actionis, quia pendente conditione, nullam actionem habes, ut diximus *in c. de act.*

Exemplum quartum erit *in l. Julianus §. offerri de action. empt.* ubi pretio non soluto rei venditæ, vel fide de eo non habita, nulla oritur actio empti ad beneficium emptoris, juxta *Vacon. a Vacuna declarationum juris lib. 1. declar. 22. num. 4.*

8 Exceptiones prædictæ de jure tertii, & carentiæ actionis possunt opponi in quacumque parte judicii, & sunt potius de facto, quam de jure, cum nullam elidant actionem, sed solum intentionem agentis excludunt, etiam post litis contestationem, *Gallup. p. 2. c. 8. num. 46. Felin. c. super his de accusat. Thesaur. dec. 4. n. 9. vers. ad tertium.*

Et si Judex dictam exceptionem non admittit in quacumque parte judicii post contestationem litis, pars poterit appellare, *Thesaur. ibid.*

9 Non autem opponitur post sententiam, *c. cum putarem ff. familiæ erciscundæ*, *Ant. Barra* ubi supra, *Aym. cons. 191. num. 1.*

10 Et dicta exceptio impedit litis ingressum, *Ant. Barr.* ubi supra ex *Castrens. & Alex. in l. nam postea ff. de jur. jur. l. consequens §. si temporali, & l. Tutores in princ. ff. de adm. Tutor.*

11 *Circa exceptionem de jur. tertii, an, & quando possit opponi, accipe has Regulas.*

Prima regula est, quod quis potest opponere de jure tertii, si exceptio sit penitus exclusiva juris agentis ipso jure, quia tunc non esset opponere de jure tertii, sed magis de defectu juris agentis, quod sufficit reo ad victoriam, *Barbosa in l. si alienam ff. soluto matrim. num. 64.*

Secunda regula est, quod si jus tertii non tollat actionem ipso jure, nisi mediante sententia, hæc exceptio a tertio opponi non potest, *Barbosa loco cit.* verum si quis sit privatus bonis ipso jure, potest hæc exceptio a tertio opponi, quia licet non adsit sententia hominis, adest tamen sententia legis, & sententia declaratoria hominis requiritur in ordine ad tollendam possessionem, non dominium, unde agenti in petitorio potest per tertium opponi exceptio, quod scilicet bona spectent ad Fiscum, secus in possessorio.

Tertia regula est, quod licet quis privetur jure, attamen privatio intelligitur facta sub conditione, si voluerit tertius, tunc non potest hæc exceptio opponi ante declarationem voluntatis tertii; quod exemplificari potest in Emphyteuta quoad amissionem rei per canones non solutos, in recipiente res Ecclesiæ per alienationem factam, absque assensu; in his, & similibus nequit opponi hæc exceptio, nisi tertius declaraverit suam voluntatem. Excipe tamen casum, quo reus haberet causam a tertio, qui suam voluntatem per factum cum eo sequutum elicere visus fuit, ut *Barbosa num.* 68.

Hinc notabis, quod aliqua acquiruntur nobis ipso jure, sub conditione tamen suspensiva, aliqua sub conditione resolutiva, quando aliquid acquiritur nobis ipso jure sub conditione suspensiva, si voluerimus, tunc exceptio a tertio de jure nostro opponi non potest, nisi in casibus præmissis, ex quibus eliciatur voluntas nostra; cum vero acquiruntur nobis sub conditione resolutiva, tunc potest opponi de jure nostro ante nostram resolutionem; in judicio vero summario nunquam opponi potest hæc exceptio, etiam si sit exclusiva juris agentis; *Ant. Virgil. de legit. persona in prælud. num.* 259.

12 Exceptio tua non interest, tunc opponi potest a debitore contra cedentem, quum cessio respicit commodum cessionarii, itaut periculum rei cessæ non spectet ad cedentem.

Secus, ubi commodum, & periculum spectet ad cedentem, quia cedens remanet obligatus de evictione cessionario, & propterea cessiones directæ non sunt elisæ per cessionem; ita perpulchrè distinguit *Horat. Montan. contr. 43. num. 16.*

Dicta exceptio *tua non interest* opponitur etiam contra adjectum in solutione, & quod caret solutione, *glos. penult. in l. 1. C. per quas personas nobis acquiritur, Cacheran. in dec. pedemont.* 61. nu. 5. quem citat, & sequitur *Horat. Montan. controv. 43. num. 14.*

13 Et nota, quod adjectus stipulationi dicitur, cum ego stipulor, ut tu solvas mihi, aut Titio, vel mihi, & Titio, & sic concipitur stipulatio per conjunctivam, *&*, *vel*, *aut*, ut promittis mihi tali die solvere mihi, *aut* Titio *duc. centum*, inutilis est stipulatio quoad personam Titii adjecti, etiam si sit ibi præsens, dummodo non interroget ipse quoque, nam ut sint duo rei stipulandi singuli interrogari debent, *in Institution. de duobus reis §. 1.* aliàs non est quæsita actio Titio, qui non interrogavit, quia alteri stipulari nemo potest, *l. stipulatio ista §. alteri ff. de verbor. oblig.*

Ad-

Adjectus enim stipulationi est ad faciliorem præstationem in beneficium debitoris, qui potest solvere stipulanti, vel adjecto, *l. ejus qui §. qui mihi aut Titio ff. de verb. oblig. vers. neque interest, & §. plane, institution. de inutilib. stipulat.* & adjecto solutioni non præsumitur donatio facta pecuniæ, vel rei, quam stipulatus est quis dari, vel solvi adjecto, *l. Si ita cum haberes ff. de dote prælegata*, ubi *glos. in verb. non donationis*, ideoque adjectus caret actione agendi, & obstat exceptio *sua non interest*, *Montan.* ubi supra num.13.

C A P. LIII.

De Reconventione.

S U M M A R I U M.

Reconventio est actionis retorsio contra agentem, unde licet numeretur inter exceptiones, potius est actio, quam exceptio, num.1.

Reconventionis quatuor species sunt, num.2.

Prima species est de crimine ad crimen, quæ regula ampliatur, & limitatur, num.3.

Secunda species est de criminali causa ad civilem, in qua duæ reperiuntur opiniones invicem repugnantes, quæ declarantur, num.4.

Tertia species est de civili ad criminalem, quæ declaratur, cum limitationibus, & ampliationibus, num.5.

Quarta species reconventionis est de causa civili ad civilem, quæ declaratur, & assignatur ratio cum ampliationibus, num.6.

Reconventionis judicium inter Clericum, & Laicum, cum declarationibus, num.7.

Judex Laicus in quibus casibus potest procedere contra Clericum, num.8.

Reconventus, & reconveniens tenetur invicem cavere de expensis, num.9.

Reconventio cessat in causa spolii, & possessoriis summariis, cum ampliationibus, & limitationibus num.10.

Reconventio cessat, ubi filius minor absque tutore, vel curatore agit in possessorio, num.11.

Spoliatus quæ extrema probare debet? num.12.

Conventus quocumque possessorio quæstionem dominii opponere non potest, num.13.

Actor qui ejicitur a possessione ex proprio facto, & contractu, repellitur a Judice, si factum est justum, num.14.

Reconventio de civili ad civilem habet locum etiam contra Clericum, cum limitationibus, num.15.

Reconventio de annexis, & connexis exemplificatur, num.16.

Reconventio in majori quantitate quando potest prorogari, num.17.

Reconventio cessat ubicumque officium Judicis imploratur, & exemplificantur casus, num.18.

Reconventio cessat in imploratione brachii, secus quando imploratur in forma judicii, ubi duæ reperiuntur opiniones, quæ concordantur, num.19.

Reconventio proposita post litis contestationem, quos effectus parit, num.20.

Reconventio ad effectum prorogandi jurisdictionem proponi potest quandocumque ante sententiam, num.21.

Reconventio in causis executivis locum non habet, cum declarationibus, num.22.

Reconventio locum habet in mandatis expensis, & contra hæredem testamentarium petentem mitti in possessionem, num.23.

Reconventus si respondere noluerit, non auditur in judicio conventionis, num.24.

Reconventio in deposito, an habeat locum, num.25.

Reconventio reconventionis non datur, num.26.

Reconventus pupillus, vel vidua, vel alius privilegiatus non habet privilegium variandi forum, num.27.

Reconventio cessat, quando ab actore fuit liti renunciatum prius quam conveniatur, num.28.

Reconveniri non potest pro re propria qui agit nomine alieno, num.29.

Excommunicatus conventus non potest reconvenire, num.30.

Reconventionis Judicium vestitur eadem natura conventionis, cum declarationibus, num.31.

Perempta instantia in causa conventionis, est perempta etiam in causa reconventionis, num.32.

Reus conventus, qui non curat prosequi post oblatum libellum reconventionis, poterit prosequi post contestationem, & e contra sic actor, num.33.

Induciæ, sive dilationes, quæ competunt ad deliberandum, & consultò respondendum reo convento, competunt etiam actori in reconventione, num.34.

Exceptiones, quas tenetur adimplere actor in causa conventionis, tenetur etiam reus adimplere, quando reconvenit, cum declaratione, num.35.

Reconventio non procedit coram Arbitris, cum distinctione, num.36.

Reconventio in causa appellationis admitti non potest, & assignantur plures rationes, cum limitationibus, num.37.

1 Reconventio numeratur inter exceptiones, sed re vera potius actio, & mutua petitio est, quam exceptio, *tit. Decretalium de mutuis petit.*

Reconventio est actionis retorsio contra agentem; unde si tu petas a me centum, potero ego te reconveniendo agere ad bicentum, *de Marinis resolut. 179. lib. 1.*

2 Reconventiones quatuor species esse tradit *Panormit. in c. 1. de mutuis petition. num. 22. & Maranta par. 4. dist. 6. a num. 56. usque ad fin. Muscat. glos. actorem p. 3. a num. 25.*

Prima de crimine ad crimen.

Secunda de criminali causa ad civilem.

Tertia de civili ad criminalem.

Quarta de civili ad civilem.

3 De prima licet opportunius dicemus in nostra praxi criminali, tamen hic in gratiam Tyronum dicere non omittimus, quod quidquid sit de jure communi, tamen de jure Regni, nullo modo, nec de majori, nec de minori crimine datur reconventio in causa criminali, neque ad effectum, ut pari passu uterque processus ambulet, neque quo ad alterum effectum prorogandi jurisdictionem Judicis competentis; Verum accusator quando est reaccusatus debet præstare cautionem de stando juri, prima accusatione finita, & sic priori accusatione terminata, tunc poterit accusatus reassumere reaccusationem contra primum accusatorem, ut est sancitum per *Capitulum Regni* 258. quod incipit *injunxit Rit. M.C.V. 193. & 197.* & per *Pragmaticam primam de accusationibus*, quæ cum sit ultimum jus in Regno derogat omnibus prioribus, quantum eis contradicet, & *Carauig. in d. Ritibus, & Petra super Ritu* 193. late.

Amplia primo dictam regulam, sive conveniatur criminaliter, & velit reconvenire etiam criminaliter accusatorem, sive conveniatur civiliter de crimine ad interesse, & velit etiam civiliter de alio crimine reconvenire.

Quia hoc non potest facere, dum agens pro crimine, sive criminaliter, sive civiliter agat, semper dicitur agere ex necessitate propter delictum sibi commissum, & sic non sponte sibi elegit Judicem, propterea ubicumque agitur coactè, & non sponte semper cessat reconventionis judicium, ut supra diximus, & notat *Maranta d. par. 4. dist. 6. num. 68. in fine*, & omnes *DD.* communiter.

Secundo amplia ex parte accusantis, ut non solum accusator non reaccusare, & reconvenire accusatum, sed nec pater, mater, filii, fratres, & sorores,

nepotes, & neptes carnales ipsius accusantis reconveniri, sive reaccusari possint, *Carav. & Petra in dict. rit.* 193. *Scop. ad Nicolin. in praxi crim. fol.* 22. *num.* 270. *Marant. & Muscat.* ubi supra.

Tertio amplia ex parte accusati, ut non solum ipse accusatus non possit reaccusare, & reconvenire accusatorem, & conjunctos, ut supra, accusatoris, sed neque conjux, liberi, parentes, aut fratres utrinque conjuncti in eadem domo degentes ipsius accusati, dicta *pragm.* 1. *de accusat.* & dicti *DD.* ubi supra.

Primo limita dictam regulam, quando ex novo delicto post accusationem patrato accusatus suum accusatorem reaccusaverit, ut ex dicta *pragm. prima de accusat. & DD.* ubi supra.

Quod intellige coram eodem Judice, dummodo dictus Judex sit competens reaccusati, aliàs secus, quia in criminalibus non datur reconventio ad effectum prorogandi jurisdictionem super non subdito.

Secundo limita dictam regulam, quando accusatus eundem suum accusatorem accusaverit, quia ita statuit *Ritus* 192. ubi *Caravit. Petra*, & tenent *Maran. Scop.* & alii ubi supra.

Sed ni fallor, ego credo, quod dicti Authores falluntur ex dicto *Ritu*, qui postea fuit in hoc correctus per novam *Pragm.* 1. *de accusat.* ubi prohibet evocari in judicium primum accusatorem per quamvis viam, vel alterum denunciationis subintrare certamen; & determinat solum posse reaccusari de novo delicto. Et dum dicta *Pragmatica* permittit reaccusationem de novo delicto tantum, declarando, dictum novum delictum intelligi post motam caussam denunciationis, vel accusationis; ergo per dictam *Pragmaticam* novam non permittitur, ut antea erat permissum per dictum *Ritum*, reaccusare eadem die, quia si legislator voluisset hoc confirmare, utique expressisset in dicta *Pragmatica*, prout expressit de novo delicto, & de aliis; quod forsan non fuit ponderatum ab aliis, & ita ego sentio, quod tantum de novo delicto non eadem die, sed quandocumque sit permissa reaccusatio, & non aliter, ut sensus, & verba dictæ *Pragmaticæ* sonant.

Tertio limitant aliqui, non procedere regulam prædictam, quotiescumque reaccusatio fieret pro crimine, in quo potest intervenire procurator, nam ubi intervenire posset procurator, permittitur reaccusatio per *Ritum M.C.V.* 197. ubi *Carav. & DD.* ubi sup.

Sed ni temeritatis notam mihi timerem imputari, auderem dicere contra tot sapientissimos Authores, quod in hoc quoque falluntur, eadem ratione, qua supra; quia dictus *Ritus* est correctus per dict. *Pragmaticam*, quæ, ut supra diximus, est novum jus in Regno, & noviter statuit, impediendo, ne accusatus possit per quamvis viam in judicio evocare accusatorem, & non permittit ullo modo alterum denunciationis subintrare certamen, pendente priori accusatione, & in dicta *Pragmatica* assignatur ratio, quia videtur nequitia, & calumnia manifesta, qui adversarium prius non accusat, quam ab ipso adversario sit primo accusatus, & postea subjunxit, *contra accusatores, & accusantes personas, ut sup. comprehensas, nostram ordinationem procedere volumus quoquomodo.*

Ex quibus verbis clarè habetur, quod dictus *Ritus* sit correctus, & quod dicta *Pragmatica* non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Et alia ratio potest assignari, quare dicta *Pragmatica* sic statuit, scilicet ne accusans divertatur a sua accusatione, ex necessaria defensione sui criminis, tam coram eodem Judice, quam coram alio, tam per Procuratorem, quam per propriam comparitionem; nam hæc *Pragmatica* voluit pinguius providere, quam erat provisum in Ritibus, & prioribus juribus Regni; & ita ego sentio. Quod non reperi ab aliis usque adhuc ponderatum.

4 Secunda species reconventionis est, de criminali ad civilem, si quando conventus criminaliter reconvenitur civiliter: & in hoc duæ reperiuntur sententiæ invicem repugnantes, una *Caravitæ* opinantis posse reum accusatum criminaliter reconvenire civiliter accusatum coram eodem Judice, dum tamen ille Judex sit competens accusatoris, aliàs secus, quia in criminalibus non prorogatur jurisdictio Judicis incompetentis, ut dicit *Caravita in dicto ritu* 163. *nu.* 6. & nos sæpius diximus.

Altera sententia contraria, quod non possit fieri talis reconventio est *Maranta in p.* 4. *dist.* 6. *num.* 66. quem sequitur *Muscat. in gl. actorum p.* 3. *num.* 32. ubi plenissime refellit *Caravit.* ejusque dicta confutat.

Et licet ego olim adhæsi *Caravitæ* opinioni, putans *Muscatellum* errasse, nam dicta *Constitutio*, scilicet, *Si civiliter agens*, in Regno derogavit omnia præjudicialia, adeo quod in Regno caussa criminalis non derogat civili, & in utraque æqualiter prœjudicatur, quod intelligi debet, sive proponatur prius civilis, sive prius criminalis.

Et ratio adducta per *Marantam*, & *Muscatellum* non mihi videbatur convincens, quod coactè agit criminaliter, ideo non possit reconveniri civiliter, nam tam in causa criminali, quam civili tenetur actor sequi forum rei, & voluntariè dicitur comparere, tam qui agit criminalitèr, quam civilitèr, nec plus eligit sibi Judicem in civili, quam in criminali, cur itaque cogitur forum rei sequi?

At re medullitùs considerata, vera est opinio *Marantæ*, & *Muscatelli*, rejecta illa *Caravit.* quia *Constitutio. Si civiliter agens* est correctoria juris communis, & debet intelligi, quo minus lædat jus commune, ideo dum loquitur, quod per caussam criminalem supervenientem non impediatur cursus caussæ civilis, quod fuit in Regno statutum favore litium finiendarum, non potest extendi in contrarium, & retorqueri, quod per caussam civilem reconventionis accusator ab accusatione criminali divertatur, & impediatur.

Et respectu, quod agens criminalitèr, voluntariè agat ad forum rei, sicuti in causa civili, hoc est falsum, nam accusator ideo dicitur coactè agere ad differentiam agentis in caussa civili, quia ex necessitate repellendæ injuriæ agit ob crimen sibi commissum, quæ necessitas agendi cessat in caussa civili, & communis Doctorum sententia est, quod ubi coactè agitur, reconventio non permittitur.

Caveigitur a *Caravita*, & tene cum *Marant.* & *Muscatel.* quod reconventio non datur de criminali ad civilem, neque quoad Judicium prorogandum, neque quoad effectum, ut pari passu in utraque caussa procedatur.

5 Reconventionis tertia species est de civili ad criminalem, scilicet quando reus conventus in caussa civili reconvenit actorem criminalitèr; & quicquid sit de jure communi, hodiè procedit in Regno talis reconventio, nec supersedetur a civili propter caussam criminalem, quantumvis magnam, etiam si esset crimen læsæ Majestatis, & ita servamus in Regno per *Constitutionem, Si civiliter agens* & alia jam fuerunt per nos adducta, ubi latius de hac specie diximus.

Sed hic unum non omittendum, quod hanc conclusionem limitat *Marant. in d. p.* 4. *dist.* 6. *nu.* 67. quod hæc reconventio in tantum habet locum, in quantum Judex sit competens reconventi, quia in criminalibus non habet locum prorogatio, ut sæpius diximus.

Cui limitationi videtur contradicere *Muscatell. in Glos. actorum p.* 3. *nu.* 29. concludens, quod dicta *Constitutio, Si civiliter agens* habet locum, etiam quod Judex esset incompetens ipsius reconventi; quia non debebit dedignari contra se eum habere Judicem,

quem

quem ex voluntate sua elegit in causa conventionis civilis, ubi non coactè, sed sponte ivit.

Quæ ego posse concordari censeo, ut vera sit opinio *Marantæ* in reconventione per viam actionis, & principalis petitionis, & de crimine diverso a causa civili.

Et opinio *Muscat.* vera sit in reconventione per viam exceptionis, ut si opponatur crimen falsitatis adversus instantiam civiliter præsentatam, vel si opponatur, testatorem fuisse coactum, contra testamentum per hæredem præsentatum, & ubicumque ex eodem fonte causæ civilis oritur exceptio causæ criminalis, quia tunc Judex licet incompetens actoris de utroque cognoscere potest, & unica sententia terminare, ut *Affl.* concludit super dicta *Constitutione* per *Text. in l. pen. C. de ord. Judic.* & ex traditis per eundem *Marantam in dict. p.4. dist.6. num.35. in fine.* & lato *Gram. decis.53.* quem sequitur *Caravit, rit. 182. num.14.*

6 Reconventionis quarta species est de causa civili ad civilem, scilicet quando conventus civiliter, reconvenit in alia causa civili actorem, & regulariter hæc reconventio semper procedit, nisi natura causæ repugnaret, ut inferius dicemus, ita *Muscat. in d. glos. actorem p.3. num.26.* post *Marant.* & omnes DD. communiter concludunt; ideo si te convenero ad centum, tu poteris me reconvenire ad bis centum, vel ad aliam rem tibi constituendam penitus diversam, & separatam, nam potest fieri tam pro re deducta in conventione, quam pro re diversa, *Guidon Papa cons.183. Gallup. p.2. cap.15. n.6.*

Reconventionis ratio, quare ipsa fuerit permissa in caussis civilibus, ut supra, & fuerit prohibita in criminalibus, duplex assignatur a *DD.* una respectu actoris, altera respectu rei conventi.

Prima favore rei contra actorem est, quia in caussa civili est in voluntate, & arbitrio suo, quando velit agere, & postquam agendo Judicem elegit, non debet dedignari eundem contra se habere, *DD.* communiter per *Tex. in Leum Papinianus, & Authent. & consequenter C. de sent. & interlocut. cap. 1 de 2. q. 28. ejus in agendo. & de mutuis petitionibus Bart. in d. Auth. et l. 2. vers. 2. quare num.3. Caravit. rit. 66. num.4.*

Secunda ratio est favore actoris contra reum, ne actor trahatur a reo coram alio Judice, & divertatur a judicio conventionis ad alia judicia, & sic ut coram primo Judice agat, & litem prosequatur, *textus in l. 1. Cod. de exequutoribus Carav.* ubi supra.

Quæ rationes ambæ cessant in crimine, nam non est in accusatoris voluntate, quando velit accusare, sed cogitur ex necessitate injuriæ sibi illatæ non expectare alium Judicem, sed coactè coram Judice maleficii agere, & dum coactè agit potest dedignare eundem habere contra se Judicem.

Jure antiquo privabatur hæreditate, qui defuncti necem non vindicabat.

Item quia in delicto publico Judex procedit in causa, invito assessore, & non potest expectare alium Judicem, ut in civili, & in delicto privato, nisi sit, qui accuset, non reperitur injuria, & sic cessat prima ratio favore rei contra actorem, & generaliter in criminalibus cessant ambo effectus reconventionis; non enim prorogatur Judex incompetens, & neque compatiuntur duæ caussæ criminales, ut pari passu procedatur in eis, qui sunt duo effectus reconventionis, ut supra diximus.

Cessat quoque secundo, quia illa in civilibus fit ad bonum finem, ne actor impediatur litem prosequi, ut supra. quæ in criminalibus retorqueretur in contrarium effectum, nam si pendente accusatione procederetur contra accusatorem reconventum, tunc per dictam reconventionem diverteretur ab accusatione; & propterea ne divertatur, non debet accusator molestari a reconventione, nec coram eodem, nec coram alio Judice, pendente accusatione, quæ sic generaliter loquitur *Pragm. 1. de accusat.* quæ est ultima in Regno, & per eam corriguntur *ritus*, & alia jura antiquiora.

Unde poteris colligere bonam practicam opponendi exceptionem ex dicta *Pragmatica*, quod non procedatur in reaccusatione criminaliter, expediendo inhibitoriam a superiore, quod præstita cautione de stando juri post finitam primam accusationem, interim pendente dicta prima accusatione non procedatur contra ipsum accusatorem.

Reconventio de civili ad civilem ampliatur etiam in pupillo, vidua, & omni persona privilegiata, ut possit reconveniri coram eodem Judice absque quod possint forum variare, ita statuitur per *Ritum MCV. 67.* ubi *Carav. Petr.* & nos latius infra.

Ampliatur etiam in Clerico, qui potest coram Laico de causa civili tantum reconveniri, & super re penitus diversa, & quandocumque ante sententiam.

Nam reconventio regulariter fit tam pro re deducta in conventione, quam pro re diversa, *Guid. Pap. cons.183. Gallup. par.2. c.15. num.6.* sed

Reconveniri tunc potest Clericus coram Laico de causa civili tantum, & quando dicta causa reconventionis habet connexionem cum petitione, idest de aliquo concernente petitionem, minimè vero circa rem nullam connexionem habente cum petitione, ita *Ripol. de Jurisdict. omn. judic. cap. 1. num.126.* quem allegat, & sequitur *Dian. in sua Summa tit. Judex laicus num.27. fol. mihi 547.* ubi rejicit *Vivi. tom.1. dec. 49. num.6. par.4. tom.1. resol.65.*

Qui *Vivius* dicit reconveniri posse, etiam super re penitus diversa, quem sequitur *Muscat. in glos. Actorem in addit. sua lit. B.* ex *Marant. par.4. dist.6. nu.3.*

7 Ideo tu ne erres, concilio, quod opinio *Dianæ* vera est in aliis Regnis, sed in Regno Neapolitano vera est opinio *Vivii, & Prati*; scilicet, quod Clericus in Regno convenitur etiam circa rem non habentem connexionem cum petitione, & non solum in principio litis, sed quandocumque; & ratio est illa, quam refert *Affl. in decis. 173. num.3.* quod ob nonnullas authoritates hinc inde contrarias in hoc articulo debet servari, quod fuit de consuetudine servatum semper, & attenta hac consuetudine in Regno notoria, fuit votatum per totum Sacrum Consilium, posse Clericum reconveniri, nec posse desistere a lite in præjudicium reconventionis; & in Regno Clericus fuit non solum in principio litis, sed quandocumque reconventus, & sic semper fuit servatum, cum consuetudo in casu dubio sit optima legum interpres, ideo dicta consuetudo est servanda; & ita passim servamus in Regno, & opinio dicta servanda est, ubi non viget dicta consuetudo.

Et idem *Dian. p.4. tit.1. resol.65.* ex doctrina *d. Ripoll.* ubi supra, concludit Clericum nunquam reconveniri posse coram Judice laico de causa criminali, vel de spirituali, aut illi adnexa, vel propter quam incarcerari possit, aut si lis contra Clericum affectatè procurata fuit, animo eum reconveniendi.

Nec obstat illa opinio, quod reconventio Clerici, in casu, quo fieri potest, debet fieri in principio litis, in ipsa litis contestatione, vel ante, aut statim post, quia causa conventionis, & reconventionis simul tractari debet, ita *Diana in sua summa tit. Judex laicus num.38. fol.547. ex Bonacin. in Bulla Cænæ disp.1. qu.10. sect.1. punct.4. §.6. num.8. par.4. tit.1. resol.85. §.3.* sed contrarium concludit *Muscat. in glos. Actorem in addit. sua lit. B.* ut supra diximus, ex *dec. de Franc. decis.376* ubi rejecta opinione *Marian. Soccin.* refert decisum admitti reconventionem, etiam post conclusum usque ad sententiam, non tamen ad finem, ut con-

contra eum procedatur, seu ad effectum prorogationis tantum.

Et quod reconventio potest fieri quotiescumque ante sententiam, refert *Fratus ad Muscatel. in glos. actorem p. 3.* anno 1640. junctis aulis fuisse decisum, & sequitur *Thorus compen. decis. par. 5. tom. 3. in verbo reconventio fol.* 38.

Imo etiam post sententiam admittendam esse reconventionem ad effectum prorogandi, ut post sententiam dicatur etiam lis pendere propter executionem, etiam si sententia transivit in rem judicatam, *Carlev. lib. 1. tit. 2. disp. 7. num. 5. in fin.*

Et in tali casu latâ sententiâ per Laicum contra Clericum executio sententiæ fieri debet per Judicem Ecclesiasticum, & non per Laicum, unde cautè dicit *Diana* esse legendum *Barbos. in l. si quis ff. de Jud. num.* 161. docens ex *l. quædam de jurisdict. omnium judic.* quod Judex competens ad condemnandum sit etiam competens ad exequendum, ibidem *in fin. p. 3. tit. 1. resol. 4. & par. 4. tit. 1. resol. 3.* & obiter etiam *par. 2. tit. 7. resol. 22. in fin.*

Et quod Clericus possit cogi coram Judice laico ad recognoscendum, si scriptura est scripta sua propria manu, intellige etiam per viam reconventionis, alias per viam conventionis directò procedere non potest, & ità est intelligendus *Ursill. ad Affl. dec. 173. nu. 2* Nec obstat decisio *Borr. dec. 114. num.* 8. apud *dict. Ursil.* allegata; quia illa decisio procedit solum in Regno Franciæ, sed non in Regno nostro, ut advertit *Muscat. glos. actorem par. 3. in addit. lit. B. in fin.*

8 Judex Laicus procedere potest in Clericum:

Primo in causa reconventionis, & quando, jam diximus hic supra & late *de Marin. lib. 2. resol.* 189.

Secundo in judicio jactantiæ, seu diffamationis, ut latè diximus *in cap. de Judic. diffamation.* & decisum refert *Capyc. latr. decis.* 89., *de Marin. tom. 2. resol. 4. & 44. & Ursil.* contra *Affl. decis.* 268.

Tertio in caussa feudalibus, Clericus feudatarius non habet fori exemptionem, per *cap. Regni statuimus*, *de Marin. lib. 1. resol. 55. per cap. ex transmissa, & cap. verum de for. compet.* DD. omnes *in cap. ceterum de judic.*

Quod intellige inter Clericum feudatarium, & Dominum directum, secus, si alius contra Clericum agere vellet, etiam pro causa feudali, nam tunc Ecclesiasticus Judex adiri debet, *de Marin.* ubi supra *nu.* 23.

Alios casus enumerat *Ricc. collect. 253. Gallup. tit. de except. declinatoria fori.*

Reconventionis Judicium inter Clericum, & Laicum, vide plura apud *Muscat. p. 3. glos. Actorem, & in addit. sua, & Affl. decis. 273. & 376. de Marin. lib. 1. resol. 177. Franch. decis. 349. & 193. & Frat. ad Muscat.* ubi supra.

9 Reconventus, & reconveniens tenentur cavere invicem de expensis, ex traditis per *Muscat. in gl. expensis num. 12. in fin. & in glos. actorem p. 3. num.* 19.

10 Reconventio cessat in causa spolii, sive in judiciis possessoriis summariis per viam extraordinariæ jurisdictionis intentatis, virtute *cap. Regni*, quando Laicus sit spoliatus a Clerico, ut concludit *Muscatell. in sua additione glos. actorem p. 3. lit. D.* se ipsum corrigendo dum *num.* 100. contrarium falso dixerat; *de Franc. decis. 193. num. 11. de Marin. lib. 2. resol.* 179. cum *Pisanello dec. 161. n. 16. Gallup. par. 2. cap. 15. num. 15. Annæ sing. 432. Marant. par. 4. dist. 6. num.* 36.

Et ratio est, quia non agitur in forma judicialis cognitionis, sed extrajudicialis.

Et generaliter ubicumque aliquid fit per modum extrajudicialem cessat reconventio.

Unde in possessorio ordinario intentato per judicialem conventionem, spoliatus, etiamsi sit Clericus, potest regulariter reconveniri, ut scriptum corrigendo, concludit *Muscatell.* ubi supra, ubi dicit sic esse intelligendam decisionem *de Franch.* 193.

Quæ conclusio non est sic simpliciter intelligenda, sed cum distinctione tradita per *Marant. in par. 4. dist. 6. num. 44. versus finem; & num.* 46. nempè, quod spoliatus si agat non contra spoliantem, sed contra tertium possessorem, potest conveniri, tam si sit Clericus, vel quivis privilegiatus, & tam in possessorio, quam petitorio alterius rei non deductæ in judicio conventionis. Ubi caussa conventionis possessorii tanquam requirens celeritatem citius expeditur, quam causa petitorii, modo, quo supra diximus in causis executivis, quando natura causarum non patitur pari passu expediri; *Marant.* ante *num* 44 ubi supra.

Amplia, quod si duo litigant super possessorio recuperandæ, potest tertius se obiicere pro suo interesse, & agere petitorio super eadem re; dummodo ipse tertius non sit spoliator, & tenetur agens possessorio; illi tertio respondere ante restitutionem, ex quo respectu illius tertii cessat illud privilegium concessum spoliato, ut non teneatur respondere, antequam restituatur ad rem, ad fructus, & ad expensas; cum privilegium illud sit spoliato concessum in odium spoliatoris tantum, & sic possessoria non sunt ita privilegiata contra tertios non spoliantes, sicuti sunt contra ipsos spoliantes, *Marant.* ubi supra *num. 44. & 48. ex decis. Rotæ 149. in nov., & ex Abb. in cap. in literis col. fin. de restit. spol. Alex. & Felin.* penes dictum *Marant.*

Limita dictam conclusionem, ut spoliatus possit reconveniri, quando agit contra tertium possessorem, tam petitorio, quam possessorio, ut supra, ut intelligatur super re diversa, ut diximus, & non pro eadem re; Nam super eadem re non potest reconveniri a dicto tertio possessore, nec petitorio, nec possessorio adipiscendæ.

Quia quoties opponitur quæstio super eadem re, & non super diversa, tunc est generale privilegium in quolibet possessorio recuperandæ, quod spoliatus non teneatur respondere possessori conventi, nisi ante omnia restituatur ad rem, ad fructus, & ad expensas.

Et propter hoc privilegium, neque a tertio possessore potest obiici exceptio dominii, quia dicta exceptio, & quæstio dominii cadit super eadem re, de qua reperitur spoliatus agens, & sunt termini satis diversi, quando opponitur exceptio super eadem re, & quando super diversa re, quia super diversa non dicitur exceptio, sed mutua, & principalis petitio, ut advertit *Marant. num. 34. versus medium.*

Quæ tamen limitatio sublimitatur, & fallit; quod dictus tertius possessor potest tantum opponere possessorium actinentiæ in eadem re, dummodo qui convenitur sit tertius possessor, ut diximus, secus ubi convenitur ipse spoliator, qui non auditur penitus, ut inferius, *Marant. d. num.* 47.

Limita secundo, si spoliatus agit non contra tertium possessorem sed contra ipsum spoliantem, qui immediatè spoliavit, vel spoliari mandavit, remedio recuperandæ tunc non potest reconveniri, nec petitorio, nec possessorio, nec opponere spoliũ ejusdem rei; etiã quod sit pariter privilegiatum, nisi a sola causa spolii alterius rei pariter privilegiata, *Marant. in d. par. 4. disc. 6. n.* 48.

Ex his collige unam bonam distinctionem, quæ ut vidi, a paucis advertitur, quod si spoliatus deducat possessionem recuperandæ super una re, & reus conventus excipiat de spolio alterius rei, quia sunt duo possessoria pariter privilegiata, & spoliatus non tenetur respondere, nisi ante omnia restituatur, ut sæpius diximus; tunc si dicta exceptio spolii opponitur contra ipsum spoliantem, certè dicta exceptio est favorabilior, & repellit eum ab agendo, & propterea suspenditur primum possessorium, & probata dicta exceptione non auditur Actor, qui primo convenit, nisi prius restituat excipienti, qui reconvenit.

Secus, ubi dicta exceptio de spolio alterius rei op-

po-

ponitur contra tertium possessorem, qui non spoliavit, quia tunc non suspenditur primum possessorium, nam cessat illud privilegium a lege concessum spoliato in odium spoliatoris.

Et est infallibilis regula, quod reus citatus per spoliantem in quavis causa petitorii, vel possessorii, potest semper opponere contra citantem exceptionem spolii in alia re, & propter dictum spolium non tenetur respondere, nec comparere, nisi prius dictus spoliator restituat rem, fructus, & expensas, ut latè *Marant.num.51.& 52.*ubi supra.

Sed dicta exceptio spolii non habet dictum privigium contra eum, qui non spoliavit, ut supra.

Corollariè hic nota aliam differentiam, quando Spolium deducit conventus per viam exceptionis, & quando deducit per viam reconventionis.

Nam si tu convenis me petitorio, vel quovis Judicio super una re, & ego oppono tibi exceptionem spolii super alia re, si tu es spoliator, non poteris audiri, sed suspenso judicio a te deducto, datur mihi terminus ad probandum exceptionem spolii, qua exceptione probata, fit decretum, quod tu actor non audiaris in judicio a te intentato, nisi prius mihi restituas rem, fructus, & expensas. Non tamen condemnaris ad restituendum, quia exceptio est solum actionis exclusio, undè non parit effectum restitutionis, sed solum effectum exclusionis, ut actor excludaris ab agendo, donec feceris restitutionem.

At quando non per modum exceptionis, sed per modum reconventionis reconvenio te pro spolio alterius rei, tunc tu non repelleris ab agendo, sed proceditur super utraque causa tanquam super mutuis petitionibus, quia tunc deducitur spolium per modum actionis, & mutuæ petitionis, actio non est exclusio alterius actionis, & tunc probato spolio, fit decretum condemnationis ad restituendum, ut latè *Maran. d.par.4.dist.6.num.50.*

Spolii exceptio habet diversum effectum a spolii reconventione, ut supra.

Sublimitatur limitatio supraposita, nempè quod conventus spolio potest reconvenire Actorem pro spolio alterius rei pariter privilegiato, cessat, quando quis data opera aliquem spoliavit, vel offendit, adhoc, ut conventus coram Judice suo, puta laico, ibidem trahatur per reconventionem, reconveniendo Clericum, vel alium, &c. *Marant. in d.par.4. dist.6.* ante *num.54.*sed clarius *de Luc.ad Franch. observ.376.n.4. ex Larrea dec.4.n.6.Marcian.disput.73.num.3.*

11 Cessat etiam reconventio, quando solus minor agit possessorio, nisi agat cum Tutore, vel Curatore, *Abbas in cap.dilectus 9.de arbitr. l. fin. C.qui leg. person. hab. stand. in jud.*

In possessorio enim judicio potest intervenire minor solus, ut diximus *in exceptione contra minorem nu.* . . . quod intellige in possessorio momentaneo.

12 Spoliatus duo tantum extrema probare debet, nempe se antea possedisse, & modo possessionem esse penès adversarium, & eo ipso, quod hæc duo probat, privatur spoliatus saltem re ipsa, & infallibiliter habebit victoriam caussæ; quia possessorium recuperandæ per *cap.reintegrandæ*, habet hoc privilegium, sive intervenerit violentia, sive non, *Marant.dicta par.4. dist.6.num.44.*

13 Et è contra, qui est conventus quocumque possessorio, non potest opponere quæstionem dominii, nec aliter auditur, nisi unum probet in termino, qui semper est communis, nempè, quod dictus actor cecidit a possessione ex culpa sua, vel ex justa causa, quæ excludit spolium, quia etiam si possessor conventus possideat justo titulo emptionis, vel donationis, aut alio, neque juvatur, nisi dictus titulus dependeat ab actore, qui agit possessorio contra ipsum reum conventum.

14 Nam actor, qui cecidit possessione ex proprio facto, & contractu repellitur a judicio, dummodo factum sit justum, & contractus sit validus.

Et ex his habebis practicam, tam pro actore, quam pro reo in judiciis possessoriis, quid articulandum, quid probandum sit ex utraque parte ad victoriam consequendam, *Marant.*ubi supra.

15 Et regulariter reconventio de causa civili ad civilem habet locum non solum contra Clericum, sed contra quamcumque personam quantumvis exemptam, & privilegiatam, non obstante privilegio suæ personæ, quia privilegium personæ non obstat reconventioni, sed per reconventionem invitus prorogat jurisdictionem Judicis penitus incompetentis, & non sui, & cogitur respondere coram Judice non suo. *Marant.d.par.4.dist.6.ante num.33.*

Nisi caussæ natura repugnaret, ut quia qualitate, vel privilegio caussæ repugnante, Iudex de ea non posset cognoscere, etiam utraque parte volente, ut si fieret reconventio de causa spirituali coram Iudice temporali, ut latius dicemus in limitationibus in fin.

Reconventio cessat etiam de causa civili ad civilem, quando Iudex conventionis non fuit electus per actorem, vz. si quis convenit mulierem, pupillum, vel alium privilegiatum coram Rectore scholaris, vel Iudice privilegiati, qui declinat forum ad alium Iudicem vigore sui privilegii, tunc non poterit actor reconveniri coram dicto Iudice, ad quem declinavit reus conventus, ex quo ille Iudex non fuit electus per ipsum actorem, sed actor coactè ivit, quia ipse reus sibi elegit, ex regula generali, quam sæpius diximus, quod ubi non spontè, sed coactè actor agit, cessat reconventio; & hanc limitationem in specie ponit *Marant.in d.par.4.dist.6.n.27.* & per hanc rationem cessat reconventio in criminalibus, & cessat in appellationibus, ut supra.

Reconventio cessat etiam, quando caussæ natura repugnat, ut quia reconventio fieret de specie causarum penitus separata ab illis, de quibus potest cognoscere Iudex conventionis. Exemplum, si coram Iudice causarum criminalium fit reconventio de causa civili, vel coram Iudice seculari fit reconventio de causa spirituali, vel caussa meri, vel mixti imperii, vel de causa liberali, de quibus causis non potest principaliter cognoscere, quia tunc reconventio in omnibus istis causis, & similibus cessat, & locum non habet.

Et ratio assignatur, quia dum Iudex conventionis pro istis causis caret omni jurisdictione in suos subditos, non potest illam jurisdictionem, quam non habet in suos extendere, & prorogare in alios non sibi subditos, & sic jurisdictio, quæ non est apud Iudicem, non potest prorogari; cum non entis nullæ sint qualitates, ut latè *Marant. in dicta par. 4. distin. 6. num.31.& 33.*

Alii assignant aliam rationem, quia dictæ causæ reconventionis essent præjudiciales, & facerent supersedere causam conventionis: & reconventionis effectus est, ut pari passu procedatur; sed hæc ratio mihi non placet, quia si non admitteretur reconventio in dictis causis ad hunc unum effectum, ut æqualiter procedatur, admitteretur saltem quo ad secundum effectum prorogandi jurisdictionem, ut est in causis summariis, cum non summariis, & in aliis quam pluribus exemplis, de quibus superius diximus, sed nullo modo admittitur reconventio in prædictis ob primam rationem, ut supra.

Nec obstat, quod Iudex necessariè, & incidentèr potest cognoscere de causa diversæ speciei; Ut si coram Iudice infimo ventilatur quæstio hereditatis, & per viam exceptionis opponatur quæstio status.

Vel si Iudex criminalis incidenter condemnet furem ad restitutionem rei subtractæ, & sic potest cogno-

gnoscere de causa merè civili, nempè de restitutione rei, licet limitatam habeat jurisdictionem in criminali tantum; quia isti sunt termini satis diversi, & non applicabiles cum quæstione nostra de reconventione.

Nam reconventio habet originem ex diverso fonte separato, quia fit per mutuam, & principalem petitionem in modum actionis separatæ, ut si ego accuso te de furto coram Iudice criminali; Tu non potes reconvenire me ad decem ex causa mutui; merito jurisdictio non se extendit ad causam separatam.

16 Secus, quando esset de annexis, & connexis, quod incidens esset tale, sine quo caussa principalis non posset expediri; vel quando oritur ex eodem facto, ex quo oritur principale, quia tunc tanquam accessorium ad principale cognoscit ex potestate sibi a lege data, quia tunc non est reconventio, sed est continuatio conventionis independentis a dicta conventione, ita perpulchrè *Marant. in par. 4. dist inct. 6. num.35.*

17 Reconventio autem ubi fieret de specie causarum non penitus separata a caussa conventionis, licet conventio fiat in majori quantitate, in qua non extenditur jurisdictio Judicis infimi, tunc de quantitate ad quantitatem potest fieri prorogatio per reconventionem.

Exemplum, si convenio te coram Judice pedaneo, qui limitatam habet jurisdictionem cognoscendi de causis tantum infra tercentum aureos, & non ultra; tu conveniis me pro summa quatuor centum aureorum; reconventio habet locum, quia licet sit de summa, ad quam non extenditur sua jurisdictio, tamen est eadem species causarum civilium, de quibus dictus Judex cognoscit, quo casu jurisdictio benè extenditur, & prorogatur, *Marant. par.4. dist.6. num.33.* est *text. in l. de qua re 74. ff. de Judic. in §. Judex*, ibi: *Judex quousque ad certam summam judicare jussus est, etiam de re majori judicare potest, si inter litigatores conveniat.*

18 Reconventio demum cessat, ubicumque officium Judicis imploratur, & aliquod petitur non in forma judicii, sed per modum actus extrajudicialis.

Ut si petitur aperiri Testamentum.

Vel donationem insinuari.

Vel si quis petit a Judice familiam, ut possit tutè acquirere, & manutenere sibi possessionem, vel aliud simile, *Gallup. p.2. c.15. num.11. Marant. par.4. dist.6. num.73. ex Bald.* & aliis ibi allegatis.

Vel ubi agitur vigore Capitulorum Regni contra violentias, *de Marin. lib.2. resol.178. per totum.*

Et ubicumque agitur in terminis generalis edicti, si sua putaverit interesse, maximè si Clericus se possidere asseruerit, sed remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum, *de Marin.* ibid. *num.12. Capyc. dec.8.*

19 Cessat etiam in imploratione brachii per eamdem rationem, ut supra, quia non agitur in forma judicii, sed per modum extrajudicialis cognitionis. *de Luca ad Franch. observ.376. num.4. ex Mastril. decis. 41. Hodiern. ad Surd. dec.92. num.22. Merlin. controv. 24. cent.2. num.22.*

Ubi vero officium Iudicis imploratur in forma judicii, duæ reperiuntur sententiæ contrariæ.

Una, quod non habet locum reconventio, *glos. in l. si restituatur ff. de judic. Ludov. Rom. cons.161. Jason. in l. nequicquam §. ubi decretum col. pen. de offic. Procons.* & sic practicatur in Apoca bancali recognita, vel probata per testes, ut concludit *Gallup. p.2. c.30. n.6.*

Altera affirmativa est, quod habeat locum tunc reconventio, ita *Bart. in l. sed si restituatur auth. Et consequenter col. fin. Cod. de sent. & interlocut. Abb. in c.1. col. pen. vers. quaero de mut. petit.* per *text. in l.1. in fin. ff. de var. & extraord. cogn. Specul. in tit. de reconvent. §. nunc dicamus, vers. sed nunc habet locum.*

Sed tu distinguendo concordat cum *Marant.* quod prima opinio habet locum, quando incidenter imploratur, secunda vero quando principaliter, ex quo tunc succedit in locum actionis, *l. Quintus ff. de ann. legat. & cap. isti de offic. Judic.*

Et ita communiter tenent *DD.* in locis præallegatis, *& Jason. in l.1. col.7. in princ. ff. de jurisd. omnium Judic.* ut concludit *Marant. in par.4. distinct.6. nu.36.*

20 Reconventio si proponitur ante, vel paulo post litis contestationem, operabitur duos effectus, seu duo privilegia, vz. Primum, ut uterque processus pari passu ambulet, & unica sententia terminetur.

Secundum, ut licet sit incompetens Iudex, prorogatur jurisdictio; si vero hoc differatur ultra hoc tempus, tunc perdit primum privilegium, & gaudebit secundo tantum, & est communis sententia contra alios tenentes ista privilegia esse inseparabilia, & si differatur utroque privilegio carere, ita concludit *Carlev. lib.1. tit.2. disput.7. num.4.*

21 Unde reconventio ad effectum, ut prorogetur jurisdictio, potest proponi quandocumque usque ad sententiam, *Franch. decis.128. num.2. Caravit. rit.67. nu.6. Novar. de elect. fori sect.1. qu.15. nu.8. & 9. Carlev.* ubi supra *nu.5.* quos sequitur *Muscat. in glos. actorem in addit. lit. C.* ubi alios allegat.

22 Reconventio in causa exequutiva ex instrumento guarantigiato, locum non habet, quia æquiparatur sententiæ, & post sententiam reconventio locum non habet, & ita sentiunt *Marant. in prax. par.1. dist.6. nu. 31. Cravet. cons.826. num.4. par.5. Tuscus lit. R. concl. 64. num.14.* & sic servatum testatur *Gallup. p.2. c.19. n. 12. ex Merl. qu. for.14. lib.2.*

Verum si reconventio erit etiam exequutiva, ut possit insimul liquidari, tunc poterit uterque processus sine ullo incomodo pari passu terminari, *Muscat. par.3. glos. Actorem nu.14. Caravit. rit.66. nu.7.*

Sed *Carleval.* novam considerationem affert, quod ad finem prorogandi jurisdictionem, reconventio, etiam illiquida potest proponi in qualibet causa executiva, & effectus erit, ut executivo judicio finito processus reconventionis agitetur postea coram eodem Iudice; quam sententiam sequitur etiam *Muscat. ead. glos. Actorem par.3. nu.14. & Marant. dist.6. n. 36. & 39. Cancer. variar. resol.2. p. cap.13. nu.33.*

Licet *Pratus ad d. Muscat. in princ. per glos. in c. dispendia §. reus quoque de rescript. in 6.* videtur concludere contrarium, dum dicit semper eodem durante judicio coram eodem Iudice agendum esse, quo finito coram alio, sed tu teneas cum *Carl.*

23 Si vero in dicto judicio liquidationis fuerit instatum pro liquidandis expensis, tunc reconventio habet locum, prout decisum refert *Gallup. par.2. c.15. num. 15.* ubi conventus reconvenit actorem pro patrocinio, & fuit datus terminus super reconventione, oppositis in contrarium non obstantibus.

Ita pariter contra hæredem testamentarium petentem mitti in possessionem, ex *l. fin. C. de edict. Div. Adr. tollendo*, neque datur reconventio, quia est judicium executivum, ut latè diximus *in primo Tom. mea prax. jud. exec. cap. de hæred. testam.*

24 Reconventus Actor, si respondere noluerit, eam patietur pœnam, ut illi denegetur audientia in judicio conventionis, *Muscat. glos. actorem par.3. nu.19. per text. in c.2. de mutua petit. Marant. dist.6. num.9. Carl. lib.1. tit.2. disp.7. num.3.* imo si fraudulenter desistat a lite mota, vel renunciet liti, adhuc potest Clericus reconveniri coram eodem Iudice laico, *Affl. dec.173. Franc. dec.163.* & est *ritus Car. Archiep. Neap.5.* qui incipit, *item si Clericus citetur in Curia sæculari, Oliva ad d. Ritum*, & poterit quoque reus causam reconventionis incipere, & prosequi, *Muscat. glos. actorem par.3. num.18. Menoch. de arbitr. jud. qu.44. num.5. ex Spec. in §. videndum*, ut ibi.

25 Re-

25 Reconventio, an habeat locum in deposito, duæ reperiuntur opiniones invicem contrariæ, relatæ per *Muscat.in glos. actorem p.3.num.25.* post *Marant.par.4.dist.6. a nu 37.* quas opiniones dicti Authores concordant, quod quando agitur ex deposito, non habet locum compensatio, sed reconventio sic; non tamen differtur liquidum propter non liquidum, scilicet, quod reconventio non habeat locum, ut pari passu ambulet, sed solum quoad effectum prorogationis, ut postea procedatur in ea, prout superius diximus in omnibus causis executivis, ut iidem *Authores* ubi supra.

26 Reconventio reconventionis non datur, non enim potest reconventus denuo reconvenire, *Muscat.glos. actorem par.3. nu.23. per glos.in d.auth.Et consequenter,* & ibi *Bart.num.9.* & *Bald.num.4.*

27 Reconventos pupillus, vel vidua, aut alius privilegiatus in foro ab eis electo, non habent privilegium iterum variandi, *Rit. M. C. V. 67.* & fundatur de jure communi, *Muscat.glos.actorem par.3.num.20. & 21. per tex.in l.cum Papinianus in fin. & auth. Et consequenter C.de sent. & interlocut. omnium Judic.* non enim debet dedignari Actor habere eundem Iudicem in reconventione, quem elegerat ipse in conventione, ut *cap.cujus in agendo 3.q.8.& ad l. cum Papinianus C.de sent.& jurisd.omn.Jud.*

28 Reconventio cessat quoque, quando esset renunciatum ei ab Actore, priusquam conveniatur, secus vero post, *Gallup.par.2.c.15.num.*10. ubi ita intelligendum dicit *Afflict.in 2.dub. in decis.173.nu.4. Franc.dec.349.*

29 Cessat quoque, ubi quis agit nomine alieno, & reconvenitur pro re propria, ut in Prælato agente nomine Ecclesiæ, si reconveniretur pro debito proprio, quod extenditur etiam pro fructibus, seu censibus decursis in præbenda, qui applicantur Prælato gentis, ita decisum in Sac.Cons.refert *Gallup. p.2. cap.15. num.13.* & concludit *Ant. in cap. cum olim de testib.* apud *d.Gallup.*

Unde si non pro re propria, sed pro re ad ipsam Ecclesiam tangente, habet locum reconventio.

30 Cessat quoque, ubi reus conventus esset excommunicatus, *Grimald. ad Tartagl. in cap. 3. in fin. ex glos.in cap.intellleximus extra de Jud.in verb.conveniri, Caravit.rit.66.num.16.*per *text. in cap.cum inter extra de excep.*& ex *Specul.* ibi allegato, quia reconvenire est agere, & excommunicatus repellitur ab agendo.

Alios colligit casus *Ricc.collect.1159.par.4.*

31 Reconventionis judicium vestitur eadem natura conventionis, nempe Iudex, arbitrio, quod habet in caussa conventionis, sive privilegio inducto caussa conventionis, etiam motu proprio Principis, uti poterit in caussa reconventionis, *Menoch. de arbitr. quæst. 44. lib.1.* quem sequitur *Gallup. par.2.cap.15.num.6.in fin. Abb.in c.2. de mutua petit. num.10. Muscat.glos.actorem par.3.num.16.*licet idem *Muscatel.in d.glos.nu.22.* referat opinionem *glos. fin.* & aliorum contrarium tenentium *in d. cap.2. in fin. de mutua petit.*sed prima est verior opinio.

Item si appellatio erit remota in caussa conventionis, intelligitur etiam remota in caussa reconventionis, *Abb.in cap.2.de mutua petit.Muscat.glos.actorem par.2.num 16.*

Item privilegium inductum caussa conventionis, etiam motu proprio, videtur etiam inductum caussa reconventionis, *Muscat.glos.*ubi supra, ex dicto *Abb. & Menoch.*ibi.

Imo si caussa conventionis sui natura sit summaria, caussa vero reconventionis sit plenaria, propter convenientiam, & æqualitatem hæc plenaria tractabitur summaria, *Paul. de Eleaz. in clem. sæpe de verb. signif. & in cap. cujus in agen. 3. qu.8.* relatus a *Muscat. in d. glos. actorem par.3. num.16.* ubi tamen ipse *Muscat.*non consentit, sed relinquit cogitandum.

Tom.IV.

Sed tu concorda, quod in summariis, & executivis, ut in instrumentorum liquidatione, & in similibus, tunc non poterit procedere opinio dicti Pauli, quia liquidum, & illiquidum non potest pari passu, & executivè diabrigari, ut idem *Muscat.* ubi supra *num. 13. & 14.* secus in summariis simplicibus, tunc habet locum doctrina *Pauli de Eleaz.*quia conventio, & reconventio debent eadem forma tractari, licet caussæ sint dispares, ut est *Tex.* & ibi *Abbas in cap. 2. de mutua petit.*idem *Muscat.d.glos.actorem.*

Et sic conclusio erit, quod ubi conventio desiderat celeritatem, & reconventio non poterit sic celeriter expediri, valet reconventio quoad effectum Judicem prorogandi, non autem, ut eadem sententia, & eadem celeritate terminentur, nisi volente parte, *l. si ha, §.non solum ff.de procurat.*& ex aliis congestis per *Muscatel.in d.glos.actorem in addit.lit.F.*

32 Item perempta instantia in causa conventionis, censetur etiam perempta instantia in causa reconventionis, *Muscat.* ubi supra *num.18.*

33 Item sicut Reus si oblato libello reconventionis, postea non curat prosequi, poterit tamen prosequi, facta etiam litis contestatione in libello actoris.

Eodem modo si actor fecerit Reum citare, & ultra non prosequitur; poterit tamen Reus causam reconventionis incipere, ac prosequi, *Muscat.glos.actorem par.3.num.18.*ex *Menoch.de arbitr. Iudic. qu.44. nu.5.*& ex *Specul.in §.videndum*, ubi ea ratio assignatur, quia quoad prosecutionem pari jure censetur conventio, & reconventio, ob privilegium caussarum adequativum, ne ad imparia adjudicentur.

34 Item sicut Reus habebit inducias super libello conventionis; ita actor effectus Reus habebit inducias super libello reconventionis producto ab ipso Reo effecto actore, *Muscat.in d.glos. actorem par.3. num.19.*ex *d.Specul.in d.§.videndum.*

Et ad Tyronum gratiam dico, quod induciæ sunt dilationes, quæ conceduntur ad deliberandum, & consulte respondendum, & similia, &c.

35 Item sicut Actor tenetur in caussa conventionis adimplere omnes exceptiones oppositas per Reum, quæ sunt adimplendæ, ita è contra Reus factus actor in reconventione tenetur ad exceptiones oppositas per Actorem factum Reum, excepta declinatoria fori, quam Actor factus Reus opponere non poterit; nam tenetur litigare coram eo Judice, quem ipse prius pro se in agendo elegerat, *Muscat. d.glos.actorem par.3.num.19.& seq.*

Et demum generaliter dispositum in uno modo procedendi, extenditur ad alium, *Muscatel.ibid.*

Hic nota unum singulare aureum, aureisque litteris dignum, quod si Procurator in causa reconventionis dixerat se nolle intervenire, tunc reconveniens potest opponere, quod non sit audiendus in causa conventionis, *text.est in l.actionem 5.C.de Procur.*Qui *tex.*ita sumatur ab *Alex.& Salic.v3.Procurator repellitur ab agendo, nisi defendat Dominum in caussa reconventionis.* Concordat *Gloss. 1. post principium in cap.ult.extra de testibus, de Ponte cons.2. num.3.vol.1.Gallup.par.2.cap.8.num.18.l.servum §.æquum Prætori ff.de procurat.*

36 Reconventio non procedit coram arbitro, cui potestas est tributa a partibus, *Gallup.par.2.cap.15.nu.6.*per *tex.in cap.compromissum de arbitr.*

Et ampliatur hæc conclusio non solum in compromisso voluntario, sed in necessario, vigore statuti, secundum *Arnon.in fing.95.incip. Ex quo per reg. novellam pragmaticam, &c.*& rationem assignat, quia quamvis compromissum fiat virtute Regiæ Pragmaticæ in Regno, tamen electio Arbitrorum fit de communi partium consensu, in quorum electione pote-

rant partes adiicere potestatem reconveniendi, & hoc per doctrinam *Iason. in l. eß receptum col. penult. in fin. de jurisd. omn. Iudic.*

Tamen dictus *Aretinus* refellitur a *Muscat. in glos. actorem par. 3. in addit. lit. A.* qui concludit communem opinionem esse, ut in Arbitris electis de communi partium consensu non habeat locum reconventio, quia non Actor absolutè, sed utraque pars elegit, ponderando verba *d. tex. in l. cum Papinianus in fine C. de sentent. & jurisdict. omn. Iudic.* & ex *Menoch. de Arbitr. qu. 44. nu. 12. Rom. sing. 140. & 776.* & tantam potestatem habent dicti arbitri, quanta fuit eis concessa a voluntate partium, & propterea non possunt judicare ultra contenta in compromisso.

Secus in arbitris juris, electis ex dispositione *Reg. Pragmatica. Odia litium, Marant. par. 4. distinct. 6. num. 20.* & ibi *Foller.* & est *text. in cap. cum dilectus de arbitr.* & ibi *Abbas*, & idem *in cap. 1. de mut. petit. num. 3. Alex. in cons. 119. lib. 2. Bart. Bald.* & alii *in authent. & consequenter C. de sententiis, Marant.* ubi supra.

Et ratio assignatur ibi, quia coram delegatis locum habet reconventio, *Menoch. de arbitr. qu. 44. num. 6.*

Et tanto magis coram Arbitris juris, qui sunt Judices delegati, secundum *Muscat.* ibi, & secundum *Gallup.* & alios sunt potius Judices ordinarii, ut diximus *in tit. de compromis.* Itaque quandocunque volis tenere, habebit locum reconventio coram eis, qui funguntur officio Judicis, & vigore statuti coguntur partes coram eis omnes caussas prosequi.

Et alia ratio poterit assignari, nam dictum statutum, seu Pragmatica fuit inducta in favorem rei conventi, qui contra actorem potest opponere exceptionem compromissi, & justum non est, ut retorqueatur in ejus præjudicium, ut facto compromisso non possit reconvenire, prout poterat, si non petiisset compromissum.

Nec obstat ratio in contrarium adducta per *Aretinum*, quod partes poterant adiicere potestatem reconveniendi, nam ut diximus supra, reconventio habet privilegium adæquativum caussarum, ut quod est dispositum in uno extenditur ad alterum, & debet eadem forma tractari reconventio, licet caussæ sint dispares, ut superius diximus.

Et dicti Arbitri habent jurisdictionem, & potestatem a lege, & non a partibus, & ad omnes causas conjunctorum sunt Judices sufficientes, & ex necessitate juris coguntur partes coram ipsis omnes causas finire, & ita ex necessitate litigare coram arbitris, sicut coram Judice, ex necessitate statuti, *Marant. par. 4. dist. 6. num. 20. fol. mihi 115.*

37 Reconventio in caussa appellationis admitti non potest, ut latè *Carlev. lib. 1. tit. 2. disp. 7. num. 8.* ubi allegat *Guidon. Pap. decis. 456. num. 10. Mastril. dec. 36. Ann. sing. 430.* & alios infinitos, quibus adde *de Luca ad Franch. obser. 386. num. 4. Muscat. glos. actorem part. 3. num. 15. per tex. in l. 1. & 2. ff. quis, & a quo,* vide *Marcian. disp. 73. de Franch. & ibi Amend. decis. 367.*

Et prima ratio assignatur, quia Judex appellationis habet jurisdictionem per devolutionem circa ea, quæ in prima instantia vertuntur tantum, & non super aliis, *Bald. in l. per hanc 6. col. C. de tempor. appell.*

Et sic Judex appellationis non cognoscit extra deducta in prima instantia.

Altera ratio, & verior assignatur secundum *Bart.* quia quando aliquis appellat, non sua sponte dicitur agere coram Judice appellationis, & dictum Judicem non sponte dicitur sibi eligere, sed coactè, ut relevetur a gravamine sibi a Judice illato.

Nam ubicumque coactè quis agit, cessat reconventio, ut omnes DD. communiter, & *Caravit. in rit. 57. num. 10. ex Specul. in tit. de reconvent. §. nec dicamus vers. sed numquid num. 6. & Bart. in auth. & consequenter C. de sentent. & interlocut. vers. signanter num. 15. per tex. in l. 2. §. si quis quæ ff. de judic.*

Alia ratio assignatur a *Marant. par. 4. dist. 7. nu. 25.* nempè quia appellatio reducit caussam ad pristinum statum post litis contestationem, *l. ita demum C. de procur.* sed post litem contestatam non habet locum reconventio, proinde Judex appellationis est incompetens in caussa reconventionis.

Qua ratione attenta dictus *Marant.* admittit appellationem, solum in casu, quo appellaretur ab interlocutoria ante contestatam, & propter gravamen sit provisum; quod caussa remaneret, quia tunc dicit esse locum reconventioni, ex quo sumus adhuc ante litem contestatam, & allegat *Andr. in c. 1. de mutua petit. an Abb. ibi in antepenul. col. part. 3. vers. quæras*, & sequitur *Muscat. lib. 2. par. 3. glos. instantia num. 41.*

Sed hoc dictum *Marant.* non mihi placet, primo quia post litem contestatam, licet non detur reconventio ad finem, ut simultaneo processu, & pari passu terminetur, datur tamen ad finem prorogandi jurisdictionem, & hoc attento Judex appellationis non esset incompetens, tam ante, quam post litis contestationem.

Item quia ratio reconventionis, quare ipsa permittitur contra actorem coram Judice incompetenti, est, quia illum Judicem, quem agendo elegit, non debet dedignari eundem contra se habere, ut communiter *DD. in l. cum Papinianus C. de sentent. & inter loc.*

Et è contra, ubi non eligit actor Judicem, sed coactè cogitur Judicem adire, ut supra diximus, cessat reconventio; qua ratione attenta debet cessare tam ante, quam post litis contestationem coram Judice appellationis, ad quem coactè itur, & ideo cave a *Marant.* hic, prout neque illum approbavit *Foller. in addit.* ibid. dum dicit *Soccin.* aliter distinguere, & contrarium tenere.

Firma itaque remanet regula, quod indistinctè, tam ante, quam post litis contestationem, & tam a diffinitiva, quam ab interlocutoria, a qua ante, vel post contestationem appellatur, cessat semper reconventio coram Judice appellationis.

Limita hanc regulam, in casu, quo post factam executionem sententiæ, partes expressè voluerint, quod procedatur in caussa reconventionis coram Judice appellationis, & dummodo Judex a quo non contradicat, quia partes possunt prorogare jurisdictionem Judicis appellationis, licet sit incompetens in reconventione; Sed dicta prorogatio habet locum, quando Dominus, sivè Judex primæ instantiæ non contradicit, quia in ejus præjudicium, neque possent prorogare, ita decisum in Sacr. Consil. apud *Afflict. decis. 155. in fin.*

Firmatur regula suprascripta, quia si Judex primæ instantiæ pronunciet sententiam solum de caussa conventionis; ex eo quia non potuit ex natura negotii simultaneo processu, & unica sententia terminari, quia prius liquerit de ea, quam de alia, & ab illa prima sententia lata appellaretur; illa appellatio non ligat manus Judicis in caussa reconventionis, quia quoad hoc censentur diversæ caussæ, & non una, ut concludit idem *Marant. par. 4. dist. 6. num. 11. ex Specul. in tit. de reconvent. § quidam circa finem vers. sed pone.*

C A P. LIV.

De Laudatione in auctorem.

S U M M A R I U M.

Laudare in auctorem, & nominare in Dominum, quid differt, num. 1.

Laudationis in auctorem exceptio, in qua parte judicii opponi possit, num. 2.

Lau-

Laudatio si non sit prosecuta in prima instantia prosequi potest in caussa appellationis, num.3.

Laudans contra laudatum de evictione agere non potest, nisi judicium sit denunciatum congruo tempore, vel nisi sejunctim a judicio actoris instructo processu de justitia evincentis probaverit, num.4.

Laudanti in authorem denegandus non est terminus ad denunciandum. Quo termino durante cursus impeditur, quando citandus est absens, secus quando est in loco judicii, num.5.

Citandus si est absens a loco judicii (ut supra dictum est) & laudatio fit ante contestationem, vel incontinenti antequam incipiat cursus termini, impeditur cursus secus post cursum termini, num.6.

Laudatus auctor, si comparuit ante cursum termini principalis, dabitur terminus communis. Et si terminus sit datus, fit decretum, quod terminus dacus currat ab hodie. Alias accusatis contumaciis contra auctorem laudatum prosequitur judicium cum reo convento praesente, & cum reo laudato contumaciter absente. Et unica sententia condemnantur uterque, & quod sit exequenda contra authorem laudatum, alias erit nullitas, num.7.

Laudatio in authorem ante contestationem relevat laudantem in duobus, quae duo declarantur, num.8.

Laudatio post contestationem non impedit cursum litis, num.9.

Denunciatio non requiritur, quando venditor, & emptor simul conveniuntur, cum limitationibus, num.10.

Laudatione in auctorem facta post terminum probatorium lapsum, qua practica utimur, num.11.

Principali Reo, si est privilegiatus, concessis beneficiis poterit auctor laudatus non privilegiatus dictis beneficiis uti, & novos testes producere, num.12.

Auctor laudatus si suscipiat onus Judicii, quomodo sit decretum? num.13.

Laudans in auctorem tenetur exhibere instrumentum, & in citatione inseritur, & assignatur ratio, nu.14.

Laudatus auctor si assumit onus Iudicii, vel assistit tantummodo, quomodo proceditur, num.15.

Laudationis in authorem quatuor privilegia numerantur, num.16.

Pupilli, Viduae, & alii privilegiati indistincte possunt novos testes producere mediante primo, & secundo beneficio; hodie primo tantum ex nova Constitut. nu.17.

Auctor laudatus non poterit invito actore transferre in se judicium, & assignatur ratio, num.18.

Actor laudatus Neapolitanus, vel alius privilegiatus, an gaudeat privilegio fori, & possit Judicium in se transferre, num.19.

Laudatus clericus remittitur quoad se tantum, & persona Laici retinetur, num.20.

Fiscus, Neapolitanus, Capuanus, Dohanatus, Curialis, & similes auctores laudati trahunt totam caussam, secus privilegiati, qui non trahunt, num.21.

Delegatus potest citare, & condemnare Auctorem laudatum, qui non fuit in delegatione nominatus, num.22.

Laudatus non assumens onus judicii, sed solum assistens condemnatur, & mandatur executioni sententia contra ipsum, sine novo processu, cum distinctione, quae declaratur, num.23.

Exceptio Hostica opposita per Auctorem laudatum impedit cursum, etiam contra laudantem, & assignatur ratio, num.24.

Conjunctus laudatus in auctorem, suscipiens onus judicii contra laudantem suum Consanguineum, potest petere compromissum, num.25.

Formula supplicationis pro laudando in Auctorem, num.26.

1 Laudatus auctor, ab auctore nominato, sive laudare in auctorem, & nominare in Dominum, differt; nam

Laudationis in Authorem exceptio competit ei, qui possidet nomine proprio, ut emptor, & vocat venditorem ad judicium pro evictione, & defensione rei, *l. venditor ff. de judic. l. emptor 8. & l. si plures 74. §. nota C. de evict. cap. ultimo de empt. & vendit.*

Nominare vero in Dominum competit ei, qui vocatur ad judicium, sed non est Dominus, sed nomine alterius detinet, ut conductor, commodatarius, vel similis, ut diximus in praecedenti Capite.

2 Laudationis in Auctorem exceptio, in qua parte judicii opponi potest.

Tres reperiuntur sententiae.

Prima distinguit, ut in caussis onerosis, veluti in emptione, possit usque ad sententiam. In caussis vero lucrativis, veluti in donatione, laudari possit usque ad litis contestationem, *Bar. in l. qui concubin. 29. §. si haeres de leg. 3. Castr. cons. 45. vers. nec obstat lib. 2. Montil. de evict. qu. 5. num. 3.* relati a *Cusan. in sua prax. civil. lib. 1. tit. de laudat. in Authorem §. 2. num. 3. & Marant. in 5. memb. num. 3. Corset. in singul.* incipiente *Denunciatio, Cavens. & Rovit. in pragm. 2. de dilat. nu. 5.*

Secunda sententia est, ut indistincte possit laudari quandocumque ante sententiam, ita concludit *Motil. de grad. citat. num. 144. fol. 35.* qui allegat *Muscat. glos. nominet nu. 11. & Ursil. ad Afflict. decis. 235. in princ.* & ratio assignatur, quia indistincte loquitur absque terminatione temporis.

Quod limitatur a *Burgund. in c. 64. de evict.* dummodo non laudetur adeo prope sententiam, ut prorsus laudatus nequeat se defendere, ut refert *d. Cusan.* ubi supra & ita concludit etiam *Nicolin. in prax. civil. num. 209. in fin. fol. mihi 92. Muscat. in d. glos. nominet num. 11.*

Imo *Marant.* intelligit, ut laudatio fiat saltem ante publicationem processus, ut *in 5. membr. num. 5.* concludit, licet *Muscat.* & alii supra, admittant etiam post conclusionem, ex *Afflict. decis. 15.*

Tertia sententia est, ut etiam post sententiam Auctor laudari possit, secundo tamen judicio instituto per appellationem, *DD. in d. l. si rem, Oldrad. cons. 255. num. 4. Montil. de evict. qu. 5. num. 2.* Et assignatur ratio, quia per appellationem reducitur lis ad terminos primae contestationis, & non allegata allegare, & non probata probare licet, ex *l. per hanc Cod. de temp. & repar. Motil. de grad. cit. num. 151. Muscat. d. glos. nominet num. 11.*

3 Ampliatur, ut etiam laudatio in prima instantia facta, si non formiter sit prosequuta, possit prosequi in causa appellationis, ut concludit *Muscat. in d. gl. nominet num. 12.*

4 Et ubi evictionem patitur, lite non denunciata congruo tempore, adeo quod Author laudatus non possit suas defensiones facere; tunc laudans non poterit contra laudatum de dicta evictione agere; nisi sejunctim a judicio actoris, instructo processu, de justitia evincentis probaverit, *Motill. de grad. citat. num. 160. ex Afflict. decis. 49. de Franch. decis. 522. num. 2. & 9.* per *text. in l. rem ff. de evict. & l. emptorem in princ. ff. de act. empt.*

5 Laudans in Authorem potest petere terminum, qui a judice non est denegandus ad denunciandum suo Authori, quo termino durante, cursus caussae impeditur, & hoc procedit, dummodo Author fuerit absens, alias non impeditur, ut superius diximus; *Faber defin. 3. num. 2. cap. ut nemo invitus; Mensing. observ. 24. cent. 3.* apud *Ric. collect. 10. Rovit. in prag. 2. de dilationibus.* Et quod si Author laudatus sit in Civitate, non est supersedendum in caussa, & si est absens, supersedebitur, juxta loci distantiam, ut ei notificetur cum scripturis, testatur *Sanfel. in prax. fol. 168. n. 12. & in summa ordinis fol. 172. num. 9.*

6 Intellige hanc conclusionem, ut supersedendum sit, si Author citandus sit absens a loco judicii, quando

laudatio fit ante contestationem, vel incontinenti post contestationem, antequam incoeperit cursus termini probatorii; cursus enim caussæ impediri non potest per dictam exceptionem laudationis in Authorem quæ est dilatoria, & post terminum non impedit, ut inferius latius dicam.

7 Laudatus Author, & sic intimatus, sive præsens, sive absens a loco judicii, si comparuerit ante contestationem litis, idest ante terminum principalem caussæ, contestabitur etiam respectu ipsius Authoris laudati, idest dabitur terminus communis.

Si vero reperitur contestata cum convento; fiet decretum per Judicem, ut intelligatur etiam contestata cum Authore, cum quo pari passu procedendum est, & proinde terminus datus currat ab hodie, & sit communis ipsis partibus.

Sin vero Author non comparuerit, accusatis contra ipsum debitis contumaciis, omnia alia acta fiunt cum Reo convento præsente, & Authore laudato contumaciter absente. Et sententia profertur unico processu, condemnando possessorem ad restituendam rem actori, & laudatum ad restitutionem pretii, & interesse, providendo, sententiam latam contra reum conventum esse exequendam contra Authorem laudatum, ut advertit *Muscatel. in d.glos.pari passu nu.3.*

Hic adverto, quod in sententia, sive fiat in contumaciam, sive non, semper Judex debet pronunciare, quod sit exequenda contra Authorem laudatum, aliàs dicta sententia erit nulla, tanquam lata contra formam traditam per *d.Prag.2. de dilat.* ut idem *Muscat. in d.par.3. glos.nominet in suamet addit. lit.B.*

8 Laudatio in Authorem opposita ante contestationem litis relevat laudatorem in duobus.

Primo, quod licet Authore præsente in loco judicii, non detur dilatio ad laudandum Authorem, tamen suspenditur cursus causæ, quousque venerit Author laudatus, ita ut simultaneo processu, & unica sententia caussa expeditur, & sententia lata contra Reum laudantem, executioni mandatur contra laudatum sine aliquo novo processu, ut ex *prag.2.de dilat.Rovit.* ibi, *& Muscatel.in p.3.glos.pari passu num. 2. Motil.de grad.citat.num.145.*

Secundo relevabitur, quod si Author laudatus erit absens a loco judicii, tenetur Judex expedire literas laudatoriales, cum termino competenti juxta distantiam loci ad denunciandum, & iterum supersedebitur in causa principali, ut *in d.pragm.2.de dilat.* quæ incipit *Dubitationum*, ibi: *Judicium nullatenus retardetur, si Author in loco, ubi judicium agitur præsens fuerit, cum tunc in dilatione ad respondendum libello reus ab authore informari possit; sin autem Author absens fuerit, dilationem juxta petendam, & concedendam, & interim cum Reo supersedendum decernimus, ut Reus ipse defensionibus ignarus ab Authore de ipsis plenè informari possit, & ejus caussam instruere. Muscatell.in d.glos.pari passu nu.3. Motil.de grad.citat.num.145.*

9 Secus si post contestatam litem velit denunciare, & laudare in Authorem, tunc non supersedebitur, quia cum exceptio laudationis in Authorem, sit dilatoria, & debuisset opponi ante litis contestationem, si opponitur post litem contestatam, non debet impedire cursum judicii. Nam defendit, & culpa rei conventi non debet nocere actori.

10 Et quando venditor, & emptor simul conveniuntur, non requiritur denunciatio; ut per *Alex. in l.2. §.voluntatem ff. solut.matr.* & ita decisum refert *Pisanellus penès de Marin.lib.2.resol.63. in fin.de Luca ad Franch.decis.523.*

Limitatur dicta conclusio dandi dilationem ad citandum Authorem laudatum absentem; ut non habeat locum.

Primo, quando intentatur remedium *cap.reintegrandæ 3.qu.1.* secundum *Archidiaconum*, ibi, in fine; *Campagn.in c.Regni Subditor.num.69. vers.nunquid autem*, quos allegat, & sequitur *Rovitus in d.prag. 2.de dilat.num.2.& Pater de Afflict. in addit.ad cap. 46.& 47.num.15.*

Contrariam decisionem refert *Thor. p.3. in compen. dec.3. vers.terminus ad laudandum Authorem.*

Et rationem assignat, quia *Pragm.* non se fundat in actione feudali, vel personali, sed in absentia Authoris laudati, ut conventus possit de modo defendendi instrui.

Nec obstat decisio relata per *Liparul.* apud *Isern.* ubi Comes Cariati conventus laudaverat Regem in Authorem, quia Fiscus semper est præsens in loco judicii. Ideoque non immerito denegatus fuit terminus ad laudandum in Authorem. Et *Liparulus* refert illam decisionem de auditu, & propterea nulla de ea habenda ratio, ut advertit *Carleval.disp.29.n.12.*

Secundo limitatur, ut non detur hæc dilatio, si judicium motum sit super re feudali, *Rovit.* ibid.ex *decis.relata per d.Liparul.ad Iserniam in §.generali si de feud. fuerit, in apostill. magna circa medium, Thor.in compend.decis.1.vers.auctor laudatus, Motil. de grad. cit.num.156.*

Tertio, limitatur in actione personali, ut si conventus quis fuit pro certa pecuniæ quantitate, quia *Prag.2.de dilat.* loquitur de actione personali, ut advertit *D.Franc.Constant.in d.pragm.tom.1.fol.189.ex Ant.Gram.decis.101. Rov.d.pragm. num.4. Motil. de grad.cit.num.156. fol.37.*

11 Laudatione in Authorem facta post litem contestatam, idest post terminum probatorium lapsum, nequit Author condemnari unica sententia, & simultaneo processu, sed finito unico processu, potest Reus succumbens, cui res evicta est, novum judicium evictionis exaudiri, contra Authorem laudatum, *Rovit. d.pragm.& Cusan.in prax.civil.tit.de laud. in auth.§. 2.vers.summopere.*

Quia hæc exceptio est dilatoria, & cursum causæ, tunc non suspenderet, ut advertit *Motil. de grad. cit.* ante *num.146. & Scoppa ad Nicol.num.211.lit.E.* sed in ultima impressione per *Dom. Carol. de Alexio fol. 93.num.140.ex Tex.in l.2.Cod.ubi in rem actio.* ibi: *statim, & Tex.in c.quoniam frequenter §.quod si super rebus, extr.ut lit.contest.*

Licet Author poterit assistere, & intervenire in terminis, in quibus caussa reperitur, *Motil. ibid.* sed non potest novos testes producere, exceptis personis privilegiatis, ut si sit minor; vidua; miserabilis, & similes, qui licet compareant post publicatum, vel conclusum in causa, conceditur primum, & secundum beneficium, dummodo articuli concernant suam defensionem, quod ex aliquali cognitione conspici potest. *Afflict.decis.15.Ursil.ibid.de Franch. dec.251. num.3. Motil.de grad.cit.num.188.*

12 Excipitur etiam, ubi principalis Reus esset privilegiatus; quia tunc concessis beneficiis dicto privilegiato poterit Author laudatus, licet non sit privilegiatus; dictis beneficiis uti; producendo novos testes, *Affl.dec.235.num.5.Motil.*ubi supra *num.148.*

13 Hinc adverte, quod dixi, *post terminum probatorium lapsum*; nam ante lapsum termini probatorii si Author laudatus comparet, & in se onus judicii suscipit, tanquam Procurator in rem propriam, tunc, ut supra diximus, fit decretum, quod lis contestata cum reo intelligatur etiam contestata cum Authore, & simultaneo processu, unicaque sententia causa expeditur; ut *Muscatel.loco* ubi supra, & *Motil.*ubi supra *num.145.*

14 Laudans in auctorem tenetur exhibere instrumentum emptionis; *Tartagl.in prax.civil.cap.4.num.25. Nicol.num.211.* & in citatione contra auctorem inseritur primus libellus cum replicatione laudantis; D.

Nicol.

Nicol. ubi supra, & *Muscat. glos. pari passu num. 3.*

Et ratio, quare sunt praesentandae scripturae per laudantem, quia debet notificari ad authorem laudatum totum judicium cum scripturis contra eum, ut habeat plenam notitiam, & tunc si non comparet, accusantur contumaciae, & in contumaciam datur terminus contra authorem laudatum, & proceditur usque ad sententiam, quae brevi manu exequitur contra ipsum authorem laudatum pro eadem quantitate, ad quam condemnatur principalis laudans; ita *Sanf. in prax. in summa ordin. fol. 254. num. 9.* & in Regno habemus *pragm. 2. de dilation.* ubi exhibitio instrumenti, vel aliarum scripturarum fieri mandatur, ut ex verbis *pragm.* ibi: *ad quae se instrumento inter reum, & authorem, vel aliter obligasse apparuerit;* ecce quod in laudatione authoris debet apparere instrumentum inter reum, & authorem laudatum, & vide *de Luca ad Franch. decis. 521.*

Licet de jure communi necesse sit solum, ut laudans teneatur suis expensis tradere authori laudato libellum, & citationem ab Actore contra Reum laudantem productum, *Thes. decis. 218. num. 2. de Ros. consult. 57. num. 13. Galeot. controv. 57. num. 4. lib. 1.* sed *Paul. de Castr. in 1. par. ff. vet. in l. qui absentem 75. ff. de procur. & defens. num. 7. fol. 112.* dicit, etiam de jure communi emptorem teneri ad denunciandum venditori; & ei mittere copiam libelli, contra ipsum porrecti, & etiam totius processus, nec aliter diceretur certificatus, argum. *Leg. nomen in verb. certior factus Cod. quae res pignori oblig. possunt.* Et ita practicatur.

15 Laudatus author si assumit in se onus judicii, itaut laudans eximatur a dicto onere, sententia contra ipsum est proferenda, & non contra laudantem, nisi sit difficilis conditionis, & durior fiat ex tali mutatione conditio actoris, *Burg. qu. 67. per totam.*

Si vero Auctor assistit solummodo coadjuvando jura laudantis, tunc promulgatur contra laudantem ad restituendam rem actori, & contra laudatum ad restituendum pretium, & interesse, providendo, dictam sententiam latam contra reum conventum esse exequendam contra auctorem laudatum, alias dicta sententia esset nulla, tanquam lata contra formam *Reg. Pragm. 2. de dilation.* ut *Muscat. glos. nominet in sua additione.*

Quidquid sentiat *Castil. in l. venditor ff. de Judic.* in casu, quo emptor facultatem haberet rem restituendi; nam inhumanum esset in venditorem tali casu exequi.

16 Laudationis in Auctorem quatuor privilegia hic numerantur.

Primum est, ut possit Auctor recusare Judicem sibi suspectum, *Afflict. dec. 14. num. 3. & 255. in fine.*

Secundum, ut non procedat contra eum *Text. in l. is a quo 58. ff. de rei vindic.*

Ideoque Judex nequit causam expedire inter emptorem reum, & actorem, cautione praestita ad favorem tertii venditoris in auctorem laudati, sed omnia debet audire in terminis, in quibus causa reperitur, juxta late disputata per *Carb. lib. 1. tit. 3. disp. 12.*

Tertium est, ut laudatus auctor possit opponere exceptionem compromissi, vigore *pragm. 1. de arbit.* ut decisum refert *Ursil. decis. 13.* ut diximus *in cap. de comprom.*

Et potest opponere omnes exceptiones concernentes defensionem ex persona sua, praeter exceptionem declinatoriae fori, quae non concernit personam tertii venientis ad judicium coeptum cum laudante auctore, sed concernit ipsum laudantem, qui est reus conventus, ut late dicitur *in cap. de exceptione tertii venientis ad caussam*, ubi citavi *Tex. in l. denique §. generaliter ff. mandati*, & *Bar. in l. si quis libertatem ff. de petit. hered.*, qui *Text.* videntur invicem contrarii, sed non sunt contrarii.

Quartum, ut auctor laudatus possit novos testes producere post didicita testificata, idest post publicationem, dummodo auctor non habuisset notitiam litis motae ante, quo casu de aequitate partes judicis erunt inspectis moribus litigantium, & auctoris, summarium terminum concedere ad novos testes producendos, etiam super eisdem articulis, vel contrariis, *Afflict. dec. 255. nu. 3. & 4. Felin. in c. fraternitatis de testibus*, aliique relati a *Burgund. qu. 64. num. 5.*

Secus autem si constiterit habuisse scientiam litis motae, nam sibi imputaretur, cur passus sit causam ulterius procedere absque legitimis defensionibus; & praesumeretur subornatio, vel falsitas.

17 Verum pupilli, vidua, aliique privilegiati in auctores laudati indistinctè possunt novos testes producere mediante primo, & secundo beneficio, ut decisum testatur *Afflict. decis. 15.* „ hodie vero primo tantum, ex *nov. Constit.* ut & alibi dictum est.

18 Auctor laudatus volens, ut judicium transferatur in se tanquam principalem, & non cum possessore, non poterit hoc facere, invito actore, ita *Nadis cons. 630. num. 1. & 2. tom. 3.* & urgentissimis argumentis probat *Barbos. in l. venditor ex num. 109.* quos citat, & sequitur *Carleval. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 6. sect. 8. num. 669.* & ratio assignatur a *Burgund. quaest. 67. per totam;* ne scilicet ex tali mutatione durior fiat conditio actoris.

19 Auctor laudatus si sit Neapolitanus, vel Ecclesia, aut Clericus, sive Vidua, vel quivis alius privilegiatus, an possit forum declinare, vel adstringatur foro laudantis adsistere, & subjacere, *Carleval. lib. 1. tit. 1. disput. 2. qu. 7. sect. 8. ex n. 662.* movet articulum, & late disputatis hinc inde opinionibus firmat, quod

Si privilegiatus laudatus velit suscipere onus judicii, & defendere laudantem, non gaudet privilegio fori, sed tenetur assistere in loco judicii laudantis, & non potest invito actore d. judicium in se transferre, sed potest solum assistere uti defensor Rei, qui laudavit.

Actor enim cogi non potest mutare conventum, *l. si mandato meo §. primo ff. mandati*, ibi: *si nolit creditor obligationem mutare;* & *l. non dubitatur C. de evict. & l. venditor ff. de judiciis*, ibi in summario: *Qui venit ad alium defendendum, non potest allegare privilegium sui judicis; Motil. in gradu cit. nu. 42.*

Auctor enim laudatus veniens in judicium ad reum defendendum, licet sit privilegiatus non gaudet fori declinatoria, quoad litem intentatam ab actore contra reum laudantem, cum non sit principalis reus, & sententia contra ipsum non fertur, & actor non tenetur invitus mutare conventum, ideo auctor laudatus tenetur adsistere, & defendere laudantem in foro laudantis.

Quod limitatur in fisco, & in aliis, qui habent privilegium trahendi, & non trahuntur, ut dicemus inferius.

Ubi vero dictus auctor nolit adsistere, tunc certe dictus privilegiatus gaudet foro, & est ad suum Judicem remittendus, & sic fiunt duo judicia; unum contra laudantem coram Judice laudantis; alterum contra laudatum coram Judice laudati, & non potest unum judicium exerceri cum utroque.

Sed prius in uno judicio, & processu debet examinari actio evictoris contra possessorem conventum, & profertur sententia contra dictum possessorem, reservato eidem jure contra authorem coram Judice competenti, *Carlev.* ubi supra.

20 Unde Clericus laudatus remittitur quoad se tantum, sed persona laici laudantis retinetur, *Capyc. decis. 197. n. 7. Motil. in grad. citat. nu. 141.*

Potest tamen dictus laudans petere a Judice Clerici laudati, ut illum cogat ad suscipiendum onus judicii, & litis expensas subministrandum.

Au-

Auctor enim laudatus, licet sit quilibet privilegiatus, non potest declinatoriam fori objicere ad finem declinandi, & trahendi coram suo Judice totum judicium ex *Pauli responso in l.venditor 40. ff.de judic. Affl.dec.227.Gram.dec.21. Motil.de grad.cit.nu.*140.

Quamvis fuerit Clericus, *Covar.pract. qu.c.6.qu.3. nu.3.Gusman.de evict.qu.7.*& latè *Carlev. tom.1.tit.1. disp.2.c.6. sect.7.num.*666.

Quod limitant etiam in Fisco laudato, & quolibet privilegiato, *Burgund.q.67.n.5 Thesaur.dec.*213.

21 Sed hoc intellige de jure communi. Nam in praxi contrarium servatur, cum distinctione, ut si privilegiatus sit de illis, qui trahunt, & non trahuntur, ut est Fiscus, Neapolitanus, Capuanus, Dohanatus Menepecudum, sive Dohanæ Foggiæ, Curialis, & omnes alii, qui trahunt, & non trahuntur: Tunc sicuti Fiscus laudatus trahit totam causam ad suum Tribunal Regiæ Cameræ, ut latè *Gusman. qu. 8. & Burgund.qu.64.Carlev.*ubi supra, *Ric.col.*38. *&* 424.

Ita Neapolitanus, & alii, qui habent consimile privilegium trahendi, trahunt totam causam, *Scialoja de foro Authoris laudati cap.*15.*& de foro Neapolitani cap.*18.*num.*15.

Quo vero ad alios privilegiatos, qui non trahunt, ut est Clericus, remittitur causa quo ad Clericum laudatum, & retinetur quo ad Laicum laudantem, ut dictum est supra, *Motill.in gradu citationis num.* 141.*& glos.in can.*17.*caus.*11.*qu.*1.*Anna sing.*45. *Novar.in prag.*2.*de dilat.*

22 Delegatus in caussa vertente inter Petrum, & Joannem potest citare, vel condemnare Authorem laudatum, qui non fuit nominatus in rescripto, nec a superiore, & hoc ratione connexitatis, quia est de annexis ad dictam litem. & venit in consequentiam, licet regulariter jurisdictio delegata non est prorogabilis ad personas non expressas.

23 Et nota quod notabile est. Nam Author laudatus si non est privilegiatus, nec subjectus alieno foro ordinario & assistit, & onus judicii assumit; Tunc unum met judicium potest simul, & semel exerceri, & unico processu potest contra utrumque ferri sententia, scilicet contra possessorem ad rem restituendam actori, & contra laudatũ ad restitutionem pretii, & interesse. Imo sententia contra reum lata executioni mandatur contra auctorem laudatum liti assistentem sine novo processu. in *prag.*2.quæ incip.*Dubitationem de dilat.*

At Auctor laudatus quando est privilegiatus, vel alicui foro ordinario subiectus, etiam si assistit liti, & onus judicii suscipit, profertur sententia dumtaxat contra possessorem laudantem, servato jure contra laudatum coram Judice competenti dicti laudati; *Gram.dec.*21.*n.*9.*Capyc.dec.*197.*n.*7.*Gibellin.de evict. cap.*73.*n.*130.*Capyolus in l.venditor n.*23.*Carlev.lib.*1. *tit.*1.*disp.*2.*qu.*6. *sect.*8.*num.*669.*in fine*, ubi in hoc limitat dictam *prag.*2.*de dilat.*

Distinguunt alii, quod si adsistit coadjuvando tantum jura laudantis, proceditur hic ex *d.prag.*

Sed si assumit in se onus judicii, asserendo ultimum, & principium causæ ad se spectare; tunc sententia contra ipsum laudatum est pronuntianda, & non contra laudantem, qui tali casu se eximit ab onere judicii, nisi sit difficilis conventionis, & ex tali mutatione durior fiat conditio actoris, *Burgun qu.*97.*per totam*, & proinde contradiceret actor, qui invitus cogi non potest ad prosequendum judicium cum laudato, ut superius diximus.

Sed vera conclusio est, quod sicuti Clericus auctor laudatus in foro laico remittitur ad Ecclesiasticum, & proceditur contra laudantem, *Capyc.decis.*197.*nu.* 7.*Grammat.dec.*21.*nu.*9.

Ita pariter laicus auctor laudatus in foro Ecclesiastico remitti debet ad laicum, ut servetur æqualitas, nam prohibitum est Judici Laico condemnare Clericum etiam consentientem, & pariter prohibitum est Judici Ecclesiastico sententiare contra Laicum auctorem laudatum coram se, etiam cum consensu laici, quia esset præjudicium Jurisdictionis Regiæ.

Ideo cautela erit, ut tam Clericus laudatus coram Laico, quam Laicus laudatus coram Judice Ecclesiastico, si velint defendere laudantem, se protestentur, quod assumunt judicium non animo consentiendi in Judicem, sed pro defensione laudantis tantum, verum in casu evictionis, quod non credunt, instant remitti ad suum Judicem competentem, & si absque hac protestatione comparet, & condemnetur Laicus a Judice Ecclesiastico, vel Clericus a Judice Laico, punitur a suo Judice competente, & denegabitur brachium super executione sententiæ; ut latè *Horat. Montan.controv.ult.nu.*48.*in fin.*

24 Exceptio hostica opposita per Authorem laudatum sicut impedit judicii prosequutionem inter ipsum laudatum, & reum laudantem, ita pariter impedit judicium prosequi ab actore motum contra reum laudantem, ita decisum refert *Rever.decis* 406.quam probat *de Marin.ibid.& Vincent.de Ann. sing.*177.

Et assignatur ratio, quia sic *Prag. dispendia litium* 1.*de ordine judic.*disponit.

Ubi dictus *Reverter.* ex errore Torcularii allegat *Pragmaticam dispendia litium*, sed debebat allegare *Prag. secundam de dilation.*, quæ incipit *Dubitationem*, qua sancitur, ut vocanti in jus aliquem si is est absens, datur dilatio ad denunciandum; & interim lis suspenditur, ut possit in utraque causa procedi, & unica sententia judicium terminari.

Propterea dum impeditur prosequutio judicii contra laudatum opponentem exceptionem hosticam, certè unica sententia terminari non potest, adeoque suspendendum est judicium etiam inter actorem, & reum laudantem.

25 Pari passu Auctor laudatus suscepto judicii onere contra actorem suum consanguineum, potest petere, ut fiat compromissum, *d.Revert.& de Marin.*ubi supra, *& Maranta in sua praxi p.*7. *acta* 2.*num.*7.*& Camil.Borrel.de compromiss.* §.3.*Glos.*5. *nu.*313. *& fol.* 37.& decisum refert *Ursil.ad Affl.dec.*15.*nu.*5.

Quod intellige in compromisso necessario, & non in compromisso voluntario, in quo locum non habet laudatio in Authorem, ut advertit *Motil. de grad.citationis num.*154. rejecto *Anna singul.* 70. ut dixi *in cap.de compromisso*, ubi vide.

26 *Formula supplicationis pro laudanda in Authorem.*

S. R. M.

Exponit D. Aloysius Carrafa dicens Illustrem Ducem Laurini ex causa testatorum communis Patris ad beneficium exponentis, pro summa ducatorum 12. m.& aliorum duc.10.m. ad beneficium D. Isabellæ, & D.Flaviæ Carrafæ communium sororum, in solutum dedisse, seu vendidisse exponenti Terras Sancti Laurentii, & Felicti Provinciæ Principatus Citra pro dicto pretio ducatorum 32. m., de quibus per exponentem fuerunt soluti duc.10.m.prædictis sororibus cum cessione jurium in ampla forma; qui Dux promisit evictionem generalem ab omnibus hominibus cum obligatione omnium bonorum etiam feudalium, mediante publico instrumento Regio Assensu vallato, & aliis sollemnitatibus cum constituto, & precario.

Nuper ad instantiam Horatii Capyciilatri, & D. Ippolitæ Carrafæ conjugum, fuit exponens conventus jure assistendi super eisdem Terris pro certa summa dotium legatarum similiter per communem Patrem dictæ D. Ippolitæ, ac exponentis, & prædicti Ducis, & sororum. Et licet prædicti conjuges careant omni jure, & actione contra exponentem, habentem ca-

eadem jura ex legato a parente communi, & obstet exceptio notorii juris defectus agendi, & dictus ex adverso egerit contra prædictum Ducem hæredem universalem qu. communis Patris, & contra eum processerit ad nonnulla, & sic eidem consultum posse satisfieri super aliis bonis communis Patris, & ad præsens possessis per dictum Ducem. Tamen quatenus (quod non credit) aliqua orirettur sententia contra exponentem, laudando dictum Ducem in Authorem ad suscipiendum onus judicii, & expensas subministrandas, ac ipsum eximendum indemnem, & illæsum, petit unica sententia, & simultaneo processu dictum Ducem condemnari, cogi, & compelli juris, & facti remediis opportunis ad dictum onus judicii suscipiundum, expensas subministrandum, indemnem exponentem servandum, & reficiendam partem forsan evincendam, cum omnibus damnis, expensis, & interesse, occasione prædicta patiendis, & pro omnibus prædictis, unica tamen solutione contentus, assistentiam in forma præstari super subscriptis bonis dicti Ducis possessoris per subscriptos ad effectum vendendi, & adjudicandi in forma ad ipsius electionem; supplicat M. V. causam prædictam committere Consiliario de Giorgio Commissario causæ ad instantiam prædicti Horatii, & Ippolitæ conjugum, vel alteri M. V. melius viso, qui super prædictis, cum annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus debitè provideat, omni modo meliori, &c.

Fiat contra supplicata, & in calce fiant rubricæ bonorum, super quibus petitur assistentia.

C A P. LV.

De exceptione nominationis in Dominum.

S U M M A R I U M.

Auctor nominatus differt ab auctore laudato, & declaratur differentia, & quibus competenti num. 1.

Auctoris nominatio quomodo fit, & pro quibus bonis? num. 2.

Auctoris nominatio fieri debet ante litem contestatam, cum exceptionibus num. 3.

Auctoris nominatio omissa parit effectum, ut acta dicto Auctori non noceant, & assignatur ratio, num. 4.

Nominans aliquem in Dominum ab instantia judicii remanet absolutus, & judicium transfunditur contra Dominum nominatum, & assignatur ratio. num. 5.

Nominans aliquem in Dominum absque alia probatione dimitti debet. Verum si Adversarius opponat, & probet nominantem possidere nomine proprio, statim privatur possessione, & ad expensas condemnatur, tribus tamen requisitis concurrentibus, num. 6.

Nominans si vitio possidet, nominatio non admittitur, & exemplificatur casus, & assignatur ratio, num. 7.

Nominans absolvitur ab observatione judicii, secus Auctor laudatus, num. 8.

Auctor laudatus non declinat forum, & assignatur ratio, num. 9.

Spolii judicium quando admittit nominationem Auctoris, & quando non num. 10.

Usufructuarius, Emphyteuta, Feudatarius, & similes non possunt nominare in Dominum proprietarium, nisi agatur de totali re concernente directum dominium, cum distinctione, qua declaratur, num. 11.

Nominatus Clericus in Dominum, si caussa concernit præjudicium Clerici nominati, Clericus trahit ad forum Ecclesiasticum totam caussam, nisi ex conjecturis præsumatur fraus, num. 12.

Nominans in Dominum, ubi est suspicio fraudis, probare debet dictam suam exceptionem, num. 13.

Quando nominatur potentior, vel persona exempta, & est suspicio fraudis, denegatur remissio causa, & datur forma decreti, & assignatur ratio, num. 14.

1 Auctor nominatus differt ab Authore laudato, nam Auctor nominatus dicitur, qui vocatur ad judicium, sed non est Dominus rei, quam detinet, sed possidet rem nomine alterius, & detinet, ut est Conductor, aut Inquilinus, aut Commodatarius, vel similis, qui cum molestatur in rem conductam poterit nominare Dominum locantem, ut citetur in judicio ad tuendam rem suam, *Mostil. de grad. cit. num. 138. & text.* est *in l. 2. C. ubi in rem actio exerceri debeat, & cap. quoniam, ut lite non contestata.*

Et competit operariis, qui sine dolo de mandato Domini operati sunt in bonis alienis, qui nominando locatorem operarum, excusantur a pœna, *Sperell. dec. 74.*

2 Authoris nominatio fit, asserendo se neque Dominum, neque possessorem, sed tantummodo detentionem habere.

Et hæc exceptio locum habet, non solum pro immobilibus, sed etiam pro mobilibus, & rebus incorporalibus, ut si Vicarius conveniatur pro aliqua præcedentia, poterit nominare Episcopum, *Abb. in dict. cap. quoniam frequenter §. in aliis num. 24. ut litem non contestata, & l. 2. C. ubi in rem actio.*

3 Auctoris nominatio habet vim exceptionis declinatoriæ. Ideo ante litem contestatam fieri debet, & non potest opponi post contestationem, *cap. inter Monasteria de re judic. cap. quoniam §. in aliis extra de lite contestatam, & l. 2. C. ubi in rem actio*, ibi, *statim*, idest ante litem contestatam, ut advertit *Menoch. loc. ut infra*, & rationem assignat, quia non debet vexare actorem exceptionibus, & demum nominare Dominum, exceptis tamen casibus positis per *Menochium cas. 476. num. 6.* ut si ex errore omisit nominationem facere.

Effectus nominationis facta, vel omissa plures sunt.

4 Primus effectus erit, quod si Auctoris nominatio omittatur, tunc sententia, & omnia acta Authori non officiant, *Mainard. decis. 21. lib. 2.* apud *Ricc. collect. 490.* tamen conductor, aliusve detentor condemnabitur ad interesse, *l. qui se tibi 48. ff. de petitione hæreditatis, l. 2. ff. de dolo.*

Et ratio assignatur, quia per *text. in d. l. 2. C. ubi in rem actio*, statuitur, ut possessor rei alterius, super qua sunt sibi mota lis, debet statim in judicio Dominum nominare, & cum loquatur per verbum *debet*, quod regulariter necessitatem importat, & conditionem, ideo si non facit id, tenetur ad interesse, quam necessitatem advertit *Staib. resol. 26. num. 11.* confert *text. in l. ult. C. de acquir. possess.* ubi *in summario* dicit, *Dolus Procuratoris Coloni, vel Inquilini, aut alterius possessionem relinquentis dolo, aut desidia, Domino, cujus nomine possidebat, non præjudicat.*

5 Secundus effectus nominationis in Dominum est, ut eo ipso, quod nominat, absolvitur nominans ab instantia judicii; *Mascard. glos. nomines num. 24. & glos. pari passu num. 9.* ubi dicit, quod per solam nominationem ipse nominans remanet absolutus, *Mostil. de grad. cit. num. 142.*

Et transfunditur judicium contra Dominum nominatum, *Marant. par. 6. nu. 1.* qui *num. 9.* dicit, quod debet dimitti nominans, qui non tenetur amplius esse in judicio, ex *text. in l. neque impuberes §. 1. ff. de in jus vocando*, & ex *Specul. in tit. de primo Decreto §. recens, vers. sed numquid nominans, Sperel. decis. 24. num. 3. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. nu. 491. Ludov. decis. Lucens. 34. num. 9.*

Et ratio est, quia ex libello contra nominantem non potest condemnari nominatus, *cap. licet de simonia*, & sic novus libellus contra nominatum est dandus coram Judice nominati, qui efficitur principalis reus, dū nominans in se nullū jus habet, *Spec. ubi sup.*

6 Te-

6 Tertius effectus est, ut nominans probare non teneatur se alieno nomine possidere, dum per solam nominationem debet in pace dimitti.

Verum Adversarius, cum opponat nominantem possidere nomine proprio, quo casu probato, statim reus privatur possessione in pœnam mendacii, juxta terminos *l. fin. ff. de rei vindic.* salvo tamen jure proprietatis, & eadem ratione condemnatur ad expensas usque ad tempus productionis Instrumenti, juxta notata *in l. si quis inficiatus ff. depositi*; ita decisum refert *Afflict. decis.* 18. Ubi tamen *Ursil.* declarat, quod tria requiruntur, ut dicta pœna locum habeat.

Primo, ut dolo, vel lata culpa quis neget se possidere, alias excusatur a pœna, exemplificatur, si omnes descripti in libello actoris non convenirent, tunc cessat dolus, & cessat culpa.

Secundo requiritur, ut expressè petatur dicta pœna puniri negantem, aliàs dolus, seu culpa non præsumitur, *l. si Adulterium cum incestu §. idem Pollioni ff. de adult.*

Tertio, quod si negans sit major, transfunditur judicium ad minorem, *Muscat. & Marant. loc. cit.*

7 Et sic fit conclusio, quod non admittitur ad nominandum, qui cum vitio possidet, ut si ipse spoliasset, vel spolium ab alio factum ratum habuisset, cum per fraudem nominare videatur.

Adeo quod quidam Conjuges conventi propter quandam domum terraneam occupatam; & interrogati si tenent, & possident, dicunt, quod sic; postea in limine conclusionis dicunt teneri uti Inquilinos Monasterii Sanctæ Mariæ de Carmelo, & producunt instrumentum locationis per tres annos, & actor probat suam possessionem dictæ domus, & quod indebitè pervenit ad dictum Monasterium, fuit in S. R. C. decisum, dictos Conjuges condemnari ad restitutionem possessionis, quia semel dixerunt se possidere, & semel se obtulerunt liti, *per l. qui se liti obtulit ff. de petit. hæred. & l. is, qui se obtulit ff. de rei vendic.* citra præjudicium jurium dicti Monasterii, & fuerunt condemnati in expensis, *Afflict. decis.* 126.

Hoc tamen judicium, & sententia non affert præjudicium contra Monasterium, vel Clericum, aut alium nominatum.

Et ratio adfertur a *Menoch. in 14. remed. recup. nu.* 489. *& seq.* ubi relata *d. decis. Affl. & Rotuero Papiens.* dicit, quod nominatio ad nominantis commodum admittitur, is ergo juret nominatum esse in judicio.

Et si nominans minus legitimè comparuit, non proderit nominatio nominanti, *Menoch.* ubi supra.

8 Quartus effectus est, ut dum nominans omnino liberatur ab observatione judicii, & debet absolvi, *Angel. Pisane ad Aff. dec.* 217. *Dec. cons.* 64. *nu.* 4. Ideo nominatus dicitur reus necessarius, & declinat forum coram suo Judice competenti, & debet audiri ex integro, eique primus libellus est intimandus.

Secus in Auctore laudato, qui venit, ut tertius voluntarius ad defendendum laudantem coram Judice Laudantis, & propterea non declinat forum, trahendo totum judicium, *Ursil. dec.* 247. *ex Bart. in d. l.* 2. *C. ubi in rem actio, & ex Decio cons.* 52.

Sed vide ampliationes, & limitationes in præcedenti *Capite de laudatione in auctorem.*

9 Et ratio, quare auctor laudatus non declinat forum actoris, sed nominatus in Dominum declinat a foro actoris, ea est, quia Dominus nominatus principaliter convenitur, quamvis colonus ejus nomine sit conventus.

Unde cum totum interesse sit ipsius Domini nominati, non autem ipsius Coloni, meritò conveniri debet coram suo Judice competente, & declinare a foro actoris, *Dom. Altim. tom.* 1. *rub.* 3. *quæst.* 6. *de nullit. sentent. ex text. in cap. quoniam frequenter §. in aliis, ut lite non contestata*, ubi *Abb. num.* 28. & ex *text. in l.* 2. *C. ubi rem actio*, *Gratian. decis.* 21. *num.* 3. *& decis.* 61. *num.* 6. *Covar. qu.* 8. *num.* 3. *Surd. consil.* 396. *nu.* 36. *Beer. decis.* 69. *num.* 28. *Capyc. decis.* 194. *num.* 4. *Salgad. de regal. protect. par.* 4. *cap.* 8. *num.* 147. & alii citati per *d. Altimar.*

10 Auctoris nominatio sibi locum non vindicat, si agitur de spolio contra principalem spoliatorem, vel contra eum, qui mandavit spolium fieri, vel ratam habuit spoliationem, quia convenitur de delicto, & facto proprio.

Sed si agitur condictione ex *cap. sæpe de restit. spol.* vel remedio *Constitutionis* Regni *Circa violencias*, vel remedio *cap. reintegranda* 3. *qu.* 1. in quibus agitur contra possessores, qui possident, sed non sunt principales spoliatores, & sic non agitur de facto proprio ipsius conventi, tunc habet locum nominatio Domini in judicio possessorio; ita decisum ex *Abb. Bart.* & aliis refert *Afflict. decis.* 217.

Et ratio est, quia nominatio procedit, quando quis convenitur uti talis, & non est talis, ut si Colonus, aut Inquilinus convenitur uti Dominus.

11 Secus, quando convenitur uti talis, qui verè est talis, ut si convenitur usufructuarius, emphyteuta, feudatarius, & similis, qui verè possidet, in judicio possessorio non potest nominare proprietarium Dominum directum, *Motil. de grad. cis. nu.* 139.

Ubi autem conveniretur in judicio petitorio de totali re concernente etiam dominium directum, tunc procederet nominatio, *Paul. de Castr. in d. l.* 2. *C. ubi in rem actio.*

Usufructuarius itaque, emphyteuta, maritus, superficiarius, feudatarius, & similes, qui possident rem, propterea quotiescumque agitur etiam de proprietate, & ventilatur causa proprietatis, sive respectu juris penès alium existentis, tunc nomine dicti Juris ad alium pertinentis poterunt nominare in Dominum illum, qui est absens a judicio, *Capyc. Latr. decis.* 102. *num.* 28. *ex Mynsing. cent.* 2. *observ.* 57. *& D. Marad. ad Gallup. par.* 11. *cap.* 15. *num.* 4.

Et quod hoc procedat etiam in usufructuario universali, ibidem *num.* 130.

Si autem convenitur solum respectu possessionis, sivè juris spectantis ad possessorem tantum, ut quia emphyteuta convenitur ab alio dicente se potiorem emphyteutam esse, tunc non poterit Dominum directum in judicio nominare, quantum ad declinandum judicium, sed benè posset eum nominare, ut valeat ab eo de suis defensionibus informari, ut concludit *Bartol. in l. si quis alterius* 2. *C. ubi in rem actio num.* 7. & dictam opinionem *Bart.* esse communem dicit *Barbat. cons.* 84. *in* 4. *vol. Abb. in cap. quoniam frequenter §. in aliis, ut lite non contestata*, & *Episc. Alex. Sperel. decis.* 24. *tom.* 1. *num.* 14.

Sed *Baldus in d. l.* 2. *num.* 7. dicit indistinctè posse nominari in Dominum directum Dominum, vel alium, qui habet jus in re, ut proprietarius, &c. etiam si disputaretur de solo jure utilis dominii, & hoc ratione præjudicii, quod potest inferri respectu dominii directi, vel proprietatis, &c.

Et quod opinio *Bartoli*, sive ejus distinctio militet, quando utraque pars, idest actor, & reus non impugnant respectu dominii directi, vel respectu proprietatis, sive juris ad alium spectantis, tunc non admittitur nominatio quoad declinandum forum, per *text. in l. cujuscumque §. si fundus D. de usufructu*, & ita concludit *Bal. in d. l.* 2. *C. ubi in rem actio n.* 7. *in fin.*

12 Et quoties causa concernit præjudicium tam nominantis, quam nominati, & nominatus erit Clericus, tunc totam causam ratione connexitatis Clericus trahit ad Tribunal Ecclesiasticum, *Sperell. decis.* 24. *num.* 13.

Et etiam ratione individuitatis & ratione socii, vel correi Clerici, quia socius utitur socii privilegio, & ad

Ju-

Judicem Ecclesiasticum, uti ad digniorem remittenda est causa, ne continentia causæ dividatur, & ne contingat ferri diversas sententias, *Bartol. in l. præcipimus, §. per illum text. C. de appell.* & alii citati per dictum *Sperel. decis.* 23. n. 13. & ita intelligendus est *Motil. de grad. cit. num.* 139. & *Paul. de Castr. in d. l. 2. C. ubi in rem actio.*

Verum non admittitur nominatio, quando præsumi poterit nominationem fieri in fraudem, & malitiam evitandi judicium, nominandi nobilem potentiorem, &c. Quo casu licet ex sola nominatione regulariter eximitur nominans ab onere probandi, & liberatur ab instantia judicii, ut supra dixi, tamen ubi ex conjecturis præsumi possit dicta fraus, cogi potest nominans ad probandum nominatum esse verum possessorem.

13 Nominans enim excipit, ergo probare debet suam exceptionem, ubi est suspicio in contrarium, *l. in exceptionibus, D. de except. Menoch. d. remed.* 14. *recup. num.* 495.

Conferunt dicta per *Rendel. in Constit. Sancimus, vers. venditio fiat irrita, fol.* 270. *num.* 20. ex doctrina *Abb. in cap. quoniam frequenter §. in aliis, ut lite non contestata, Affl. dec.* 247.

14 Hinc passim practicamus, quando nominatio fit in Clericum, vel aliam personam exemptam, vel in potentiorem, & opponitur, vel erit præsumptio fraudis; quod sit talis nominatio, mutandi fine Judicem, tunc etiam si Clericus compareat petens se remitti ad suum Judicem competentem, denegatur remissio; & forma decreti talis est, videlicet.

Procedatur, petita remissione non obstante, citra præjudicium tamen nominationis, & de oppositis habeatur ratio in expeditione causa, Sanfel. sect. 39. *num.* 4. *Marant. par.* 6. *membr.* 6. *Muscat. par.* 3. *gl. nominet, & gloss. pari passu.* Conferunt dicta per *Affl. & Ursil. dec.* 197.

Et ratione, quia in compilatione termini si detegitur fraus, nominatione nullum infertur præjudicium, quia Clericus nominatus non debuit se auctorem fieri falsitatis, sed si jure constet Clericum esse possessorem, tunc remittitur ad suum Judicem, & sic non perdit suum privilegium, *Menoch. d. remed.* 14. *num.* 489. *& seqq.*

Et ita fuit in S. C. practicatum ad relationem D. Consil. Flavii Gurgo in causa assistentiæ petitæ per N. N.

Et si Clericus compareat, & offerat se paratum subire judicium coram suo judice competente, non admittitur responsio, sed contra nominatum proceditur.

Non tamen nominatus amittit privilegium fori, nec nominato præjudicium aliquod generatur, *Menoch.* ubi supra.

C A P. LVI.

De Tertio veniente ad causam.

Quarta species dilatoriarum, quæ non respiciunt merita caussæ, sed processum.

S U M M A R I U M.

Tertius veniens in judicio auditur in terminis, in quibus causa reperitur, cum limitationibus, n. 1.

Tertii ad judicium venientes sunt Triplici genere, alii coadjuvat actorem, alii reum excludunt, alii utrumq; In primo & secundo genere, audiuntur in terminis, in quibus causa reperitur; in tertio genere, audiuntur ex integro, num. 2.

Tertius veniens ad infringendum jura utriusque, facit supersedere, ut simul expediatur causa, num. 3.

Textus in l. is a quo 58. ff. de rei vindic. *declaratur,* n. 4.

Tertius quando venit eodem jure, debet eodem contextu definiri, sicut diverso jure, num. 5.

Tertius si non petit supersederi in causa, cessat dispositio l. is a quo, num. 6.

Tertius si decernitur quod assistat tantum, non potest Judicem recusare, secus si sit audiendus, num. 7.

Tertius quando comparet, ut creditor, vel ut fideicommissarius, tunc assistit, num. 8.

Tertius si impedit executionem sententiæ super re per ipsum possessa, auditur summariè, & impeditur interim executio, num. 9.

Tertius quando allegat executum in bonis propriis actione personali auditur, secus in actione reali, nu. 10.

Clericus in actione reali auditur, juxtà decisionem de Franch. *quæ dec. impugnatur* a Reg. de Marinis, nu. 11.

Tertius audiendus est, si doceat de interesse apparenter licet non existente, num. 12.

Tertius citandus est, quando sententia in consequentiam ipsi noceret, num. 13.

Tertius veniens in causa quando tenetur de expensis cavere, num. 14.

Tertius in judicio executivo petens se præferri, agitur via ordinaria, donec examinatur prælatio, num. 15.

Uxore se opponente executioni facta in bonis viri, processus executivus convertitur in viã ordinariã, nu. 16.

Uxor an via ordinaria audienda est, opponens contra creditores in bonis viri vergentis ad inopiam, cum limitationibus, & declarationibus, num. 17.

Tertius veniens in judicio executivo post sententiam, ante tamen quæsitam possessionem, impedit viam executivam, num. 18.

Oppositio tertii venientis ad causam si calumniosa est, non admittitur, num. 19.

Clericus uti tertius veniens ad causam, an remittatur ad forum Ecclesiasticum, cum distinctione, num. 20.

Tertius quando impedit viam executivam, & quando non, declaratur, num. 21.

Tertius potest omnes exceptiones concernentes defensionem suam proponere, & judicium differre, num. 22.

EXemplificata est praxis circa personam Judicis, & personam litigantium, quæ est tertia species dilatoriarum respicientium merita causæ.

Est tempus nunc transeundi ad dilatorias, quæ merita causæ non respiciunt, sed respiciunt processum; ideo sequitur hoc *Cap.* 56. *de tertio veniente ad causam.*

1 Tertius comparens in judicio auditur in terminis, in quibus causa reperitur, v3.

Post publicationem veniens non poterit producere testes; cum principalis non potest, etiamsi tertius ignorans fecisset, *Sanfel. dec.* 90. *num.* 26.

Limitatur in pupillis, & aliis privilegiatis, qui gaudent primo, & secundo beneficio, *Afflict. dec.* 15.

Limitatur etiam, ubi tertius nescivit litem motam, & erunt litigantes bonis moribus, minimè suspecti de calumnia, tunc æquitate Judicis conceditur terminus summarius ad novos testes producendos, etiam post didicita testificata, etiam super eisdem articulis, vel contrariis, *Afflict. decis.* 235. *num.* 4. *Felin. in cap. fraternitatis.*

Quod intellige de tertio veniente ad coadjuvandum Reum, ut est auctor laudatus, & similis.

Secus quando venit ad infringenda jura utriusque, quia tunc per terminum probatorium, qui conceditur dicto tertio, non impeditur cursus primi judicii, & auditur absque præjudicio illius, *Franch. decis.* 261. licet de hoc dissonæ sint opiniones, ut inferius dicimus.

2 Nam ut melius hoc intelligatur, præmittendum est, quod tertii oppositores sunt triplici genere.

Alii coadjuvant actorem, alii reum, alii excludunt utrumque.

In primo, & secundo genere admittuntur in terminis, in quibus causa reperitur.

In tertio genere audiuntur ex integro, ut *Carlev. lib.1.tit.3.disput.12.nu.18.* & allegat *Covar.in pract. cap. 13. in principio*, *Barbosa in l. si alienam 12. ex num.16. & l.Titia 55.ex num.6. ff. solut.matrim.Gayll.observat.70.& 71. Fabius de Anna cons.97.& 98. Peguera decis.972. par. . . . Cancer. var.resol.2.par. cap.16.ex num.1.*

3 Tertius veniens ad causam ad infringendum jura utriusque partis, facit supersedere in causa, & tota causa unica discussione, & sententiâ est quoad omnes terminanda, quãdo sese objicit petens pro neutro ferri sententiam, ita *Bald. in c.1. §.si duo de pace tenenda, Afflict.decis.235.* ubi concludit processum supersederi, donec concludatur alius processus, & simul expediantur istæ causæ, ita quoque *Alex.in l.is a quo, ff.de reivindic. Ursill.dicta decis.235.in fin. Ann.cons. 67.num.4.*

4 Nec obstat *d.l. is a quo ff.de reivindic.* quæ procedit, quoties duo authores actione reali petunt a convento eandem rem in diversis judiciis, secus quando pendente lite inter duos, tertius sese objicit, petens actorem ab actione intentata excludi, & reum ad sibi rem restituendam condemnari, ut explicat sensum *dict. l.is a quo Menoch. consil.248.num.26.Scacc. de appellat. par.2. lim.6. membr.4.num.8. & 50. Cavalc.dec.4.num.5.*

Contrariam opinionem veriorem contendunt *Covar. cap.14.pract.num.4.* & alii, quos sequitur *Giurba dec.1. num.32.* quem probasse pluries S.C.ex *Præsid.de Franch.decis.261.* tradit *Anna cons.97. num.12.* cum durum sit, ut secundus faciat supersedere, & differre primum, quousque secundus ordinetur processus, *Muscat.in par.3.glos.nominet in sua addit.* A. sequitur decisum *de Franch.* hic, & concludit esse procedendum ad expeditionem causæ inter partes non obstante oppositione tertii comparentis ad infringendum jura competitorum post citationem ad dicendum, ut latè ibi, unde qui primo obtinebit, cautionem præstabit de restituendo rem in casu succumbentiæ, juxta *d.l.is a quo ff.de reivindic.* qui sic summatur. *Si duo vindicant eandem rem ab eodem possessore, primo vincenti traditur, præstita cautione*, & verba *Tex.* sunt vz. *Is a quo fundo petitus erat; ab alio ejusdem fundi nomine conventus est. Quærebatur, si alterutri eorum jussu judicis fundum restituisset, & postea secundum alterum petitorem res judicaretur. Quemadmodum non duplex damnum traheret? respondi, ut priori Judex adjudicaret, eum oportere, ita fundum petitori restitui jubere, ut possessori caveret, vel satisdaret, si alter fundum evicisset, eum præstare.*

Et per hunc *textum* refert *de Franch. dict. decis. 261.num.7.* decisum, esse procedendum ad expeditionem causæ, petito beneficio tertii minoris non obstante, & *num.15.* refert inter Catharinam Pellegrina, & Alfonsum Sances super petitione Tertiariæ Ferri in R.C.Sum.; dum subintravit Reg. Fiscus, & petiit in judicio supersederi, & facta relatione in Reg. Coll. fuit decisum, procedi ad expeditionem causæ inter partes, salvis juribus Reg. Fisci.

Aliam *decis.* refert *Galeot. controv.2.tom.1.nu.78.* quem *Galeot* sequitur *Reg. Latro decis.186 num.12.& Mastrill.ad dict.Latr.num.6.* ubi citat *Sanfel.decis.70. num.32.de Marin.ad Revert.decis.233.* ex *tex. in l. si hæres ff. si cui plusquam per l.Falcid.&c.*

Sed *de Luca ad Franch.obser.261.num.2.* hanc adducit distinctionem.

5 Aut Tertius venit eodem jure, non diverso, tunc actio prioris litigantis discuti non potest, nisi de juribus novi oppositoris, & de instantia actionis dicti tertii discutiatur, ita *Galeot.controv.45.lib.1.num.10.*

Aut venit ex diverso jure, tunc non impedit processum ad ulteriora, sed procedit *l. is, a quo*, ut *Sanfel.dec.90.num.28.* Ratio assignatur a *dict.de Luc. in d. observ. num. 1.* nam *d. l.is, a quo* supponit illæsum manere, per cautionem, tertium, qui posterius comparuit.

Sed quando ex eodem jure causa unius est præjudicialis alteri, quæ exemplificatur in secundis litigantibus, qui ambo dicunt conventum esse colonum suum, idem in duobus cessionariis, vel in cedente, & cessionariis concurrentibus.

Tunc debet eodem contextu definiri lis, *Menoch. num.20.vers.respondetur 5.d.cons.448.*

Et demum *dict. de Luc. num. 2.* concludit etiam, quod

6 Tertius cum se opponit, & non petit supersederi in causa, & impediri processum, sed solum vult, quod super utroque jure pronuncietur, tunc cessat dispositio dictæ *l.is a quo*; ita *Menoch.* ubi supra *num. 20.* & unica sententia res definitur, & in hanc opinionem inclinasse *Præsid.de Franch.* probat *Reg.Galeota dicta controv.45.a num.11.* maximè ubi processus tertii oppositoris est etiam instructus, *Theod.num.38.alleg.66.* ut latè *d. de Luca* ubi supra.

7 Tertius si decernitur, quod assistat tantum, non potest Judicem recusare, ex *Panorm. in cap. cum super, de offic.deleg.*

Aut decernitur, quod sit audiendus; & tunc potest recusare, *Reg.Latr.decis.164.num.3.* plures decretationes recenter cumulat *Petr. ris.265. num.29. Altimar.ad Rovit.dec.1.num. . . .*

8 Tertius quando comparet uti creditor, tunc assistit, quamvis agatur de totali, & formali suo interesse.

Item fideicommissarius pro futuro suo interesse pendente conditione, ut *de Luca* ubi supra.

Sed quando tertius assistere debeat, & quando audiri, videndi sunt *Fontanell.decis.557. & Gizzarell. decis.41.*

9 Tertius asserens possidere rem petitam, impediendo executionem sententiæ, auditur summariè, & interim supersedetur in executione, *Sanfel. dec.37.num.5.*

10 Tertius allegans esse executum in bonis propriis, est audiendus, quando sententia est prolata in actione personali, secus in actione reali, tunc enim tertius nunquam est audiendus; sed debet sententia in actione reali executioni demandari, aliàs esset illusoria; ita *de Marin. lib.2. resol. 53. num. 2.* ubi citat *Innoc.in cap.veniens ad sedem num.1.de testibus, Bart. Alex. & Jason in l.a Divo Pio §. super rebus ff. de re judic. Abb.& Felin.in d.cap.veniens, & Cacher.* omissis aliis *dec.38.* & ita in dies servari testatur.

11 Et licet Clericus fuit auditus ad impediendam executionem in actione reali contra laicum prolatam, allegans fuisse latam super suis bonis, ut decisum refert *de Marin.* junctis aulis in Sacro Consilio, referente *Dom.de Franch.* ut *in d.resol.num.1.* tamen idem *de Marin.d.decision.* impugnat ex supracitatis, & maximè quia Clericus habuerat notitiam litis motæ, quo casu nunquam est tertius veniens audiendus, ita resolvit *de Marin. num.4.* ex *Imol.in l. a sententia* post *num.13. ff.de appellat. Alex. in l.a Divo Pio §. si super rebus num.24. ff.de re judic. Honded.* latè *in cons.19. num.19.lib.1. Joseph Ludov.dec.26. nu.6. Covar.pract. qu.cap.13.num.2. Rovit.dec.1.num.33.*

12 Tertius comparens est audiendus, si apparenter doceat de interesse suo licet non existente, quod aliquo tempore possit sibi sententia nocere, *Sanfelic. decis.91.num.12.& 15. Gizzar.decis.41.num.6.* Vide, quæ diximus *in cap.de citat.*

Tertio comparente, sat est docere de interesse summariè, videlicet per juramentum, aut aliter saltem apparenter, quamvis probatio omnino non concludat,

dat, *Sansel. decis.9. num.13. & 14. Vant. in tract. de nullit. tit.45. quis possit dicere de nullit. num.24.*

13 Tertius comparens in judicio, quando sententia ex consequentia ipsi noceret, est citandus, & non valet, quod fit eo non citato, *Sansel. dec.90. nu.10.* ubi allegat *Bald. in d.l. duabus, §. igitur si quis, ff. de jurejur. Alex. cons.156. vol.2.*

14 Tertius veniens in causa, quando tenetur cavere de expensis, & in qua parte judicii, diximus *in cap. de except. cautionis expensarum.*

15 Tertius oppositor veniens in judicio executivo, ut cum unus creditor se opponit executioni ab alio factæ, petens se preferri primo venienti, facit supersedere in via executiva, & agi debet via ordinaria inter ipsos, donec examinetur quis sit potior, & prior, & cui sit prius satisfaciendum de bonis debitoris, & hoc si debitor non sit idoneus, nam cum debitor est idoneus ad solvendum omnibus suis creditoribus, tunc unus creditor non impedit viam executivam alterius. *Cacheran. dec.65. num.6.*

16 Item si uxor se opponit executioni factæ in bonis mariti, in quocumque statu sit processus executivus silere debet interim, dum inter ipsos creditores agitur via ordinaria, & examinatur, cui sit prius satisfaciendum, ita concludit *Carlev. lib.1. tit.3. disp.12. ex num.4. & 5.* & allegat *Bart. in l. a D. Pio 15. §. si super rebus num.3. ff. de re judic. Natta cons.300. nu.2. & cons.327. num.1. tom.2. Joseph Ludovis. dec. Perus. 36. num.26. Tusch. lit. C. concl.213. num.38. & lit. T. concl.86. ex num.19. Surd. dec.335. num.6. & 22. Anna sing.28. in fin.*

17 Et quod uxor se opponens executioni factæ per alios creditores in bonis mariti, vergentis ad inopiam, quod sit audienda via ordinaria, & supersedendum, sentit *Afflict. decis.134. num.12. & Addent. Chartarius decis.8. Giurb. decis.16. & decis.61. ex nu.15. Thesaur. dec.207. Thesaur. qu. for. lib.2. qu.65. num.6. Franch. dec.54. Gram. dec.92. ex nu.17. Cacheran. dec. 172. Anna sing.598. Fab. de Ann. cons.63.*

Contrariam vero sententiam tenent alii, quod uxor non potest impedire executionem factam ad instantiam creditorum super bonis viri, tam si inhæret tacitæ, quam expressæ hypothecæ, etiam si innitetur expressæ, vallatæ cum clausula constit. & precar. ut disputat ad partes, & concludit *Barbat. de assistent. Glos.2. num.93. vers. Ego autem*, *Thesaur.* decisum refert *decis.207.*

At non recedendum est a prima sententia, rejecto *Barbat.*, cui respondet *Motill. in suo Archetypo fol. 131. num.3.* post *Sansel. dec.131.* ubi *num.5.* refert *Bal. Gram. Ursil.* & alios tenentes contra *Barbat.*

Distinguunt, sivè limitant alii, quando mulier vult impedire creditores procedentes ad executionem bonorum viri, non vigore constituti, & precarii, ut est casus *dec. Thesaur.207.* ubi creditores jus executivum exercebant, & Senatus contra mulierem decrevit, quia illa ordinariè procedebat absque constituto, & precario, & non probata inopia viri, nec obtenta sententia super assecuratione, ut advertit *Motill. in suo Archetypo num.18. fol.13.* ubi latissimè.

Ubi itaque mulier agit vigore constituti, & precarii, expeditum habet iter contra tertios possessores, & consequenter contra creditores; & quando sine constituto, & precario, tunc non probata exceptione, quod vir vergit ad inopiam, vel non obtentâ sententiâ super assecuratione, non poterit impedire judicium executivum, ut *d. Motil. ibid.*

Quæ tamen limitatio, sivè conclusio sublimitatur in pluribus casibus.

Primo cum fuerit maritus forjudicatus, & propter bannum, cogeretur peregrinari, aut publicatis omnibus bonis, tunc dicitur vergere ad inopiam, tunc potest uxor, petendo assecurationem, impedire venditionem bonorum pro concurrenti quantitate dotis, & antefati, latè *Motil.* ubi supra *num. 24.*

Secundo, ubi creditor vigore sententiæ, vel pacti executivi, exequi faceret bona mariti, & adversus executionem alius creditor se opponeret, petens in pretio perveniendo, aut pervento ex bonis executis præferri, & uxor viri tunc se opponeret executioni factæ, petens se esse præferendam pro dote, & antefato, tunc esset supersedendum in dicta executione, & interim termino ordinario esset audienda, ut *Dom. Cons. Carlev. de judic. lib.1. tit.3. disp.12. nu.5. & d. Motil.* ubi supra *num.25.*

Tertio, ubi maritus unum haberet fundum, super quo facta fuisset executio ad instantiam creditorum, tunc licet uxor in promptu inopiam viri non probaret, impediret venditionem illius, quia si venderetur, non esset mulier magis cauta super pretio, quam super fundo.

Et si consignaretur creditori sub cautione, mulier interim non haberet, unde se, & filios aleret, *Motil.* ubi supra, ex traditis per *Franch. dec.54.* sub *nu.15.*

Quarto si fuerit factus concursus creditorum, quia tunc urget suspectio vergentis ad inopiam, impeditur venditio, & adjudicatio, donec graduetur uxor pro sua dote, & antefato, *Motill.* ubi supra ex *Castill. de usufruct. cap.19. n.11.* & idem *in 4. tom. contr.59. n.24.*

18 Tertio veniente in judicio executivo, ut supra dictum est, impeditur executio, sive via executiva primo creditori, quando licet post sententiam, tamen ante venditionem bonorum debitoris iste tertius, sive ut clarius dicam, iste secundus creditor compareret, aut ante adjudicationem, aut quæsitam possessionem, nam si post ista facta secundus creditor compareret, tunc executio nullo modo impeditur: sed creditori tardius venienti restabit ordinariè agendi contra possessorem, non impedita executione, ita concludit idem *Carlev.* ibidem *lib.1. tit.3. disp.12. num.2.* & allegat *Giurba decis.61. ex num.3.* & alios.

19 Sicuti neque impeditur, si oppositio istius tertii sit calumniosa, solum eo fine facta, ut retardetur executio; nam tunc non solum non impeditur executio prius facta, sed neque est admittenda oppositio, argum. *cap. suscitata 6. de in integrum restit.* Hanc limitationem tradunt *Jason in l.4. §. condemnatum. nu.11. ff. de re judic. Covar. in pract. cap.16. num.2. Peguera decis.7. num.22. par.2. Gail. observ.69. num.5. & observ. 70. num.20. Rodriquez de execut. cap.8. num.2. Carlev.* ubi supra *num. 16.*

20 Tertius Clericus, sive alia persona Ecclesiastica principaliter pro suo interesse coram Judice sæculari comparens, an remittendus sit ad suum Judicem Ecclesiasticum?

Antequam ad resolutionem deveniamus, præmittendum est, quod

Tertius dupliciter ad causam venire potest, & in ejus arbitrio est venire in judicium ad defendendum collitigantem, vel adducere principaliter jus suum, & protestari, quod per illud judicium, & per qualemcumque sententiam nullum inferatur præjudicium juribus suis, juxta *Carav. pract. cap.5. num.8.*

Et primo modo, dum comparet ad coadjuvandum unum ex collitigantibus, auditur in terminis, in quibus causa reperitur coram eodem Judice, ut late sup. diximus, ita *de Luca ad Franch. observ.492. num.4.*

Secundo modo, dum non venit ad defendendum collitigantem, sed principaliter deducit jus suum, potest principaliter facere causam committere pro suo interesse, & auditur ex integro, ut supra diximus, ita *Seraphin. dec.906. post num.1.*

His sic stantibus, si tertius erit Clericus, & comparet primo modo ad coadjuvandum actorem, vel reum, certè non remittitur ad Judicem Ecclesiasticum, sed cogitur defendere collitigantem coram eodem Judice

laico, ubi est cœptum judicium in terminis, in quibus causa reperitur.

Sed si dictus tertius Clericus comparet secundo modo, principaliter pro suo interesse, certè dicta persona Ecclesiastica ad suum Judicem Ecclesiasticum remittenda est, ut ex integro audiatur coram suo Judice competente, non impedito tamen dicto judicio cœpto inter laicos collitigantes, nam fit interlocutoria, ut reservata sint jura dicto tertio, & nullum inferatur præjudicium per sententiam proferendam in dicto judicio, prout sic judicatum ad instantiam matris prætendentis similiter successionem filii, quæ comparuit uti tertia jus suum principaliter deducens in lite vertente cum alio, contra Patrem hæredem declaratum dicti filii, *de Franch.decis.493.de Luc.* ibi, qui *nu.3.* dicit non impediri cursum judicii cœpti, per *text.in l.si suspecta ff.de inoff.testam.*

Et ita Intelligendus est *Reg.de Marin.lib.2. resolut.* 179. qui resolvit cum *Dec.cons.ult.num.7.& Anchar. in reg. ea, quæ qu. 17. circa finem de regul. juris in 6. Honded. cons.25. num.16. lib.1.Phanuc.de invent. qu. 240. num. 12. & 23. In tract. divers.* volentes personam Ecclesiasticam principaliter pro suo interesse comparentem ad Judicem Ecclesiasticum esse remittendam.

Unde si quis ad instantiam creditoris faciat executionem, vel sequestrum super bonis debitoris Laici, comparente Clerico, & opponente bona executa, sivè sequestrata esse propria Clerici, illaque possidere asserente, ad Ecclesiasticum remittendus est, & neque judicium reconventionis, tali casu, ad instantiam creditoris laici potest prætendi, cum in tantum datur reconventio, in quantum procedit conventio, & in dicto casu non sunt dicti termini applicabiles.

Sed id, quod primo est hic advertendum; quod licet dictus

Tertius pro suo principali interesse remittitur ad suum Judicem, si est diversi fori; & si est eiusdem, potest facere committere principaliter causam pro suo interesse;

Tamen cursus judicii cœpti inter primos collitigantes, non impeditur, ut firmat *de Luc.ad Franch. d.obs.497.num.3.*cum *Merlin.contr.30. cent.1. nu.22.* ex *l.si suspecto, ff.de inoff.testam.*

Secundo est advertendum, quod tertius Clericus, vel alterius fori pro suo interesse principaliter comparens, est ad suum Judicem remittendus, quando veniret ut correus in causa, secus si veniret ut Actor, ut quando non esset possessor, sed forte aliquod haberet interesse contra laicum, eo enim casu non læditur Ecclesiastica libertas, ex quo dum Clericus aliquam habet actionem contra Laicum, cum illam exercere voluerit, tenetur coram seculari comparere, ita *de Marin.lib.1.resol.5a. num.1a. ex Tusch. lit.C.concl.239.num.21.vol.1.Ricc.dec.160.par.5.*idem *de Marin.lib.2.resol.6.num.2.*

Est insuper advertendum, quod tertius allegans bona executa, vel sequestrata esse sua, remittitur ad Judicem suum, quando certo constat ipsum tertium Clericum, vel alterius fori esse possessorem.

Secus in dubio, ut si fuerit executa res, quæ creditur possideri per Laicum, & Clericus opponeret, ut eam impediret, petens se ad proprium Iudicem remitti, nam tunc dictus Clericus coram seculari debet probare, juxta tradita per *Carlev.* latè *lib.1.tit.1.disp.2.qu.7. sect.3.*post *nu.933.*ex *Gramat.dec.41.Ricc. resol.146.Capyc.decis.8.num.7.*& ex aliis ibi congestis, qua probatione facta si certè constat illa bona per ipsum Clericum possideri, statim remittitur, & non potest Actor, prætextu, quod habet aliquod Ius, etiam contra Clericum trahere illum coram dicto Iudice sæculari, prætextu reconventionis, vel prorogationis factæ.

Dum dictus Clericus non voluntariè, sed coactè venit ad implorandum officium Iudicis, ne super bonis suis molestetur, & ideo nec reconventio, nec prorogatio habet locum in dicto casu, ut latè *de Marin.*ubi supra *d.resol.179.per totam.*

21 Tertius in judicio comparens, non impedit viam executivam prius motam, sed procedendum est ad sententiam, & venditionem bonorum, oppositione non obstante, præstita cautione de restituendo ad beneficium creditoris tardius venientis in casu succumbentiæ; & hæc sententia est contraria illi, quam superius diximus, & hanc tuentur *Tusc.lit.T.conclus. 86.num.13.* & ex *num.16.* licèt non satis clarè habeatur ob ea, quæ adjungit, sed clarius hoc dicit *Costa tract.de re integra disc.95.num.6.& 8. Giurb.dec.61. num.2.&17. & 18.* sed his respondet *Carlev.* ubi supra ex *nu.13.* qui concludit non recedendum esse a prima sententia superius dicta. Nam *Text.in l.a Divo Pio 15. §.sed & illud, vers. quod si res, ff. de re judic.* ubi se fundant dicti contrarii, loquitur in casu diverso, nam nos loquimur, cum tertius venit contra debitorem prius moventem judicium executivum, & contenditur uter ipsorum præferatur, & *d. text.* ubi se fundant, loquitur, quando concurrunt duo creditores super eodem pignore, quod pignus venditur, cum cautione solvendi pignus anteriori, quia unus obtinuit sententiam, & non aderant bona debitoris, quæ possent capi, nisi dictum pignus inventum apud alterum creditorem potiorem, vel anteriorem, inter quos non contenditur uter præferatur, sed solum, ut pignus vendatur, ut satisfacto priore creditore, possit reliquum pretii converti in satisfactionem alterius. Nec obstat *Text.in l.cur idem 60. de pet. hæred.* quia ibi agitur ad hæreditatem, vel rem singularem actione reali, vel petitione hæreditatis, aut reivindicatione, & tertius se opponit, quod res ad se pertinet, tunc primum judicium non retardatur, & qui primus obtinet sententiam, obtinet executionem, sed præstatur cautio tertio oppositori de restituendo illi in casu victoriæ; Tunc enim agitur de re, quæ potest avocari a secundo illo possessore, sicut avocaretur a primo.

At in nostro casu superius proposito, agitur actione personali ad obtinendam pecuniam a debitore, semel venditis bonis. Ideo securius est bona debitoris pignorata conservari, & differre eorum venditionem, ut prius diffiniatur cui, & quantum solvi debeat.

Neque obstat alius *Tex.in l.is a quo 57.ff.de reivindicatione*, de quo latè relinquitur videndum apud *Franch.dec.261.*ex *num.3. Afflі.dec.15.num.2.dec.232. De Amat.resol.variar.99.lib.2.* ex *num.30.*

Tertius veniens ex necessitate ad defendendum causam, ex persona sua non potest opponere exceptionem declinatoriæ fori, *tex.est in l.venditor ff.de judic.*

Et rationem assignat *Annibal. Troysius super prag. 11.de ord.Jud.* quæ incipit *Cursu dilationum nu. 39.* quia forum metitur ex persona rei, ideo cum laudans auctorem fit reus conventus ab actore, & non auctor laudatus, sive tertius veniens in judicio *glos.in d.l.venditor*, merito iudicium, ubi est cœptum, ibi prosequi debet, & ibi assistere debet dictus Tertius veniens, sive Auctor laudatus.

22 Tertius veniens ad causam licet non possit forum declinare ex sua persona, ut supra dictum est, potest tamen alias exceptiones concernentes defensionem ex sua persona, in judicium afferre, *tex.* est *in l.denique §.generaliter ff.mandati, Bart. in l.si quis libertatem ff.de petit.hæredit.*

Et ratio assignatur ab eodem *Troysio* ubi supra, quia illæ aliæ exceptiones concernunt defensionem spectantem principaliter ad ipsum tertium venientem ad causam, sive ad ipsum auctorem laudatum, quia jus

jus principale metitur non ex persona rei laudantis auctorem, sed ex persona actoris, & auctoris laudati.

Alia vide *in exceptione Auctoris laudati.*

C A P. LVII.

De Declaratione circa usum.

S U M M A R I U M.

DEclaratio circa usum est actus, quo instante altera parte quis declarat uti, vel non uti testibus, & scripturis, num. 1.

Declaratio circa usum inventa fuit, ut pœna falsi coerceri possit Principalis, num. 2.

Falsitatis auctor punitur absque dict. declaratione, nu. 3.

Declaratio circa usum peti debet ad finem redarguendi de falso, alius de falso non tenetur, num. 4.

Declarationem circa usum faciens, non dicat quod nolit uti, sed quod non expedit uti, & assignatur ratio, n. 5.

Falsitas testium productorum a Procuratore, non nocet Principali, qui nunquam comparuit, & exemplificatur in marito in causa uxoris, num. 6.

Principalis tenetur respondere, vel ratificare declarationem factam a Procuratore, num. 7.

Declaratio circa usum non valet, si fiat a Procuratore non habente mandatum specialissimum, & ratio affertur, num. 8.

Falsos testes, vel scripturas producens, eisque utens, amittit causam, & pœna falsi punitur, & quæ pœna sit de jure communi, & quæ de jure Regni, num. 9.

Declaratio circa usum peti potest ante, & post sententiam quandocunque, & assignatur ratio, num. 10.

Declaratio circa usum non cogitur fieri incontinenti, sed potest peti terminus ad consultè respondendum, num. 11.

Declaratio circa usum in nostro Regno non fit sponte, sed parte petente, nec fit protestative, & confuse, nec sub conditione, num. 12.

Formula declarationis circa usum, cum declarationibus, & assignatur ratio, num. 13.

Declaratio circa usum non est admittenda, nisi fiat explicite, & positivè, cum declarationibus, num. 14.

Falsus in uno judicatur falsus in omnibus, num. 15.

Declaratio velle uti introitu tantum, & non exitu non est admittenda, num. 16.

Falso instrumento utens non est admittendus ad alias probationes, num. 17.

Clericus litigans coram laico punitur pœna amissionis causæ a Iudice laico, num. 18.

Probationes non probant, quando recusatur fieri declaratio circa usum, num. 19.

Recusante aliquo facere declarationem, qua praxi utimur ad illum cogendum? num. 20.

Actor negans declarare circa usum non solum condemnatur ad principale negotium, sed ad expensas, nec amplius est audiendus, & assignatur ratio, num. 21.

Declaratione circa usum petita, & non facta si fuit provisum procedi ad ulteriora, acta non erunt nulla, n. 22. vide in fin. hujus capitis.

Mandatum specialissimum requiritur ad sic, & sic declarandum, & assignatur ratio, num. 23.

Mandatum generale ad declarandum circa usum non censetur factum, ut procurator utatur falsis, num. 24.

Declaratione circa usum facta a principali, potest etiam cogi procurator ad illam faciendam; sed facta a procuratore, & ratificata a principali sufficit, num. 25.

Falsos testes, vel falsas scripturas producens, illisque utens perdit causam, & punitur una cum testibus de falso, num. 26.

Falsitatem committens actor, & reus, solus actor perdit causam, & punitur falso, sed reus punitur solum falso, num. 27.

Declaratio circa usum fit, præcedente instantia partis ad mentem Pragmaticæ num. 28.

Utens falsitate ipso jure in Regno perdit causam, absque sententia declaratoria, num. 29.

Pœna falsi quis punitur in duobus casibus in causa civili, qui casus declarantur, num. 30.

Falsum instrumentum conficiens tenetur ad omne damnum, & interesse, & punitur pœna mortis in Regno, & qui non est Notarius punitur pœna deportationis, num. 31.

Notarius falsificans aliam scripturam punitur pœna extraordinaria, & officio privatur, num. 32.

Falsitas in re modica leviter punitur, & quæ dicatur modica, cum limitatione, num. 33.

Falsi pœna neuter punitur, quando unus contradicit alteri, cum limitationibus, num. 34.

Falsitas in criminali quoad torquendum creditur Notario, non quoad puniendum, secus in civili, num. 35.

Falsitas punitur per Iudicem, apud quem fuit commissa, num. 36.

Sindicatores sunt competentes pro falsitate coram ipsis commissa, etiam contra exemptos, secus si ut principalis deponit, & secus si Clericus, num. 37.

Falsum contra se ipsum nemo tenetur deponere, num. 38.

Falsam deponens Clericus coram sæculari, remittendus est ad Ecclesiasticum, ut puniat, num. 39.

Falsum deponens laicus coram Iudice Ecclesiastico ut testis, punitur a dicto Iudice Ecclesiastico; secus si ut principalis deponat, num. 40.

Falsitate non sufficienter punita à Iudice civili, in causa civili, Judex criminalis potest petere remissionem, ne remaneat impunita falsitas, & declaratur textus in l. nullum C. de testibus, num. 41.

Falsitas si constat ex eisdem actis in causa civili, prius expeditur Iudicium falsitatis, & deinde Iudicium Principale, in Curiis Ecclesiasticis, & extra Regnum, secus de jure Regni, num. 42.

Præjudicialia sunt sublata in Regno, num. 43.

Fidejussoriam cautionem de restituendo tenetur præstare qui obtinet sententiam in Regno, num. 44.

Causa civilis non impeditur ob criminalem falsitatis, num. 45.

Scriptura, si dubitatur an sit vera, vel falsa, est in electione litigantis agere criminaliter, vel civiliter, num. 46.

Originale tunc actor tenetur præsentare, quando est apud partem, non autem quando est apud Notarium, nu. 47.

Iudex ex officio præcipere potest Notario, ut exhibeat protocollum, num. 48.

Notarius non tenetur exhibere protocollum de instrumento in actis non exhibito, illudque de falso redarguere volenti, num. 49.

Formula declarationis circa usum facta per procuratorem, num. 50.

Formula declarationis circa usum facta a muliere extra judicium, num. 51.

Formula declarationis circa usum facta a muliere nolle uti actis, & similiter extra judicium, num. 52.

Hodie sublata dicta declaratio ex nov. Constit., nu. 53.

1 QUid sit Declaratio circa usum? Respondetur, est actus, quo instante altera parte, quis asserit se velle uti, vel non testibus, & scripturis. Ita *Verd. ad Gallup. par. 2. cap. 27. num. 58. fol. 207.*

2 Declaratio circa usum inventa fuit ad hoc, ut pœna falsi possit puniri Principalis: Nam qui aliena falsitate utitur, non punitur, nisi dolo malo usus fuerit: Non enim semper est in dolo, & poterit declarare animum suum nolle uti, & sic evitabit pœnam falsitatis, non enim sufficit usus, sed positiva declaratio utendi, ut quis puniatur pœna falsi, *Afflict. dec. 189.*

3 Quod est secus in Auctore falsitatis, qui eo ipso punitur, cum falsi crimen committat absque dicta declaratione, ita *Imper. Valerianus in l. si falso 8. C. ad l.* Cor-

Cornel. de fals. & qui's gravius punitur circa fabricationem falsitatis, quam circa usum testium falsorum, *Ursill.ad Afflict.dec.*189.*num.*5.

4 Hinc petens declarationem circa usum debet exprimere, quod petit ad finem redarguendi de falso, aliàs si hoc non exprimat, non tenetur pars facere declarationem: *Rovit. in pragm.*1. *num.* 16. *de falsis*, *Novar.in d.pragm.num.*4. *Verd.ad Gallup. par.*2. *cap.* 27.*num.*58. *fol.*209.

Et si fecerit declarationem, non tenetur de falso, quando non fuit petita cum dicta clausula ad finem redarguendi de falso, *Dom. Constant. super d.pragm.* 4.*de dilation.*

5 Et qui facit declarationem, non dicat, quod noluerit uti, sed quod non sibi expedit uti, sive non sunt necessaria in causa, *Ursill. ad Afflict. decis.*186.*nu.*4. *Capyc.dec.*67.*Petra rit.*70.*num.*13.

Et ratio assignatur ab *Annibale Troys. super prag.* 31.*de falsis*, quia tali responsione posset comprehendi esse falsos testes, juxta ea, quæ habentur *in l. si adversarius C.de fide instrum.*

Sed respondendo, quod sibi non expedit uti, sive non est hæc necessitas in causa, redditur cautus respondens, ita *Bald. in l.fin.pen.col.C. si ex falsis testib. Troys.*ubi supra *num.*12.

6 Si productio testium falsorum fuerit facta a procuratore in causa, in qua principalis nunquam comparuit, non debet amittere causam, ut declarat *Capyc. decis.* 67. exemplificando in marito, qui perdit jus suum, sed non nocet uxori, ex *Anania cons.* 12. incip. *ad intellectum*, *Troys.super prag.*31.*de falsis num.*7.

7 Sed principalis tenetur respondere, & Judex ad postulationem partis tenetur interrogare, per *l.ubicumque de interrog.action.Capyc. decis.*67. *num.*3. tunc si principalis ratum habendo, quod gessit procurator, declarat velle uti, tenebitur ipse principalis, & non procurator de falso, vel actione injuriarum, & ideo cautela est, ut interrogetur principalis, an velit uti, *Capyc.*ubi supra.

8 Declaratio circa usum facta a Procuratore speciale mandatum non habente, non tenet, sed debet fieri, vel cum speciali mandato, vel ab ipso principali, *Verde ad Gallap. p.*2.*c.*27. *sub num.*54. *Tartaglia cap.*4. *num.*21. *Mascat.part.*6.*glos.term.repul. nu.*10. *de Marin.ad Revert.dec.*140.*per tot. fol.*279. ubi citat *text. in cap.fin.*ubi *glos.verb.juramentum, de juramento calumn.in* 6.

Nec mandatum generale cum libera sufficit, ut *Bart.& Aretin.in l.si pater ff. quæ in fraudem cred.in l.*3. *§.si proc. ff.quod quisque jure*, *in l. si procurator C.de procur.* Imo quæritur specialissimum mandatum, ut tradit *Menoch.de arbitr. jud. lib.*2. *cent.*4.*cas.*315. *nu.*24.& 25.quem laudat *Muscat.part.*6 *glos.termin. nu.*10.adducti per *Cons.Petr.in rit.M.C.*53. *num.*3. & 282.*num.*20. *fol.*47.& *Carav. rit.*70.& *dict.rit.*53.

In quibus ritibus loquitur in omnibus declarationibus faciendis per Procuratorem, juxta ea, quæ ego dixi *in cap.*9. *par.*3. *num.*35. *fol.* 39. ubi ex errore torcularii fuit allegatus *de Luca ad Franch. dec.* 529. *num.*30.sed est *decis.*529.*num.*3.& torcularius allegavit *Ursil.ad Affl.dec.*147.*n.*7.sed est *dec.*148. & allegavit *l.sed an & ips.* sed est *l.cert.* 6. *§.sed an, & ipsos.*

Et ita intelligendus est *Dom. de Alexio ad Nicol. fol.*51.*num.*370. ex *Bajard.* ibi citato dicente, quod quando petitur ad finem puniendi de falso, debet fieri per principalem, & non per Procuratorem, licet habeat mandatum ad declarandum, scilicet generale, secus quando habet mandatum specialissimum, quia cum tale adest mandatum specialissimum, declaratio facta a Procuratore, habetur prout declaratio facta a Principali.

Ratio adducitur per *Capyc.dec.*67.*num.*3.ex doctrina *Bald.in cons.*94.incip.*Decreta domini caret*, 3.*volut.*ubi quis habuerat mandatum speciale ad jurandum, si juraverit falsum, ob quod ex forma statuti erat pœna cassuræ causæ, tenet, quod non propterea dominus dicta pœna afficeretur, quia nunquam quis videtur habere mandatum ad committendum falsum, vel quasi falsum, *l. divus §. nec generalem*, *ff.de falsis.*

Et facit *text.in l.si procurator ff.de condict.indebiti*, ubi *Jason*, per quem *tex.* non potest procurator ex suo facto facere incidere principalem in aliquod delictum, *Menoch.*ubi supra.

9 Producens falsos testes, vel falsas scripturas, eisque utens, punitur pœna falsi, & amittit causam, *Prag.* 1.*de falsis.*

Pœna falsi de jure communi est deportatio cum publicatione bonorum in homine libero, *l.* 1. *in fin. ff.ad leg.Cornel.de falsis*, *§.item lex, instit.de publ.judic. Rovit.& Troys. super dict.prag.*

Dicta pœna deportationis hodie non est in usu, sed ejus loco successit pœna triremium, verum in hoc Regno Neap. est quandoque in usu ob multas insulas, quæ hic sunt, *de Franch.decis.*140.*num.*1. *Dom.Marad. super sing.*150.

Publicatio bonorum etiam est hodie sublata per *Authent. bona damnatorum Cod. de bonis proscriptorum.*

Sed servatur solum in crimine hæresis, & majestatis, *Dom.Marad.dict.sing.*150.*in fin.*ex *Cabal.cas.*137. *num.*18.*pragm.de jur.fisc.lib.*5.*tit.*1.*num.*5. *Guazzin. defens.*8.*cap.*1.*num.*3.

10 Declaratio circa usum, licet sit statutum per *Prag.* 4.*de dilat.num.*8.quæ erat antiquitus 77. *de offic. S.R.C. §.*8.ut petatur infra quidecim dies post publicationem, & post notificationem scripturarum, una cum ratificatione principalis si petatur a Procuratore, tamen dicta *Pragmatica* non servatur, nam potest hodie peti ante, & post sententiam, quandocumque, etiam post eam transactam in rem judicatam, *Ursill. dec.*266.*in fin.Scop.ad Nicol. fol.*62.*n.*40. *Musc. p.*6.*gl. glos.Term.Repulsæ num.*10. *Motil.in grad. conclus.nu.* 12.ubi refellitur *Fab.Coda ad Codam fratrem* malè intelligentem *Muscat.* Et cave a *Dom.Franc.Constantio* super dicta *Pragm.*4. *de dilat.* dicente, in causis ordinariis habere locum dict.*Pragmaticam*, ut non possit peti post lapsum terminum 15. dierum, & dictam conclusionem petendi quandocumque etiam post sententiam, habere locum in causis magis summariis, ubi fit facultas loco publicationis; nam hoc est falsum, quia eadem ratio viget ubi fit publicatio, ac ubi fit facultas.

Et ratio assignatur, quia non dicitur transacta in rem judicatam sententia, quæ est fundata super falsis, *Ursil.*ubi supra, & *tot.tit. C.si ex falso instrumento.*

11 Verum litigator non tenetur facere in continenti dictam declarationem, sed potest petere terminum ad consultè respondendum, quando ambiguus esset de fide, & integritate testium, *Afflict.decis.*189. *nu.*2. & 4.*Rovit.in Pragm.*1.*num.*6.*de falsis.*

12 Declaratio circa usum, quicquid dixerunt DD. in aliis Senatibus, tamen in nostro Regno in praxi observatur, ut non fiat spontè, sed parte petente, & sic coactè, ut concludit *Hodiern.ad Surd.decis.*16.*nu.* 8 *Rovit.in Pragm.*1.*de falsis num.*4. *Petr. rit. M.C.V.* 281.*num.*29. *fol.*47.qui ait, Judicem non posse cogere ex se ad declarandum.

Quæ praxis desumitur ex *l.*3.*C.de fid.instrum.*& ex *l.penult.*ubi *Bart. ff.de falsis*, quam praxim confirmat *Prat. ad Muscat. tit. de falsis*, *vers. Practicabilis est etiam quæstio.*

Et fieri debet non protestativè, sed reservativè, non implicitè, & confusè, nec restrictivè, sed esse debet simplex, clara, & generalis, ita *Hodiern.* ubi supra, *Afflict.decis.*189.*Capyc.decis.*67. & ex aliis relatis

per

per *Thor. in compend. decis. in verb. declaratio circa usum lib.1. Cancer. var. resol. lib.2. tit. de testib. cap.20. num.47. in princip.*

Nec fit sub conditione, si veritatem dixerit, *Afflict. decis.189. Gallup. p.2. cap.28. num.4. & 6. de Marin. ad Revert. decis.140. num.2. ad 4.*

Limita, ubi fieret sponte, tunc conditionaliter fieri potest, idem *Hodiern.* ubi supra, *Gabriel. lib.7. conclus. tit. de Malefic. conclus.7. num.12. Gallup. p.2. cap.27. num.6. Marant. observ.15 in num.8.*

Limita etiam, ubi quis mediante Procuratore litigaverit, ideoque de veritate actorum non sit certioratus, tunc enim conditionaliter poterit respondere, *si, & in quantum, & quatenus testes veritatem dixerint, de Marin. lib.2. resol.78. num.5.*

13 Declaratio circa usum facta per hanc formulam non admittitur in nostro Regno, V.G. *quod intendit uti testibus per ipsum examinatis*, sed debet dicere, *quod vult uti omnibus testibus, omnibus ipsorum depositionibus, omnibus articulis, omnibus scripturis, omnibus relationibus, & finaliter toto processu*, & hæc est praxis quæ hodie servatur.

Nec potest dicere *omni modo meliori*, quia non esset formiter facta, ita *Hodiern. ad Surd. d. decis.16. in fin. & Tartagl. in prax. civ. cap.4. num.21. Muscat. glos. Termin. p.6. num.7. Scop. ad Nicol. fol.62. num.10. Mobil. in grad. conclus. num.12. fol.87.* ubi reiicit formulam, quæ tempore *Ursill.* admittebatur, relatam *in decis.189. num.2. ad Afflict.*

Declaratio circa usum debet esse generalis, & non protestativa, ut supra dictum est, nam non valeret, si adversarius responderet pro parte velle uti, & pro parte non, uno teste, & non alio uti velle, *de Franch. decis.173. num.7.*

Et sic debet generaliter in totum approbare, aut in totum reprobare testium depositiones, idque etiam si articuli essent separati, *de Marin. ad Revert. dec.140. & Anton. Fadella in l. ex falsis vers. exinde C. de transact. Ursil. ad Afflict. decis.189.*

Et ratio assignatur, quia dum dicta declaratio debet fieri cum juramento, quod est individuum; propterea individua pariter reddit omnia sua documenta super quibus profertur, *de Franch. dict. dec.173.*

14 Declaratione facta, quod quis vult uti testium depositionibus, si a parte opponatur, quod non sit ea admittenda, & debeat fieri positiva, & explicita, quod vult uti omnibus testibus, & omnibus ipsorum depositionibus; & omnibus articulis, juxta formam traditam a *Muscat. in p.6. glos. Termino num.7.* dicta exceptio obstat.

Et ratio est, quia juramentum est individuum, & non potest dividi, quod vult in parte uti, & in parte non; quasi implicite declaraverit, quod vult uti depositione pro se facta a teste, sed non vult uti ipso teste, & sic dicitur declaratio obscura, quæ obscuram intelligentiam habere potest, & potest habere divisionem, ut licet testis sit alias falsitate notatus, tamen vult uti depositione tantum facta, ad beneficium declarantis, quod fieri non potest in parte, & partibus, sed debet fieri generaliter, & clare, quæ non habeat aliam intrinsecam intelligentiam, quia duplici respectu petitur huiusmodi declaratio.

Primo, ad finem, ne possit ulterius renunciare usui testium, qui declaravit velle uti, vel ne possit iterato producere testem, qui declaravit non uti; ita *Text. in l. si adversarius 3. Cod. de fid. instrum.*

Secundo, ne possit utens allegare se carere dolo, & quod non fuit conscius falsitatis, cum per declarationem remaneat probata qualitas doli, juxta *l. secundam, & tertiam, C. de fide instrum. & l. tertiam C. si reus, vel accusator, & l. si falsos codicillos 7. C. ad l. Cornel. de fals.* & juxta *Pragm.1. & 4. de fals.* Falsitas enim sine dolo non est.

Et quia falsus in uno judicatur falsus in omnibus, & falsus in una causa non potest in alio produci, *Novar. in prælud. de gravam. vassal. num.9. Gizzarell. decis.86. num.2.*

Ideo declaratio debet individualiter fieri, non solum de utendo testium depositionibus, sed ipsis testibus, qui deposuerunt, alias non est admittenda, & ita practicatur.

Sed hæc ratio vera est, quoad unam depositionem testium, vel unum instrumentum, ut non possit pro parte approbari per usum, & pro parte respui per non usum, secus vero quoad diversos testes, diversaque instrumenta, nam individuum est juramentum respectu unius depositionis tantum, exclusa depositione alterius, atque ita videtur sentire *Ursil. dec.189.*

15 Ac contrarium refert judicatum *Novar. prælud. 9. de Gravam. vassall. num.9. & Gizz. decis.86. lib.2.* nam falsus in uno judicatur falsus in omnibus, & etiam, quod alii testes essent legitimi, totus processus impeditur propter unum testem falsum, *d. Authores*, ubi sup., *Gizzar. decis.96. lib.6.* ex *Barbos. in l.1. n.3. Cod. de quæstion.*

16 Verum producens bilancia, & introitus cujusdam administrationis, declaravit velle uti introitu tantum, & reluctante adversario, qui repetivit non esse admittendam dictam declarationem uti non formiter factam; fuit decisum die 10. Januarii 1673. quod declaratio firma remaneat, ut ex actis penes Joseph Lombardum, teste *Domino Maradei obser.150. nu.8.*

17 Et falso instrumento utens in judicio, non est admittendus ad alias probationes etiam per testes, etiam si contra Clericum agatur, qui litigans coram
18 Judice laico potest puniri pœna amissionis causæ a dicto Judice laico, ut fuit decisum apud *Ant. Fab. in suo Cod. lib.9. tit.13. defin.31. ad l. Cornel. de falsis, Marad. obser.150. num.3. fol.121.*

19 Declarationem circa usum si non fecerit is, a quo illa petitur, probationes remanent inanes, & succumbit in illis: verum poterit in secunda instantia declarare se nolle uti, dummodo dicta declaratio nullo modo sit facta in prima instantia, *Rovit. in pragm. 1. de falsis, Cravett. cons.46. num.11.*

20 Ad quam declarationem faciendam cogitur mediantibus binis, vel tribus decretis, quod fiat petita declaratio, alias de scriptura præsentata nulla habeatur ratio, & sic servatum dicit *Cons. Pratus in respons. crimin. 5. num. 2.* quem sequitur, & citat *Dominus Marad. observ.156. num.6.*

Et actor cogitur etiam per negationem audientiæ, dum non auditur, nisi prius fecerit petitam declarationem, ut vidi pluries servari, tam in M.C. quam in S.R.C., qua facta intimatur copia parti adversæ, & proceditur ad ulteriora.

Erit itaque in arbitrium rei conventi, qui petiit declarationem circa usum ab actore, vel denegare audientiam, ne ad ulteriora procedatur, donec fecerit actor declarationem petitam circa usum, vel inculcare præcepta, & post bina, vel trina præcepta declarari facere, quod nulla habeatur ratio de scripturis, testibus, & instrumentis præsentatis, juxta tradita per *Pratum, & Marad. loc. cit.* vel quod in ejus contumaciam declaratio petita habeatur facta, prout sibi deterius, (Quod idem est).

21 Nam ex defectu probationum, dum non habetur ratio testium, articulorum, & scripturarum, actor negans declarare, condemnandus est non solum in principali negotio, sed in expensis, juxta generalem praxim desumptam ex *text. in l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. act.* ita *Jo: Ant. Molegn. alterc.30. nu.1.*

Et declaratio subsecuta post decretum latum, ut negans habeatur pro confesso in odium suæ contumaciæ prout deterius sibi in negotio prædicto nocere poterit, non prodest, quia negans uti contumax

in

in declarando, non est amplius audiendus in dicto actu declarandi, *text. in l. sancimus, C. de judic. l. 2. §. quid si actor*, ubi *DD. C. de jurami. calum. Menoch. de arbitr. cas. 36. Molign.* ubi supra *num. 5.*

Et est quæsitum jus collitiganti, ex decreto jam acceptato; ita etiam si fuerit facta declaratio circa usum, se nolle uti testibus instante parte, non valet deinde eum pœnitere, ut possit uti, quia est jus parti quæsitum, neque in gradu appellationis, *Petra rit. 281. num. 37. ex Rovit. Pragm. 1. nu. 5. & 7.*

Et recognita apoca in contumaciam citati personaliter, non licere debitori moram purgare, decisum refert idem *Petr. loc. cit.* post *Apicell. in Tatam. Pauper. tit. 5. de quinquennali dilat. num. 17. Bart. in dict. l. si is cui, Cacheran. dec. Pedem. §. Cavalc. in dec. 27. nu. 60. ex l. si insulam, ff. de verb. oblig. Gizzarel. decis. 40.*

22 Et ubi fuerit petita, & non fuerit facta, & fuit processum ad ulteriora, an acta erunt nulla? dic, quod non.

23 Mandatum specialissimum debet esse individuum ad sic, & sic respondendum, idem *Menoch.* ubi supra *num. 25. ex Bart. in l. filius fam. num. 11. ff. de donat.*

Alias poterit semper dicere, ita non intendebam respondere, nec credebam talem esse disceptationem.

Mandatum speciale ad declarandum circa usum præsumitur factum, ut Procurator utatur testibus, & scripturis non falsis, non autem videtur datum mandatum ad committendum falsum, sive quasi falsum, *l. si divus §. nec generaliter ff. de falsis.*

Et videtur dictum individuum, & specialissimum mandatum requiri etiam per nostram *Pragmaticam primam de falsis*, quæ incipit, *Testem falsum*, ibi, in principio: *Testem falsum, vel aliam scripturam, qui in causa scienter produxerit, vel eo usus fuerit ipso jure causam perdit*, (ubi nota, *scienter*) *nisi infra octo dies post processum publicatum continuo sequentes renunciaverit coram Judice talis testis depositioni, specifice, & non in generali*; (ubi nota, *specifice*) & inferius versus finem, ibi: *similiterque contra principalem producentem, & utentem, Judex causa procedere debeat*: nota (*contra principalem utentem*) scilicet *scienter*, ut dixit in principio; sed quando utitur mediante Procuratore absque mandato specialissimo, & individuo, potest principalis se excusare, quod si scivisset Procuratorem produxisse, vel usum fuisse testibus, vel scripturis falsis, eis renunciasset, & licet dedisset mandatum speciale ad respondum circa usum, non putaverat, quod Procurator falsis uteretur.

24 In mandato generali non censetur quis mandasse, ut Procurator utatur falsis, & delinquat, & faciat incidere in pœnam, *l. si Procurator ff. de condict. indebit. Grat. discept. 806. num. 2.*

25 Verum licet facta fuerit a principali, potest etiam cogi Procurator ad illam faciendam, ut decisum in S. C. refert *Novar. in pragm. de dilat. num. 3. Thor. comp. dec. tom. 2. ver. Proc. Nicol. fol. mihi 55. sub nu. 113. de Alex. ad Nicol. d. fol. 55. nu. 375.*

Sed si facta fuerit per Procuratorem absque mandato speciali, quæ fuerit ratificata per Principalem, sufficit, ne pabulum detur calumniis Procuratorum, *Scop. ad Nicol. d. fol. 55. n. 30. Muscat.* ubi supra.

26 Falsos testes, vel falsas scripturas producens, illisque utens, ultra amissionem causæ, punitur pœna falsi una cum testibus, ex *Prag. 1. & 4. de falsis*, ubi imponitur pœna truncationis manus, & perpetui exilii à Regno pro falsitate in civilibus causis, sed pœna mortis in causis criminalibus.

27 Et si utraque pars falsitatem committit, hoc casu actor solus causam perdit, non Reus & ultra amissionẽ causæ punitur etiam Actor; at Reus punitur quidem, sed non amittit causam, ita concludit *Prat. ad Musc. in prax. crim. tit. de fals.* ex traditis per *Hieron. Grace. in add. ad Clar. in §. falsum lit. T. in verbo punitus de falso*, ubi *Bossi. d. n. 297. vers. item adde si actor*, & rationem assignat post *Bald. Iason. & Farin. Rovit. in d. Prag. nu. 37. Decian. tract. crim. lib. 3. c. 35. n. 10. Sebast. Medic. in opusc. 7. num. 23.* scilicet quia in pari turpitudine melior est conditio possidentis, & in pari causa potius pro reo profertur.

28 Sed ut teneatur pœnâ dictæ *Pragmaticæ*, non sufficit sola productio testium, vel scripturarum falsarum; verum requiritur expressè declaratio, quod vult uti ipsis testibus, & scripturis, præcedente interrogatione, seu instantia partis adversæ, pro dicta declaratione faciẽda, & ita servatur in practica, ut testatur idem *Pratus* ubi supra per *text. in l. 3. C. de fid. instrum. & in l. pen.* ubi *Bar. de fals.*, *Affl. dec. 189. nu. 2. Rovit. in dict. prag.* incipiente, *testem falsum nu. 4.*

29 De jure communi disputatur, an requiratur sententia declaratoria, vel ipso jure perdat causam falsificans in ea, ut apud *Boer. decis. 161.* sed ex dicta *prag.* tollitur ejusmodi disputatio in Regno, ubi ipso jure est pœna amissionis causæ inducta, ut advertit, & tuetur *Caponus discept. forens. 37. lib. 1.* idem sequitur *D. Marad. obser. 150. num. 3. fol. 121.* & verba dictæ Pragmaticæ sunt clara, ibi: *ipso jure caussam perdat, nisi infra octo dies post processum publicatum continuo sequentes, renunciaverit coram Judice talis testis depositioni specifice, & non in generali.*

30 Falsos testes, vel falsa instrumenta producens in causa civili de jure Regni amittit causam, *prag. de falsis*, & punitur pœna falsi in duobus casibus.

Primo, quando probatur scientia, & malitia litigantis, quod scienter, & dolo malo produxit testes, vel instrumenta falsa, quo casu etiam declaratione circa usum non facta punitur, & perdit causam.

Secundo casu, quando non potest probari dictus dolus, sed petita declaratione circa usum, declaravit velle uti; *Rovit. pragm. 1. de falsis, Clarus lib. 5. sent. criminal. §. falsum a num. 4.*

Sed limitatur in Ecclesia, minore, muliere, & aliis privilegiatis, seu miserabilibus personis, qui non puniuntur ipsi, sed punitur Procurator, curator, tutor & actor eorum, ut in dicta *pragm. 1. de falsis.*

Item limitatur in Reo, qui punitur, sed non perdit causam, ut superius dictum est.

Sed ut supra minor, mulier, & ceteræ personæ in dicta *pragm.* notatæ excusantur a pœna falsitatis corporali, & bonorum, non vero a pœna amissionis causæ, & ita explicat dict. *Pragm. Reg. Tap. in dict. Pragm. 1. de falsis num. 3. com. 6. de jure Regn. Gallup. cap. 27. num. 3. Caponus discept. forens. 57. lib. 1. Dominus Marad. annotat. 150 num. 2. fol. 121.*

Falsi testes falsum dicentes, vel vera tacentes, aut quomodocumque immutantes, puniuntur pœna *l. Cornel. de fals.* scil. deportantur, *l. qui falsa, C. de testib.*

Imo si quis deponat veritatem sibi ignotam, prece, vel pretio allectus, extraordinariè punitur.

Falsitatis auctor, vel est testis, vel Notarius, differt ab eo, qui aliena falsitate utitur, ut est litigans; qui producit testes, vel instrumentum falsum, nam prior eo ipso punitur, quod falsum crimen committit.

Posterior non punitur per simplicem usum, quia præsumitur absque dolo malo produxisse, & poterit abstinere, cum dicta falsitas venerit ad ejus notitiam, ita *Valerianus in l. si falsos 8. C. ad l. Cor. de fals.*

Ideo ad falsi pœnam contrahendam, requiritur positiva declaratio utendi; hinc fit, ut in causis civilibus petitur declaratio circa usum, ut ex ea videatur in dolo esse; quod cum quis falsos produxit testes, vel scripturam falsam, si usurum se negat, remaneat qualitas doli purgata, juxta *l. 2. & 3. C. de fide instrum. l. 1. C. ut reus, vel accusator*, ut *d. l. si falsos.*

Verum si aliundè poterit probari dolus malus, & malitia producentis testes, vel instrumenta falsa, tunc indistinctè punitur, adhuc declaratione circa

usum

uſum non facta, *Carleval.lib.5.tit.8.a num.4.Rov.prag.1.de falſis.*

31 Falſum inſtrumentum conficiens Notarius, vel fideliter ab ore contrahentium non excipiens, tenetur ad omne damnum, & intereſſe, & de jure civili deportatur, ita ſtatuit *Io.Andr.& Salyc.in l.1.§.ult.ff.ad l.Cornel.de falſ.Affl.dec.ult.num.21.*

Sed de jure Regni *in Conſtit.ubique locorum* pœnâ mortis naturalis coercetur; quam *Conſtitutionem*, licet *Afflict.* ſenſerit procedere in Notario Judicia, ſcilicet Actuario falſificante chartas judiciales, ideſt proceſſum: tamen Sacr.Conſ.definivit idem in quolibet Notario, *Capyc.dec.863.Gram.dec.27.* penes *Foller.1.par.2.per.verſ.item quod committens falſitatem num.79.*

Falſificans proceſſum Actuarius, punitur pœna mortis, ut ſupra, per dictam *Conſtitutionem.*

Falſificans inſtrumentum, vel abradens alia perſona, quæ non eſt Notarius; tunc non punitur pœna mortis, quia illa pœna eſt ſpecialis in Notario. Et qui non eſt Notarius, punitur pœna *l.Corneliæ* diſpoſita per Jus com.nempe pœna deportationis, *Clarus §.falſum lib.5.num.17.Affl.dec.ult.* poſt *num.4.*

32 Falſificans Notarius ſcripturam, officio privatur, & extraordinaria pœna punitur, *Affl.loc.cit.nu.23.* ratione, ut ibi.

33 Falſitas in re modica dicitur leve delictum, etiam, quod dolus intervenerit, & leviter debet puniri, *Bajardus ad Clarum lib.5.§.falſum num.286. per Cravet. conſ.46. num.12. in fine, & conſ.75. num.26. Roland.conſ.38. nu.37.vol.2. Menoch. de arbitr. judic. caſ.306.num.36.*

Et res modica dicitur, quando non excedit ſummam duorum aureorum, in qua ſumma non datur actio de dolo, *Bajard.ad Clar.* ubi ſupra.

Limita in litteris Apoſtolicis, vel Regiis, ubi licet ſit modica raſura, vel modica mutatio, vel in parte non ſubſtantiali, non procedit ulla diſtinctio, ſicuti in aliis; quia ſemper punitur, *Bajard.* ubi ſupra.

34 Falſi pœna neuter punitur, quando unus teſtis alteri contradicit.

Sic etiam quando plures teſtes contradicunt, tunc nemo punitur de falſo.

Datur tamen facultas Judici inquirendi tantum contra omnes.

Secus vero, quando unus contradiceret duobus, vel pluribus, quia ille unus præſumitur falſarius; latè *Boſſius* hæc omnia concludit *in tit.de falſis a num.18.* uſque *ad 24.per Alex. in l.duobus §.fin.verſ.ſubdit Bart.in l.1.§.2. ff.de bonor.poſſeſ. ſecund.tabul.*

Idem *Alex.in conſ.66.col.3.vol.2.ver.& per hoc patet, Aret.in conſ.93.col.2.*

Limita hanc concluſionem, quod ubi teſtis contradicit ſcripturæ, quia dicit *non ſic dixi*, & Notarius affirmat, eum ita dixiſſe, tunc licet neuter punitur de falſo juxta regulam ſupra poſitam, tamen teſtis poteſt torqueri, ex quo auctoritas Notarii prævalet, quia habet duorum teſtium vim.

35 Adeo quod licet quoad criminale judicium non ſtetur Notario contra teſtem quoad eum puniendum, ſed ſolum quoad torquendum, ut ſupra.

Tamen quoad civile judicium, magis ſtatur ſcripturæ, & tabellioni, quam teſti, ut idem *Boſ.* concludit ubi ſupra *num.16.* Ex pluribus DD.ibi allegatis, *Capyc.dec.94.per totam.*

Et ratio, quare poteſt tantum torqueri, eſt, quia convincitur per unum teſtem digniorem.

36 Falſitas commiſſa cognoſcitur, & punitur per Judicem, apud quem fuit commiſſa, & cujus aures, & dignitatem offendit, & Miles non gaudet foro, ſed ſubiicitur Judici, apud quem falſum depoſuit, *l. nullum 14.C.de teſtibus, Cabal.caſu 294.num.257.*

37 Et Syndicatores etiam ſunt competentes pro falſitate coram ipſis commiſſa, ut dicemus *in tit. de Syndic.Official.*

Intellige, ſi Miles ſit teſtis: nam ſi ut principalis deponit, cognitio non ſpectat ad alium Judicem, niſi ſuum competentem, tunc enim interrogatus a Judice prorſus incompetente, non tenetur dicere veritatem; Item quia nemo tenetur deponere contra ſe ipſum, *de Marin.lib.2.reſolut.cap.3.in fine*, ubi declaratur *Afflict.dec.219.*

38 Quæ concluſio fallit, quoties Judex eſt prorſus incompetens, ex privilegio, ut eſt Clericus deponens falſum coram Judice laico, ita *de Marin. lib.1. reſol. 50.num.1.*

39 Unde falſum deponens Clericus coram Judice ſæculari, remittendus eſt ad Judicem Eccleſiaſticum, ut illum puniat, etiam ſi tanquam abſque habitu Clericali, & ſine aliqua tonſura coram Iudice ſæculari depoſuerit, ut latè *de Marin.lib.1.reſol.50.num.2.*

Et ratio aſſignatur, quia *Textus in l. nullum C. de teſtibus* juxta deciſa penès *Afflict.deciſ.230.* ubi *Urſil.* locum non habet, quoties Judex, cujus aures ſunt offenſæ, eſt prorſus incompetens illius, qui offendit, ſicque in S. C. deciſum refert *Tapp.lib.2. Iur.Regn.tit. de offic.Procurat.Cæſar.pragm.13. num.2, fol.203. & deciſ.13.S.C.*

40 Verum laicus deponens falſum in Curia Eccleſiaſtica, tunc Iudex Eccleſiaſticus eſt competens ad puniendum dictum laicum de falſo; *Afflict. deciſ. 219.* ubi Addentes, *Genuenſ.in praxi Curiæ Archiep.Neap. cap.9.num.3.* Quia Eccleſiaſticus non eſt omnino incompetens laici, prout eſt Judex laicus incompetens Clerici.

Quæ concluſio intelligitur non habere locum, niſi quando laicus, ut teſtis deponit coram Eccleſiaſtico, nam ſi deponit uti principalis in crimine mixti fori, ut in crimine abortus, tunc non eſt competens Eccleſiaſticus, quia interrogatus a Iudice prorſus incompetente, non tenetur dicere veritatem. Item quia nemo tenetur deponere contra ſe ipſum, ita reſolvit *de Marin.lib.2.reſol.cap.3.in fine*, & ſic declaratur *d. deciſ.Afflict.*

41 Falſum deponens in Curia civili ab eodem Judice civili punitur, ut deciſum refert *Epiſcopus Riccius in collect.2656.*

Quæ concluſio intelligenda eſt, ut Judex civilis poſſit punire pœna amiſſionis cauſæ, quæ eſt pœna civilis dicti delicti falſitatis, non aliter.

Et Judex criminalis, & Baro criminalis, tunc remiſſionem petere poteſt, ne ſufficienter remaneat impunita falſitas commiſſa.

Nam eſſet vanum perſuadere, ut criminaliter punire poſſet, dum in habitu talem juriſdictionem non habet, idem *Capibl.* ubi ſupra, *de Franch.deciſ.722.num.4.* prout in Judice delegato, *Covar. pract. quæſt. 85. Menoch.de arbitr. Jud.quæſt.91.*

42 Falſitas teſtium de jure communi retardabat judicium civile, ſed hodie ex jure Regni in arbitrio Judicis eſt, vel prius civilem litem terminare præſtita cautione de reſtituendo, caſu, quo verè comperiatur; vel utrumque judicium, civile, civilitèr; & criminaliter falſitatis unico proceſſu judicare, ex *Conſtitutione Si civiliter agent*, & *pragm.2.de falſis*, *Urſil. & Afflict. deciſ.229.Franch.dec.147.Grammat. deciſ.60. Capyc. deciſ.25. Ricc.collect.1775.*, *de Marin. reſol.78. lib.2. num.8.Capyc.deciſ.73.*

Limita, ubi falſitas eſſet ex eiſdem actis, tunc cum conſtiterit Judici de dicta falſitate, ſervatur jus commune, nempè, quod prius expeditur judicium falſitatis, & ſuperſedetur in judicio principali, ut ſtatuitur in dicta *Pragmatica.*

Regulariter enim in cauſſa primò mota ſuperſedetur, ſi moveatur altera, quæ eſt excluſiva juris agentis, ſive ambæ civiles, ſive ambæ criminales ſint. Si

una sit præjudicialis, & in alia supersedendum est, in ea autem, quæ est præjudicialis alteri, procedendum, scilicet proceditur in illa, quæ ex sui natura postulat, ut prius de illa judicetur in concursu aliarum, *Angol. in l.qui prior 19. num.2. ff. de judic. Anchar.cons. 62.num.1.Cravett.cons.280.num.1. & 2. Farinac. qu. 100.num.60.*

Et omnia supradicta intelligas de jure communi, & sic in Curiis Ecclesiasticis, vel aliis extra Regnum; Secus de jure Regni nostri, ubi quemadmodum exceptiones præjudiciales non habent effectum suspensivum, sed simul cum causa principali examinantur, juxta *Constit.Exceptione filiationis lib.2. tit.23.* apud *Afflict. rub.22.* ita actiones præjudiciales non suspendunt cursum causæ prius motæ, sed simul procedit cursus utriusque causæ, ex *Constit. Si civiliter agas lib.2.tit.21.*

43 Omnia enim præjudicialia sunt sublata in Regno per dictas duas *Constitutiones.* Concordat *Pragm.2. de falsis in princ.*quâ statuitur, ne impediatur cursus causæ civilis, ex supervenientia accusationis criminalis de falsitate, sed in utraque causa simul procedatur, & criminalis civilem non impediat, neque sententiam diffinitivam illius retardet, & per illam corrigitur jus commune, *Trentacinq.resol.7.nu.10.Gram.dec.60.nu. 22.Mastril.decis.220.num.1.*

44 Verum qui obtinet sententiam pro se, tenetur præstare fideiussoriam cautionem de restituendo quicquid ex dicta sententia fuerit consequutus una cum expensis litis, si succubuerit in causa criminali, ut *in dicta Pragm.2. de falsis in fine primæ partis*, quæ lata est a *D. Raymundo d Cardona*, quia per dictam *Pragm.* statutum est, ut qui scienter produxerit testes falsos, vel instantiam falsam, perdat causam. Quapropter æquum est, ut caveatur Reo in casu, quo constiterit de dicta falsitate; dum adhuc de illa non constat, non impeditur cursus. Et propter hoc nota, quod

45 Causa civilis non impeditur ob accusationem criminalem falsitatis, sed quando constat de ipsa falsitate ex eisdem actis, & ex processu currenti super causa principali; tunc supersedetur in causa principali, & super falsitate pronunciandum est prius, sic statuitur *in dict.Pragm.4.de falsis in 2.par.*& dicit sic servari *Gram.decis.60.num.24.* & consonat *Mastril. decis. 220.num.7.Carleval.lib.1.tit.2.disp.6.num.42.*& vide apud *Musc.in glos.actionem par.5. quando causa criminalis fuerit prius mota*, & quæ nos diximus *in cap. de reconvent.*

Text.in l.damus C.ad l.Cornel.de falsis.

46 Si in judicio præsentetur scriptura, de qua dubitatur, an sit vera, vel falsa, est in electione litigantium experiri criminaliter, vel civiliter.

Ecce igitur, quod parti competit actio, etiam agendi criminaliter.

Falsi exceptio potest opponi etiam post sententiam, *tex.in cap.cum venerabilis extra de except.*

Et sententia ex falsis instrumentis, vel testibus lata non solum non est exequutioni mandanda, & suspendenda, *l.judicati 4.C.si ex falsis instrumentis*; Sed neque ejus ulla ratio habenda est, *l. 2. & 3. Caodem titulo, Caroc. de remed. contra sententias except. 39. & 40.Zasius responsorum lib.1.cap.13. Carleval.lib.1. tit.2.disput.8.in fine.*

47 Originale tunc Actor tenetur iterum præsentare ad instantiam partis petentis redarguere de falso, quando est apud partem, non autem quando est apud Notarium, *Capyc.decis.40.num.4. Ursil.decis.559.* & ita decisum penes *Franch.dec.194. Muscatell. par.3.gl. respondendum num.16.de Marin.resol.186.tom.1.Fontanel.de pact.nups.tom.2.claus.13.glos.unica*; dum potest adire Notarium, & protocollum inspicere, *Fontanel.& DD.*ubi supra.

48 Sed si Judici videbitur probabilis timor falsitatis, ex officio potest præcipere Notario protocolli exhibitionem, *Prat.ad Muscatel. gloss.respondendum p.3.§. an autem, Franch.dec.164.Capyc.decis.40.Cacher.decis. 16.Minad.decis.40.num.3. Roland. cons.44.vol.1. Gallup.p.2.cap.7.nu.38.& cap.8.num.58.*

49 Verum Notarius non tenetur exhibere protocollum de instrumento in actis non exhibito, illud de de falso redarguere volenti, ut per *Roland. cons.44. dub.1.vol.1.*ubi plenè; quem refert, & sequitur *Giac. ad Clarum lib.5.§.falsum num.159.*

Dixi supra, quod si opponatur nullitas, ex eo, quia fuit petita declaratio circa usum, & non fuit facta ab adversario, nulla habetur ratio de dicta nullitate, ita etiam, si petita fuit cautio expensarum; nam semper, & in quacumque parte judicii declaratio circa usum, & cautio expensarum adimpleri possunt, & omissio prædicta non vitiat acta facta, sed potest Judex impedire acta facienda per denegationem audientiæ, vel adhibendo alia remedia.

Et ratio est illa, quæ traditur per *Reg. Sanfelic. in prima sect. sua praxis*, quia in Regno sunt sublatæ omnes sollemnitates, exceptis, quæ respiciunt legitimationem personæ, tam litigantium, quam Judicis, & quæ concernunt facti probationem, & reorum defensionem, juxta sensum, & mentem *pragm.1. de ord. Jud.& cap.insert.in rit. M.C.V.*288.cum quo concordat sequens *ritus* 289. Verba *ritus* 288 *in fine*, sunt clara, ibi: *quas quidem literas decernimus intelligi debere de quacumque omissione, etiam substantialis processus sollemnitatis; dummodo aliàs ritè, & rectè sententia proferatur.*

Et verba *rit.289.*ibi: *Non obstantibus quibuscumque libelli ineptitudine, ac nullitate, aut si tacam processum respicerent, & personas litigantium, aut Jurisdictionis, seu Judicis non concernunt, dum tamen constet secundum veritatem.*

Et licet actor statim adimplet, hoc fit, ne retardetur in hujusmodi frivolis jurgiis reorum. Quod nota bene, quia nostri Practici hoc non bene explicarunt.

50 ***Formula declarationis circa usum facta a Procuratore.***

In causa Magn.Sophiæ de iudice Matthæo, & Felicis Franchinæ, cum Magnif.Vito Antonio, & Faustina de Ajutolo Conjugibus, ut in actis.

Die 13. mensis Martii 1699. Neapoli. Personaliter constitutus penès acta S.R.C.& præsentis causæ Mag. U.I.D.Hieronymus Cicerchi Procurator cum speciali mandato retroscriptarum Sophiæ del Giudice Matteo, & Felicis Franchino, qui vigore retroscriptæ potestatis ei attributæ, vigore retroscriptæ Procurationis, cum juramento declarat, velle uti omnibus supplicationibus, petitionibus, comparitionibus, instantiis, replicationibus, instrumentis, decretis, Porteriorum, & Alguzeriorum relationibus, articulis omnibus, testibus, & testium depositionibus, omnibusque aliis ad instantiam prædictorum ejus principalium factis, & scripturis ad instantiam eorundem præsentatis, & denique toto Processu ad instantiam dictarum ejus principalium fabricato, & ita jurando in animam ejus principalium cum juramento declarat.

Io Girolamo Cicerchi Procuratore con speciale mandato dichiaro, ut supra.

Falcons Actor. Mag.
Crassus Scriba.

Die 13.mensis Martii 1699.Neap.Per Domin.Militem U.I.D.Amatum Danio Regium Consiliarium, & causæ Commissarium, visis actis fuit in præsenti causa facta conclusio cum termino juris in forma ad percuntandum acta, & examen.

Verum quandocumque venerit examen partis adver-

versæ, recipiatur, & de Testium depositionibus habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit in decisione causæ; hoc suum, & intimetur.

Amatus David.
Falout.
Cerasius Scriba.

Instando replicatis, reservat viso examine jura suis Principalibus competentia, salvis aliis, &c.

51 *Formola di dichiarazione circa usum fatta da femmina per mano di pubblico Notaro senza venire al luogo del Giudice.*

In causa Magnificæ Franciscæ Santoro, cum Leonardo Riccio.

Constituta Magnifica Francisca Santoro de Neapoli, etiam cum juramento declarat, in causa quam habet cum Leonardo Riccio, velle uti omnibus supplicationibus, comparitionibus, Porteriorum relationibus, instrumentis sui crediti, omnibusque aliis scripturis pro se ipsa facientibus, nec non similiter velle uti scripturis satisfactionum annuorum ducatorum octo præsentatorum per dictum Leonardum, uti cessionarium sororis Sylviæ Santoro, & denique toto processu ad ejus instantiam facto, & actitato, & ita cum juramento declarat, servata forma Regiæ Pragmaticæ, & ad saturitatem partis ex adverso velle uti etiam præsenti declaratione. Neap. die 23. mensis Novembris 1699.

Francesca Santoro dichiara, come di sopra, e per essa non sapere scrivere per mano di me Notaro Simone Orio di Napoli di suo ordine e volontà, & in fede signavi. locus signi.

52 *Altra formola di dichiarazione circa usum fatta da femmina per mano di Notaro, quando non si vuole servire degli atti fatti.*

In causa Magnificæ Annæ Sacco cum Magnificis Bruna Fraicella, & Bellissimo Campio.

Constituta dicta Magnifica Anna Sacco Civitatis Materæ sponte in vulgari eloquio pro faciliori facti intelligentia, asserisce, come nella causa vertente nella G.C. della Vicaria con detti Magnifici Bruna Fraicella, e Bellissimo Campio circa il preambolo del quo Reverendo D. Domenico Sacco fratello utrinque congionto di detta Magnifica Anna, ed altri atti fatti nella Regia Corte di questa Città di Matera, essendosi per parte di essi Fraicella, e Campio dimandata la dichiarazione circa usum, dichiara anche con giuramento essa Magnifica Anna, che non l'è di bisogno, nè espediente servirsi di detto preambolo, ed atti fatti per detta Regia Corte di Matera, ma che intende servirsi del preambolo, ed atti, che farà essa G.C. della Vicaria, e di tutte le comparse, ed istanze, relazioni de' Portieri, e scritture presentate, e presentande in essa G. C. dal suo Procuratore, e finalmente di tutto il processo ad istanza di detta Magnifica Anna fatto, e che si farà in essa G.C. a sua istanza, e così giura, e con giuramento dichiara, servata la forma della Regia Prammatica. Matera a di 12. Settembre 1711.

Segno di Croce di detta Magnifica Anna Sacco, che dichiara, come di sopra, e per essa non sapere scrivere per mano di me Notar N. di detta Città di Matera noto in Napoli alla Curia di N. sita al T. luogo, e di suo ordine, e volontà, ed in fede ho segnato.

53 Paucis te absolvo; etenim alibi dictum fuit ex „ *nov. Constitut.* sublatam fuisse declarationem circa „ usum, prout patet *§. Lum. XXIII.* cujus verba jam at„ tulimus; hinc ad recentiorum praxim minus necessa„ ria, quæ in hoc capite ab Authore latè disseruntur, es„ se in comperto est; totum enim id, quod ex declaratio„ ne proficiscebatur, ex ipsa scripturæ productione „ eruitur.

C A P. LVIII.

De Exceptionibus altiorem indaginem requirentibus, ad merita causæ, vel in fine causæ reservandis.

S U M M A R I U M.

Exceptio, qua altiorem indaginem requirit, quæ sit? quatuor diversæ opiniones reperiuntur.

Prima, ut sit, qua non potest examinari intra expeditionem Processus, num. 1.

Secunda, qua non resultat ex actis, & probari non potest incontinenti.

Incontinenti terminus quantus sit de jure communi, & quantus sit de jure Regni, & in proposito casu quomodo intelligitur, num. 2.

Tertia opinio, quod exceptio requirens altiorem indaginem, est, qua continet juris, vel facti altercationem, num. 3.

Quarta opinio, qua est hodie ubique recepta, totum remittit arbitrio Judicis, & assignatur ratio, num. 4.

Exceptio altiorem indaginem requirens duplici modo servari potest.

Primo modo, reservatur ad merita causæ, vel processus.

Secundo modo, reservatur in fine causæ, sive ad tempus sententiæ, sive in calculo ferendæ sententiæ, quod idem est, num. 5.

Exceptionis reservatio, quem effectum pariat? num. 6.

Exceptione reservata in tempus sententiæ, an Judex cogatur ante sententiam, vel in sententia de reservatis mentionem facere, & omissio an vitiat sententiam, num. 7.

Exceptionis reservatio fit, ne retardetur processus super negotio principali, num. 8.

Exceptio opposita censetur rejecta per processum ad ulteriora; hoc intelligitur cum distinctione, qua distinctio declaratur, concordatis opinionibus contrariis, num. 9.

1 VAriarunt quidem DD. in designando, quænam sit exceptio, quæ dicatur requirere altiorem indaginem.

Quatuor enim reperiuntur sententiæ, a *Merlino* relatæ *in centaria 1. cap. 16. num. 11.*

Prima narratur illa *Bartoli in extrav. ad reprimendam verb. summarie*, qui docuit, eam esse, quæ non potest examinari intra tantum tempus, quantum principalis processus expeditur, etiam si illa non opponeretur, ut *in l. si is a quo in principio ff. ut in poss. eat. Bart.* sequitur *Menochius cons. 673. n. 19. Reg. Moles in suis decis. quæst. 19. ad Cap. Regni Ex præsumtione* 38. & innumeri DD. relati per *Angel. de acquir. poss. qu. 2. art. 7. num 252.*

Secunda sententia est, quod exceptio tunc dicitur requirere altiorem indaginem, & posse reservari ad merita causæ, quoties, id quod excipitur, non potest incontinenti probari, ita *Caphal. cons. 4. num. 58. lib. 1. Decius cons. 467. num. 5.* & alii relati per *Ludov. decis. Rot. Lucens. 24. num. 5. Intrigl. decis. 17. Trivis. decis. 2.* & quæ non resultant ex actis, & aliunde sunt probanda, quæ probatio non potest incontinenti fieri, *Motil. de grad. citat. num. 223.*

2 Incontinenti autem probari dicitur, quando absque ope probationis ex instrumentis probari potest, *Trivis. d. decis. 1. Caravit. rit. 166. num. 6.*

Vel quando probari potest in termino ad probandum concesso in causa principali, *Gregor. Lop. in l. 7. tit. 4. art. 5. Molin. de primog. lib. 3. cap. 53.*

Et licet quandoque verbum *incontinenti* accipitur pro decennio, *glos. in l. habeo C. quomod. & quand. Judex.*

Interdum pro uno mense, *l. divortio*, ubi

Alex. num. 10. *ff. folut. matrim.*

Ut plurimum pro triduo, *l.fin.§.illico C.de judiciis, Barbos.de diction.dict.*113.*Viv.dec.*407.

Et in proposito accipiatur pro illico, hoc est nullo actu interjecto, qui alienus sit ab eo negotio, quod agitur, *Cujac.lib.3.quæst.Pauli cap.3. Angel.de acquir. poss.qu.2.art.2.*

In Regno tamen *incontinenti* dicitur per quinque dies, ut *Pragmatica*, quæ incipit *Comparente*, quæ mandat, ut tales exceptiones intelligantur reservatæ ad merita causæ, si in triduo non probentur, ita tenet *Marant.p.6.princip.memb.80.n.15.in antiquis*, quem citat, & sequitur *Merlin. d.centur.1.cap.96.nu.14.*

3 Tertia sententia est, quod tunc requiritur altior indago, quando exceptio continet juris, vel facti altercationem, ita docet *de Franch.decis.989.num.6.Foller. ad prag.de censib. vers.quæ quidem executio, Ric. collect.2248.Musc.in prax.p.5. glos.reservatis nu.22.*

4 Quarta sententia fuit, ut hoc totum remittatur arbitrio Judicis, *Felin.in c.cum contingat nu. 14. vers.2. fallit de offic.deleg. Mars. singul.365. Rom.Cravet.Soccin.Tiraquell.Rebuff.*& alii relati per *d. Merlin. & Menoch.de arbitr.lib.2.cent.1.casu* 20.

Et hæc quarta opinio, ubique hodie recepta est, & passim practicatur, ut testatur *d.Merlin.* ubi supra *nu.* 16.subdens, quod arbitrium Judicia subditum sit legibus, & secundum eas debeat regulari, ut advertit *Lucas de Pen.in l.2.n.11. C.de Numer.Actuar. &c.lib.* 12. *Cardin.Paris.cons.56.num* 5.

5 Cum in hac re nulla sit juris expressa determinatio. Unde quoties Judici videntur intricatæ, dubiæ, & difficiles, sive in jure, sive in facto, semper possunt reservari in fine litis; Aliàs si sunt claræ, statim sunt decidendæ. Interim suspenso processu causæ principalis, & non reservantur, ita concludit *Carleval.* rejectis contrariis *in lib.1.tit.2.disp.5.a nu.11. &* 25.& *Scopp.ad Nicol.fol.12.d.num.110. usque ad* 180. ita concludit quoque *Mostill.in grad.citat.nu.*230. Volentes intelligendum *Rovit.dec.22.num.*13.qui asserit omnes exceptiones, etiam peremptorias ad merita esse reservandas, scilicet, ut intelligatur de dubiis exceptionibus.

Exceptiones prædictæ quando reservantur, tunc duplici modo possunt reservari, cum hoc tamen discrimine.

Nam vel reservantur ad merita caussæ, vel processus, & tunc ista reservatio habet effectum, ut facta publicatione in caussa, primus actus, qui debet expediri, parte petente, est, utrum exceptiones reservatæ obstent.

Vel reservantur in fine causæ, seu ad tempus sententiæ, sive in calculo ferendæ sententiæ, quod idem est; & tunc examinantur in fine causæ prædictæ exceptiones, & si constiterit eo tempore exceptiones obstare, totus processus erit nullus;

6 Nam reservare exceptiones non est aliud, nisi reservare effectum ipsarum: Effectus autem ipsarum erat impedire litis contestationem, & processum causæ. Unde per consequens quicquid factum est, pro nullo habetur; ita concludit *Carleval. lib.1. tit.2.disp. 11.num.28.*& latè ibi per eum congesti per *Text. in l. ille, a quo §.1.*ubi DD. omnes, *ad Trebell.Marsil. singul.* 365 *num.2. Merlin.cent.1.cap.96. num.7. Muscat.p.5. gl.reservatis num.26. Marant.p.6.tit.de except.nu.*15. *Giurb.dec.21.num.5.Trivis.decis.2.num.7.lib.1.*

7 Exceptiones prædictæ dum fuerunt reservatæ in tempore sententiæ, an Judex cogitur ante sententiam super illis specificè interloqui, vel saltem in sententia de illis facere mentionem, & an hæc omissio vitiet sententiam?

Aliqui distinguunt quod si Reus instat decidi exceptiones reservatas, si fertur sententia, non decisis exceptionibus reservatis, erit nulla.

Si vero Reus non instat, valet sententia, etiam illis indecisis, ita *Trivisan.decis.2. num.8.lib.1. Giurb.dec.* 21.*nu.2.Salgad.de Regia potestate par.2.c.8.ex nu.61.*

Alii dicunt indistinctè valere sententiam, etiam si pars petierit, & Judex pronunciet super principali negotio tantum, cum censeatur tacitè pronunciasse super exceptione; dummodo de illa plenè cognoverit, & tunc ex sententia oritur exceptio rei judicatæ adversus petitam exceptionem, ut concludit *Grat. discept. forens.tom.1. cap.945.* ex *num.*13. *Pacian. de probat.lib.1.cap.58.a nu.63. Farinac. in prax. qu.100. cap.2.num.89. Afflict. in constit. si civiliter agens nu.* 11.quæ videtur etiam esse sententia *Muscat. in prax. lib.1. par.5. gloss. reservatis, num.42. & Bart. in l.1. num.6.de ord. Judic.*& aliorum congestorum per *Carlev.*ubi supra.

8 Et hujusmodi reservatio inducta est, ne retardetur processus super negotio principali, *DD. in l. nam postea, ff.de jure jurand. Marant. par.6. membr.8. n.14.in addit.Merl.cent.1. cap.96.num.8.*

9 Exceptiones oppositæ censentur rejectæ per processum ad ulteriora, & hæc est communis DD. sententia, & conclusio.

Sed hoc intelligi debet in duobus tantum casibus, juxta *Ric.in decis.Cur.Archiep* 176.

Primo, quando processus ad ulteriora non potuisset stare absque decisione incidentis, essetque incompatibile.

Sed quando potuisset procedi absque decisione seu rejectione incidentis; tunc illud nunquam intelligitur rejectum, nec decisum. Hæc est communis DD. schola posita per *Gloss. Bart.Odofr.Alber.* & omnes *in l. si Judex ff. de his, qui sunt sui, vel alien. juris, Paul.de Castr.in l.1.col.3. C.de ord.Judic.* cum aliis innumeris, quos adducit *Antonius Gabr. com.concl.1. num.23.lib.2.tit.de except.* ubi dat hanc pro communi limitatione ad regulam.

Secundo, quando fuit cognitum de ea. Ubi fit distinctio, quod quando processus ad ulteriora procedere non posset sine cognitione incidentis. Tunc quia oporteret esse cognitum illud incidens oppositum, tunc si non apparet cognitum de eo, non intelligitur tacitè rejectum per processum ad ulteriora, ita *Bart. in d.l.si Judex ff.de his, qui sunt sui, vel alien. jur.*

Quando enim Judex causa non cognita procedit ad ulteriora, ille actus non parit opponenti exceptionem rei judicatæ. Secus ubi causa cognita, *Gabriel.* ubi supra, rejectis aliis contrariis oppositum tenentibus.

Ratio est, quod si non est cognitum, nec decisum, non potest ullo pacto præsumi judicatum; nam communis hujus articuli disceptatio consistit in præsumendo, an Judex cognoverit procedendo ad ulteriora.

Hinc concordando opiniones contrarias relatas a *Gabriel.* aliique DD. voluerunt, quod quando processerit tantum temporis spatium, infra quod potuerit Judex cognoscere de exceptione; tunc censeatur, rejecta, ex eo, quia præsumitur cognitum, aliàs secus, juxta *Felin. in cap. suborta in 4. lim. de re judic.*& demum concludit *dictus Episc. Ricc.in fin. dict. decis.* quod dum tota vis consistit in præsumptione cognitionis, consequenter, ubi certum non est esse cognitum, non potest dici tacitè id judicatum, aut rejectum esse. Nec potest præsumi factum id, quod Judex non cognovit, nec dici determinatum id, quod non fuit decisum, ex *Bal.in l.praecentia C.de const.pec.*

Sed vide *Altim.rub.13.qu.17.a num.*31.

CAP.

C A P. LIX.

De Hostici Exceptione.

S U M M A R I U M.

Hostici exceptio est, quæ opponitur a milite existente in bello, vel præcincto ire ad bellum, qui nec per procuratorem tenetur comparere in causis civilibus, vel criminalibus, num. 1.

Hostici exceptio prodest etiam uxori militis, in duobus casibus, qui declarantur, num. 2.

Exceptio Hostici competit militi reo, sed si ut actor vult agere, potest, num. 3.

Hostici exceptio in quibus casibus non habet locum, & narrantur quinque casus, num. 4.

Exceptio hostica potest opponi in regno post conclusum, & etiam post sententiam, num. 5.

Hostici exceptio fuit incognita a Senatu Romano, sed hæc in Regno fuit introducta a Longobardis, num. 6.

1 Hostici exceptio est, quæ opponitur a milite existente in bello, vel præcincto ire ad bellum, qui nec etiam per procuratorem tenetur comparere, si citetur tam pro causis civilibus, quam pro criminibus commissis ante militiam, nam in militia delinquentes ibidem puniuntur absque dicta exceptione, de qua exceptione habemus in Regno *Constitut.* quæ incipit *Hostici exceptionem*, ubi late *Afflict.*

Et quod Hostici exceptio procedat, tam in causis civilibus, quam criminalibus, & quilibet consanguineus opponit, ita *Amendol. ad Franch. dec.* 286. *nu.* 1. *ex Folker. in pract. crim. verbo audiantur excusatores nu.* 21. *Anna alleg.* 75. *num.* 4. *vol.* 2. & alii.

2 Ampliatur, ut dicta exceptio prosit uxori militis in duobus casibus.

Primo, quando ipsa cum viro in Castris existit, *Capyc. decis.* 76.

Secundo, quando licet domi sit remansa, conveniatur tamen pro causa dotis a milite viro possessæ, *Ricc. collect.* 57.

Et extra hos duos casus non prodest dicta exceptio, nec uxori, nec familiari servo, *Gallup. par.* 1. *cap.* 6. *nu.* 34. *Capyc. decis.* 76.

3 Quæ exceptio est in favorem militis conventi, ideo si agit, non impeditur agere, licet usus sit dicta exceptione, per regulam, *ut quod ad favorem fuit datum, retorqueatur in damnum privilegiati*, *Anna allegat.* 75. *Ricc. d. collect.* 17. *Gallup. par.* 1. *c.* 6. *num.* 35.

4 Hostici exceptio non habet locum, quando quis ivit ad bellum non submonitus, non citatus, neque coactus, aut missus per Curiam, ita *Staib. resol.* 66. *num.* 12. *de Luca ad Franch. decis.* 286. *num.* 3. ubi refellitur *Pratus* contrarium sentiens ex *Reg. Tapp.*, ut ibi.

Hostici exceptio an habeat locum etiam contra mulierem agentem pro dotis recuperatione, repugnantes sunt opiniones, sed vide *Gallup. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 34. *& de Luca ad Franch. decis.* 286. ubi declarantur *de Marinis*, *Pratus*, & alii, & concludit habere locum.

Hostici exceptio opponi non potest, quando dictæ exceptioni fuit renunciatum; quia ei renunciari potest, *Gallup. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 34. *Ricc. ad Franc. decis.* 164.

Hostici exceptio opponi non potest contra Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, ita *de Marinis lib.* 2. *resol.* 74. *de Luca ad Franch. dec.* 196. *num.* 2.

Opponi neque potest in causa spolii, & exceptione census Bullarii, idest, quando via *ritus* liquidatur Instrumentum censuale, quod est juxta Bullam Pontificiam, ita *Staiban. in observat. ad resolut.* 66., *de Luca* ubi supra.

Sed impedit liquidationem instrumenti non censualis, & obligationes penès acta, etiam cum debitor vix fuerit submonitus pro Regio Servitio Belli; *Folker. in verbo Audiantur excusatores, num.* 23. *Galter. rubr. Verum debitor de persona comparend.* 12. *Novar. qu. for.* 159. *nu.* 3. *Carrab. sing.* 63. *Masul. ad Capyc. decis.* 172. *num.* 3. *& decis.* 33. *num.* 1. *Affl. in Constitut. Hostici exceptionem num.* 28.

5 Exceptio hostica potest opponi post conclusum; imo post sententiam de Jure Regni, & habet locum in personis non solum, quæ per se solum valent facere caussas, sed etiam per Procuratores, ita decisum refert *Novar. in Reg. Col. Cons. quæst. for.* 14. Secus vero de jure communi, ut *Bart. in l. si mater §. eodem in fin. ff. de except. rei judic.*

6 Exceptio hostica fuit incognita de jure civili Rom. & in hoc Regno fuit introducta a Longobardis, ut dicit *Constant. in pragm.* 4. *de dilat. num.* 19. *vers. verum illud.* Et potest opponi etiam post sententiam ad impediendam ejus executionem, *Constant. loc. cit.* ex *Tor. lib.* 2. *de successión. in Primog. num.* 9.

C A P. LX.

De Exceptione novæ conventionis, & satisfactionis.

S U M M A R I U M.

Nova Conventio est exceptio modificativa, & quare ponitur cum peremptoriis, num. 1.

Nova conventio uti modificativa opponi deberet infra 40. dies, sed opponitur quandocumque, ante captam executionem, num. 2.

Satisfactionis exceptio, & esse executum in bonis alienis opponi potest etiam post literas executoriales, etiam post liquidationem instrumenti, & qua pœna solvitur, si opponens non probaverit, num. 3.

Pœna tam satisfactionis, quam novæ conventionis, & executum in bonis alienis applicatur pro medietate Fisco, & pro medietate parti, num. 4.

Actuarius non recipit comparitiones, in quibus allegatur nova conventio, seu satisfactio, nisi a præsentante subscribatur, num. 5.

Pœnam incurrit allegans quamcumque exceptionem, si illam non probaverit. Sed hodie servatur solum respectu novæ conventionis, & satisfactionis, num. 6.

Pœna ducatorum quinquaginta incurrit Magister actorum, qui recipit comparitionem satisfactionis, vel novæ conventionis absque quatuor requisitis, quæ declarantur, & declaratur Pragm. cum decisionibus, & limitationibus, ubi quid ex nova Constitutione, num. 7.

Novæ conventionis exceptio parit effectum, ut in vinculis feratur debitor, nisi ex turpi caussa fuerit dicta nova conventio facta, quæ exemplificatur, num. 8.

Nova conventio, item solutionis exceptio retardat executionem obligationis Cameralis, quando probatur incontinenti per quinque testes, vel per instrumentum, num. 9.

Novæ conventionis exceptio quando rejicitur, num. 10.

Praxis exceptionis peremptoriarum hic incipit & Primo *de exceptione novæ conventionis, & satisfactionis.*

1 Quæ nova conventio licèt dicatur exceptio modificativa, ut advertit *Dominus Scoppa ad Sarnum*, ut §. 39. *fol.* 76. ultimæ impressionis factæ cum mea additione *num.* 5. Quia non in totum enervat sententiam, sed ejus executio modificatur, tamen hic in principio Peremptoriarum ponitur hæc exceptio, quia de hac, & de peremptoriis simul disponit *Pragm.* 4. *de dilat.* DD. ut infra.

2 Nova conventio opponi deberet infra triginta dies

a die

à die notificati decreti, vel mandati de parendo, ut est dispositum in exceptionibus modificativis ex *prag. 4.§.25.de dilat.* sed posse opponi semper ante cœptam exequutionem sententiæ, donec cautio in casu retractationis præstetur, dicit *Dom. Scoppa ad Sarn. §.39.fol.76.ex dict.prag.4.eodem §.25.*

3 Et quod exceptio novæ conventionis, aut satisfactionis, aut esse exequutum in bonis alienis, locum occupet in quolibet judicio, & in qualibet parte, etiam post sententiam, & post litteras exequutoriales etiam adversus instrumenti liquidationem, docet *Bernard.de præsent. instr.declarat.14.par.1. Galeot.de liquidat.instrum.2.par.verb. & quia in eis discutiuntur, nu.15. Motill. de grad.in integrum restit. nu.36.& nu.40. Gallup.par.3.cap.3.in 4.except.*

Sed si allegans novas conventiones, concludenter non probaverit, facta publicatione in causa, quandocumque ante sententiam, solvat pœnam ducatorum sex; si vero post sententiam, solvat ducatos duodecim: hæc sunt verba *pragm.1.in §.4.de procurat.* publicata die ultima Martii 1574. *per Cardin. de Grannela.* Subjunxit postea alia *Prag.Comitis de Miranda sub die 21.Martii* 1587. quæ est 44. *de Offic.Magistr.Justit.* ubi *in §.3.* dixit hæc verba: *Item volumus, quod allegans satisfactionem, & non probans, incurrat in pœnam ducatorum duodecim, &c. quodque in eandem pœnam ducatorum duodecim incurrat Procurator, qui allegat novam conventionem.*

Et ne quis decipiatur ex verbis dictæ *Pragmaticæ*, est advertendum, quod in fine dictæ *Pragmaticæ* pro declaratione ipsius dispositionis, adsunt hæc alia verba. *Quo vero ad pœnas ex caussa beneficiorum petitorum in judiciis novarum conventionum, & nominationum, terminorum ad repulsam, & nullitatum inviolabiliter volumus observari Pragmaticam editam die ultima Martii 1574.* quæ est prima de procurat. ut supra.

Ideo quoad pœnas contra allegantem novam conventionem, debet attendi dispositio dictæ *Pragmat. de Procurat.* distinguentis, ut solvantur ducati sex, ante sententiam, & ducati duodecim, si post sententiam opponatur nova conventio.

Cum alia advertentia, quod secus est contra allegantem satisfactionem, qua indistinctè solvit ducatos duodecim, si allegatam satisfactionem non probaverit, & ratio est, quia in dicto §. *quo vero ad pœnas*, disponitur circa novam conventionem, sed nihil dicit, nec distinguit de allegante satisfactionem, tam ante, quam post sententiam, & quandocumque allegetur.

4 Et pœna tam satisfactionis, quam novæ conventionis, & executum in bonis alienis, debet applicari pro medietate Fisco, & pro medietate parti, & eam solvere debet, qui ipsam proposuerit, ut in citata *prag.1. de Proc.§.4.& prag.44.de Offic.Magistr.Justit.§.3.*

5 Unde praxis inolevit, quod Actuarius non recipit comparitiones, in quibus allegatur nova conventio, seu satisfactio, nisi ipsa comparitio prius subscribatur a præsentante, ad hoc ne possit ullo modo se excusari a pœna, tam si sit Procurator, Tutor, Curator, seu Syndicus, aut principalis, qui ipsam proposuerit, hæc sunt propria verba *§.4.dict.pragm.primæ de Procurat.* quæ pœna est in viridi observantia, tam contra allegantem satisfactionem, & novam conventionem, quam contra allegantem esse executum in bonis alienis, ut passim videmus servari, quod omnibus notorium est.

6 Imo quamcumque exceptionem oppositam si non probaverit allegans, incurrit pœnam tarenorum decem ex *prag. unica de exception.* sed hæc pœna hodie non servatur, ut testatur etiam *Dom. Constantinus super dicta pragm. fol.226. num. 4.* ubi dicit vidisse servari semper respectu novæ conventionis, & satisfactionis allegatæ.

7 Alia differentia est advertenda circa exceptionem satisfactionis, & novæ conventionis, quia comparitio allegantis conventionem non potest recipi a Magistr. actorum sub pœna ducat. quinquaginta, nisi sit formiter allegata servata forma *Reg.Pragmaticæ*, quæ est 44. *de offic.Magistr.justit.* quæ tamen *Pragm.§.2.* nil aliud dicit, *nisi quod comparitia debet esse adeo lucida, & clara, quod nulla penitus indigeat declaratione, sed exprimatur species ipsius novæ conventionis*; sed praxis, quæ est vera legum intellectrix, servat, quod ut satisfiat menti dict. *pragm.*, quatuor sunt requisita necessaria, nempè

Primo *ubi*, secundo *quando*, tertio, *& coram quibus*, quarto, *& quæ summa*.

Primum requisitum itaque erit *ubi*, idest, ut specificetur locus, ubi fuit facta nova conventio.

Secundum requisitum erit *quando*, idest, ut exprimatur mensis, & dies, quando fuit facta nova conventio.

Tertium requisitum erit, *& coram quibus* fuit facta conventio.

Quartum requisitum erit, *quæ summa*, idest, ut specificetur summa, & qualitas ipsius novæ conventionis, sed specifica; & uno ex his quatuor requisitis deficiente, comparitio non diceretur clara, & lucida, & consequenter non posset in ea fieri præsentata, nec admitti, sub pœna ducatorum quinquaginta per ipsum Magistrum actorum solvenda, in casu contraventionis, ut in dicta *pragmatica*, & ita servatur, teste *Motill. de grad. in integr. restit. num.36. & 40. Sarn. in prax.civil. sess.4. fol.80.* in penultima impressione, sed in hac ultima impressione cum additionibus a me facta, est *fol.76.§.39. Gallup. in tit. de except. post sentent. par. 3. cap.3. in 4.except. Golin. de Procurat. par.4.cap.4. num.34.*

Et *Reg. Petra tom.2. tit.265.num.19.* dicit praxim esse, ut etiam ponamus *locum loci, & horam diei*; Ne tollatur reo defensio, ut probare possit negativam loci, & temporis coarctatam, juxta observata a *Reg. de Marin.obser.521. ad Revertor.num.2.* per *text. in l.ita exigit ff.de dolo*, & dicitur obscuritas ratione non coarctata loci.

Sed comparitio allegantis satisfactionem non requirit dicta quatuor requisita, sed sufficit, quod dicat, *allego formiter satisfactionem servata forma Reg. Pragmaticæ*; & quod allegans se subscribat in comparitione, & sic fit præsentata, & admittitur comparitio, ut quotidie videmus servari apud nonnullos Actuarios, & Scribas.

Antequam ad ulteriora pergamus, meminisse juvabit, quod etiam superius innuimus, scil.ex *nov.Constitut.§. Innoc.XVI.* fuisse statutum, tam respectu conventionum, quam satisfactionum, illas non posse allegari, nisi producatur aut publica scriptura, aut partita Banci, aut alia scriptura licet privata, subscripta tamen a creditore, a publico Notario authenticata, in quibus exprimatur clarè conventio; si autem allegetur sine hujusmodi circumstantiis, debitor solvere prius debeat summam debitam, & solutione sequuta impartiri terminus possit super dicta exceptione; quo casu creditor cavere debet de restituendo eamdem summam viso exitu termini; ut legenti patet.

Sed ego, qui curiosus semper fui indagare rationem, & originem praxis, non poteram acquiescere, quare in nova conventione requirantur quatuor requisita, & in satisfactione absque dictis requisitis admittitur allegans; ratio meæ dubitationis est, quia unica structura verborum *in §.2.dict.Prag.44. de Offic.Magistr.Justit.* mandatur, ibi, quod *quando allegantur in judiciis novæ conventiones, aut satisfactiones, comparitiones hoc continentes debeant esse adeo lucida, & clara, quod nulla penitus indigeant declara-*

tio-

tione, sed exprimatur species ipsius novæ conventionis, & aliter dictæ comparitiones a Judicibus, Magistris actorum, seu Scribis nullatenus admittantur, nec in ipsis comparitionibus fiant præsentationes, sub pœna ducatorum quinquaginta ab ipsis Magistris actorum exigenda, in casu contraventionis. Hæc sunt verba *Pragmaticæ*, quæ non distinguit, & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Interrogavi nonnullos veteranos Causidicos, Actuarios, & Scribas, pervolvi omnes Practicos de hoc scribentes, & non potui reperire, qui meum dubium solveret, vel aliquam adæquatam rationem assignaret, & postquam in hoc multum insudavi: credo dictam distinctionem praxis habuisse originem, & fuisse fundatam, quod licet in principio *dicti* §.1. indistinctè loquatur, quod comparitiones tam novæ conventionis, quam satisfactionis debent esse lucidæ, & claræ, verum cum specialibus verbis deindè subjungitur ibi, *sed exprimatur species ipsius novæ conventionis.* In qua repetitione verborum, nil dicit de satisfactione, quasi quod legislator velit, ut in nova conventione tantum debeat exprimi species, sive specialia requisita, ut dilucidetur nova conventio facta, & si voluisset legislator, expressisset etiam de satisfactione, sicut expressit de nova conventione; sed non expressit, ergo noluit.

Et ratio hujus discriminis potest esse, quia nova conventio si allegatur genericè, & non specificè, *in quo loco, quo tempore, coram quibus, & quo modo*, sive *qua qualitate*, aut *qua summa* non posset creditor in termino probatorio, qui est communis utrique parti, esse certus de probationibus, quas facere posset ad sui defensionem, nempè articulando, quod in illo loco, & illo tempore fuit absens, & quod illa summa, aut qualitas allegata non fuit, prout allegatur.

At in satisfactione creditor nullum onus habet probandi in contrarium per testes negantes: Ideo lucida, & clara dicitur comparitio; quando in genere opponit satisfactionem, per illa verba *formitèr servata forma Regiæ Pragmaticæ*, in casu, quo non probaverit.

Sed post hæc scripta Domin. Consiliarius Marchio Villerosæ edidit in lucem eruditissimam Praxim civilem, & *in 2.p.cap.4. fol.mihi 321.a n.5.* refert Illustrem Ducem Sclavorum allegasse satisfactionem in causa cum illustri D. Josepho Sanfelicio, a quo fuit oppositum, quod comparitio non erat servata forma *Pragmaticæ*, & fuisse responsum *Pragmaticam* circa tempus, & modum loqui de conventione, non autem de satisfactione, attentis illis verbis; ibi: *exprimatur species ipsius novæ conventionis*, & in terminis fuit allegata decisio relata a *Giptio ad Capyc.Latr.decis.ultim. in causa Marii Steccato cum Octavio Affatato*, ubi dictus Marius institit, quod Octavius, qui opposuit satisfactionem deberet declarare modum, & tempus, locum, & coram quibus fuerit facta satisfactio, & jam obtinuit decretum, sed per S.C. ad relationem Regii Consiliarii D.Antonii Mirabelli fuit provisum, quod terminus datus super allegata satisfactione curtat, oppositis per dictum Marium non obstantibus.

Verum contra dictam decisionem adest alia decisio per eundem *Giptium* relata *cit. loco* in causa Josephi de Rinaldo cum Anello Maldacea, ubi decisum, quod dictus Joseph teneretur facere dictam declarationem.

Et proinde ad relationem ipsius Domini Marchionis Villerosæ per S. C. fuisse decisum prædictum Illustrem Ducem Sclavorum teneri facere petitam declarationem, & sic S.C. habuisse pro vero, quod *Pragmatica* comprehendit tam conventionem, quam satisfactionem, perpensis verbis *Pragmaticæ*, ibi: *quod quando allegantur in judiciis novæ conventiones, & satisfactiones, comparitiones debent esse adeo lucidæ, & claræ, quod nulla penitus indigeant declaratione.*

Et verba, quæ sequuntur, ibi: *Sed exprimatur species ipsius novæ conventionis*, sunt exemplificativa, non autem restrictiva.

Fuit quoque consideratum, quod *Pragmatica* loquitur in allegando, non in probando satisfactionem, & quod in proponenda exceptione excipiens censetur actor, & quod libellus actoris si sit obscurus tenetur illum declarare, & quod in Regno non datur copia articulorum, propterea petitio clara esse debet, ut adversus eam possint fieri defensiones; hinc fit, quod opponens satisfactionem tenetur declarare tempus, & modum, ut creditor se defendere valeat, & probare possit in contrarium, quod tali tempore, & tali loco non fuerit in Civitate, quod testes ab illo loco abfuerint, vel illo tempore solutionis erant mortui, ut *num.9.* & demum concludit, quod hodie non restat amplius disputandum pro veritate de Praxi prædicta, ut *num.10.*

Satisfactionem allegans declarare etiam tenetur, quo tempore solvit, ante, vel post sententiam, nam si ante sententiam non auditur post sententiam, nisi facto deposito, quia præsumitur calumniosè opposita, *de Marin.ad Revert.decis.147.d.Dom.Marchio Villarosæ d.cap.4. fol.321. num.11.*

Ita pariter si allegetur satisfactio post incusationem obligationis penès acta, debet allegans facere dictam declarationem, nam de solutione facta antè incusationem non auditur nisi facto deposito, sed de satisfactione facta post incusationem, auditur, & fit decretum de vendendo, cum clausula, quod supersedeatur in liberatione per dies tot, infra quos valeat docere de satisfactione, *Sanfelic.in Prax. sect.38. nu.25.* post *Carav.rit.168.num.5. circa finem, d.D. Marchio loco cit.*

Quæ praxis hodie est in viridi observantia; imo ego vidi post longam discussionem factam coram Regio Consiliario Domino D. Carolo Brancaccio viro undique doctissimo, practicatum ad instantiam cujusdam tutoris, quod factis duobus præceptis de solvendo ducatos quatuor, fuit allegata formitèr satisfactio, & fuit provisum, quod infra dies duos faciat depositum, quo facto audiatur super allegata satisfactione, aliàs termino elapso exequatur ad faciendum depositum, & dixit, quod dictum decretum fundavit *in dict. Prax. Sanfel. & Carav.* quia post secundum decretum de solvendo aliàs exequatur, non debet audiri allegans satisfactionem esse factam antea, nisi exequuto decreto, quia habetur tanquam contumax, vel tanquam calumniosè allegans, ad finem differendi executionem. Confert *Pragm. 8. de instrum.liquidat.*

Et propterea post expeditas literas exequutoriales non potest impediri exequutio, *Pragmat. 81. de offic. S.R.C.§.14.*

Formula decreti post oppositam formitèr exceptionem satisfactionis, vel novæ conventionis, traditur a *D.Reg.Rosa in prax.decr.S.C.d.cap.4. fol.mihi 322.n.14.* ibi: *Capiatur summaria informatio super allegata satisfactione, vel super allegata conventione, testes habeantur pro citatis, & recipiantur per S.C. ad finem providendi, hoc suum, &c.* quæ formula habetur a *Bart. in extravag. ad reprimendum in verbo summarie, & l.4. §.condemnatur ff.de re judic.* teste eod. *D. Rosa*, ubi supra post *Revert.dec.147.*

In illis tribus casibus vero, in quibus obligatio accusari non potest, nisi facta prius citatione, ad dicendum causam quare obligatio illa accusare non debeat, scilic. in obligatione antiqua post decem annos, in obligatione stipulata in alia Curia, & in obligatione, in qua principalis obligatus est mortuus, de quibus dixi *secundo Tom. meæ Prax. in cap. de oblig.penes acta*, tunc auditur allegãs satisfactionem absque deposito, quia non præsumitur calumniosè allegata satisfactio, quia non est deventum ad terminum exequutionis.

Et compilato processu super allegata satisfactione in-

interponitur decretum *militare*, quando fuerit integrè probata, sed ubi non fuerit integrè probata satisfactio, fit decretum *militare pro summa ducat. tot.*

Et ita in allegata conventione, ubi testes deponunt tantum de modo; puta de solvendo creditum in duc. tot pro quolibet mense, tunc fit decretum *militare quoad modum solvendi, non vero quoad quantitatem*, & hac Praxi utimur, teste *d. Dom. Marchione Villarosa in d. cap. 4. Prax. Civil. fol. 322. num. 16.*

Limita vero quod non requiruntur dicta quattuor requisita in nova conventione tacita inducta non ex facto hominis, sed ex juris ministerio. Exemplum erit in creditore recipiente tertias post sententiam rescissionis contractus censualis, ex quo per tacitam conventionem ex juris ministerio inductam absque facto hominis censetur recessisse a rescissione, ut post *Galinp. part. 3. cap. 3. num.* 16. concludit *Dom. Maradei ad singulare Patris 344. num 6. & ego in tom. 2. mea praxis.*

Exemplificatur etiam, ubi ad certum tempus fuit promissum interesse, & elapso tempore fuerit promissa solutio sortis, & postea per aliquos annos creditor continuaverit exigere interesse.

8 Novæ conventionis exceptio proposita juvat, & parit effectum, ne in vinculis debitor feratur, *Pet. rit.* 166. *nu.* 189. post *Pand. part. 5. declarat. 14. num. 26.*

Limita tamen novam conventionem non prodesse, quando turpi ex causa fuit facta, ut sunt novæ petitiones dilatoriæ, quando debitor nolebat justum solvere, nisi pacto adjecto de non petendo reliquum, ideo portionem debiti remisi, ut solveret, vel daret mihi aliquid, tunc cum sint ex turpi causa tales pactiones, reiiciuntur. & per condictionem ob turpem causam repetere possum quod remisi, ut concludit idem *Reg. Petr. loc. cit.* ex *Jason. in l. fin. C. de condict. ob turpem causam Corn. cons.* 104. *lib.* 3. *Marsil. sing.* 433. *Alex. in l. fin. ff. de conduct. ob turp. caus.*

9 Nova conventio, item solutio retardat executionem obligationis Cameralis, quando de eis constat per publica documenta, vel incontinenti per quinque testes promptuarios, & omni exceptione majores, aliàs reiicerentur, vel admitterentur absque retardatione mandati executivi, vel facto deposito, ut decisum refert *Lagan. ad Rovit. Pragm. 1. de literis cambii num.* 17. & latè *Reg. Petr. rit.* 166. *num.* 175. & 177. & novissimè *Marad. ad Pragm. 1. de procurat. observat.* 344. *num.* 5. ipso patrocinante refert decisum in Tribunali Rev. Nuntiaturæ anno 1696. esse expediendum mandatum executivũ contra debitorem, non obstante exceptione novæ conventionis allegatæ, probanda promptuariè per duos testes, & non obstante, quod obligatio cameralis allegabatur non esse extensa cum Juramento in publicam scripturam, sed extensa in quadam apoca bancali,

10 Reiicitur quoque exceptio novæ conventionis, quæ non est pura, sed conditionalis dependens ex aliqua scriptura pervenienda ex aliquo loco, vel si fuerit allegata nova conventio per rejectam satisfactionem, ut in utroque casu decisum refert *Thor. in compend. decis. par. 3. sect. 2. fol. 165. verb. nova conventio;* quem citat, & sequitur *Marad. dict. observ. 344. nu. 2.*

C A P. LXI.

De Exceptione solutionis, compensationis, & retentionis.

S U M M A R I U M.

Solutionis exceptio est peremptoria, & impedit contestationem litis, & opponi potest quandocunque etiam post sententiam, num. 1.

Solutionis realis exceptio impedit executionem censualis redditus, si constiterit legitime ante executionem, n. 2.

Et vide in cap. 20. num. 3. de lit. execut.

Solutionis exceptio, vel pacti de non petendo opponi debet a reo, ita ut non fateatur debitum, & exemplificatur ut opponatur conditionaliter, & protestative, cum distinctione, num. 3.

Confessio debiti, quando fit cum qualitate, vel simpliciter & quando rescindi potest, num. 4.

a Solutionis exceptio est peremptoria, nam per solutionem omnis tollitur obligatio, *inst. quibus modis tollitur obligatio*, sed intelligitur de solutione vera, non autem præsumpta, *l. quocumque Cod. de Apocis lib.* 20. *de Franch. dec.* 137. apud *Motil. de grad. citat. num.* 20.

Exceptio solutionis opposita in principio litis contestationem impedit, ita decisum apud *Cappel. Tholos. dec.* 336. *de Marin. ad Revert. dec.* 147. *in fin.*

Solutionis exceptio opponi potest quandocumque, etiam post sententiam, *Andreol. controver.* 30. *num.* 1. & *controver.* 365. *num.* 4. *Motil.* ubi supra. Sed cum limitatione, & distinctione positis per *Reg. de Marin. ad Revert. dict. decis.* 145. & per nos in retroscripto *Cap. novæ conventionis*, ubi te remitto, ne idem hic repetam.

2 Solutionis realis exceptio impedit executionem censualis redditus, si de illa ante captionem personæ debitoris, vel ejus bonorum judicialem distractionem legitime constiterit authenticis documentis, vel aliis scripturis plenam fidem facientibus, ut *in Prag. de cens. lit. E. nu.* 5. & *Caravit. in rit.* 166.

Nam in exactione redditus censualis in via executiva nulla alia exceptio admittitur, nisi realis solutionis, per *dictam Pragm. 1. de censib.* & notat *Carleval. lib. 1. tit. 3. disp.* 16.

Sed quando exceptio solutionis impedit executorium, dixi *in cap.* 30. *num.* 30. *de lit. executorialib.*

3 Exceptio solutionis, & exceptio pacti de non petendo, & exceptiones omnes cautè debent opponi a Reo, ne illas opponendo fateatur debitum, vel actor habeat fundatam suam intentionem absque aliqua probatione, ut si conventus de mutuo excipiat adesse pactum de non petendo, quæ exceptio est peremptoria, *l. 3. ff. de except.* quia qui confitetur pactum, videtur fateri mutuum, & qui vult consequens, vult antecedens, *l. 2. C. de jurisd. omn. judic.*

Et si excipio aliquid non fuisse legitimè factum, consequens est, quod fatear factum, *Alex. cons.* 49. *col.* 8.

Et exceptione compensationis fateor debitum, *Dec. in l. non videtur ff. de reg. jur.*

Et exceptione solutionis quis fatetur debitum, *tex. & glos. in l. siquidem C. de except. Franc. Marc. decis.* 842. *n.* 1. Ideo cautela erit, ut exceptiones opponantur conditionaliter cum protestatione; ut nego, quod petis, sed si constabit, probabo, quod solvi, *Isern. in usibus feudor. col. fin. verb. si exceptio de contestat. inter Dominum, & fidelem de investit. Feudi.* Ita hæc omnia supradicta tradit *Gallup. par. 2. cap. 7. nu.* 14. & 17. *Marant. par. 6. act. 5. fol. mihi* 170. *at. nu.* 28. *Papiens. respon. Rei conventi gl. solutis aliis num.* 9.

Aliqui opponunt: *Negat posita prout ponuntur, & narrata prout narrantur, & si quid constabit, dicit fuisse solutum.*

Contrarium firmant alii, nempè, quod excipiens non fatetur intentionem actoris, per *text. in l. non utique 9. ff. de except.* per *text. in c. cum Venerabilis de except. & c. exceptionum de regulis jur. in 6. Pax. Jord. elucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 23. num.* 105. ubi sex limitationes ponit,

Et proinde exceptionem solutionis opponens non confitetur debitum, *Magon. dec. Flor.* 54. & 81. *Novar. prag. collect. 85. nu. 5. Oinot. lib. 4. Instit. de except. tit. 13. nu. 12. Surd. dec. 24. Natta cons. 28. nu. 8.*

Nam

Nam ponit eam sub conditione, idest si actor fundaverit intentionem suam, & ita est intelligendus tex. supra allegatus *in l. si quidem C. de except.* Ita conciliat *Gl. in d.l. non utique: & Gl. in d. cap. exceptionem*, tres rationes assignat, quare non confitetur debitum, qui opponit exceptionem præscriptionis, solutionis, & pacti de non petendo, & non numeratæ pecuniæ.

Alii distinguunt, nam si simpliciter dicit solvisse, non fatetur debitum, quo non probato ab actore, debet reus absolvi.

Aut non simpliciter, sed confitetur prius debitum, veluti quia dixit, verum esse recepisse pecuniam, vel quid aliud, sed solvisse, & tunc absque dubio remanet probata intentio actoris, & solum tractandum est de solutione, quam si non probat reus, condemnari debet, ut bene per plura jura distinguit, & de opinione magis communi testatur *Jo: de Amic. cons. 99. num. 1.* Et in hoc casu loquitur *Marad.* ubi supra, cum *Felin.* ibi citat.

4 Et ratio licet non assignetur a dict. DD. poterit meo rudi judicio esse, quia ubi quis fatetur debitum, & insimul dicit illud solvisse, potest creditor acceptare confessionem, rejecta qualitate solutionis, tamquam diversa, aut disjuncta a confessione debiti, *Genua de script. privat. lib. 1. quæst. 4. num. 89. ad 105. fol. 11. & lib. 4. tit. de separat. num. 6. fol. 207. Sabell. §. solutio num. 3.*

Contrarium vero, quando confessio fit simpliciter, quod solvit debitum, quia tunc non est qualificata, nec continet capita separata; ideo scindi non potest, sed creditor, vel in totum acceptat, & videtur acceptare, & confiteri satisfactionem, si negat, & obligatur ad probationem sui crediti, quo non probato reus absolvitur. Et sic confessio per unam structuram verborum, non præjudicat confitenti, *Abb. in cap. bona col. pen. de potest. Bar. in l. Aurelianus §. idem quæsit. ff. de liber. legat. Marant. qu. 6. act. 5. num. 27.* qui *num. 26.* dat cautelam, ut reus respondeat nihil mutuasse, propter quod sim tibi obligatus; sed vide, quæ pro, & contra docet *Sabel. in §. confessio fol. 311. nu. 61.*

C A P. LXII.

De Exceptione Compensationis.

S U M M A R I U M.

Compensationis exceptio est peremptoria, & quandocumque opponi potest etiam post sententiam, nu. 1.

Compensatio an fiat de liquido ad illiquidum? num. 2.

Compensatio est debiti, & crediti liquidi inter se contributio, & non fit, nisi parte volente, non autem tacente vel invita, & sic nisi ab homine opponatur, cum limitationibus, num. 3.

Compensationem opponens confitetur debitum, num. 4.

1 Compensationis exceptio est peremptoria, & potest opponi quandocumque ante sententiam, secundum *Innoc. & Hostiens. in cap. cum super de ordin. cognit.*

Sed communis opinio est, ut etiam post diffinitivam sententiam opponi possit, *Felin. in cap. suborta de jure jur. Surd. decis. 191. num. 7. Capyc. decis. 82. nu. 37. & decis. 25.* apud *Motil. de grad. citat. nu. 225.* cum sit exceptio modificativa.

2 Compensatio non fit nisi de liquido ad liquidum, nam de liquido ad illiquidum non datur compensatio, *l. fin. C. de compens. & l. Papinianus exuli ff. de minor. Affl. decis. 381. num. 6. Motil. de grad. cit. nu. 223.* Nam compensatio sic definitur.

Est debiti, & crediti liquidi inter se contributio, *leg. 1. ff. de compens.*

Compensatio fit, parte volente, non autem tacente, vel invita, *Surd. decis. 191. num. 18. Motil. de grad. cit. num. 224.* & ita intelligitur *text. in l. si constat C. de compensat.* & ibi *glos. 5.*

Itaque non fit, nisi ab homine opponatur, & postquam opponatur ab homine volente compensare, intelligitur ipso jure compensatum.

Hæc conclusio fallit in delictis, ubi ipso jure fit compensatio, licet ab homine non opponatur.

Item ad impediendum cursum usurarum, vel pœnam comminandam, vel pignus liberandum; *Gloss. in d.l. si constat; Cavalc. decis. 22. par. 4. num. 42. Motil. loc. cit. num. 224.*

3 Si Exceptionem compensationis quis opponit, confitetur debitum, *Sabel. in §. compensatio, Boer. cons. 14. num. 5. Paulus Christin. decis. 4. vol. 3. Surd. decis. 22. num. 5. Rota part. 13. recent. decis. 437. num. 3.* Et quod

4 Compensatio allegata inducit debiti confessionem, *Bald. in l. cum Papinian. C. de sent. & interlocut. Rota coram Sanct. mem. Alexand. VIII. dec. 16. nu. 23. & decis. 166. num. 2. coram Bichio, Dominus Marad. in prax. instrum. fol. 270 dec. 26. num. 2.*

C A P. LXIII.

De Exceptione retentionis.

S U M M A R I U M.

Retentio est magis privilegiata, quam compensatio, nam retentio fit etiam propter illiquidum, ut liquidetur, & fit etiam contra rem judicatam, nu. 1.

Retentio competit mulieri, vel hæredibus adversus bona mariti, num. 2.

Retentio competit hæredi cum beneficio l. & invent. qui pro suo credito retinet bona hæreditaria, num. 3.

Retentio non competit legatario, nec in caussa spolii, nec pro credito turbido, num. 4.

Retentio creditori non habenti hypothecam, quando competit, & quando non, num. 5.

1 Licet retentio, & compensatio pari passu ambulent, *l. 4. & l. ob negotium 20. ff. de compens.* tamen retentio est magis privilegiata, quam compensatio, *Gratian. discept. cap. 356. n. 28. ex text. in l. prima C. de licit. pign.* adeo quod negata compensatione negari non potest retentio, *Cravet. cons. 128. lib. 1. Cephal. cons. 373. num. 21. vol. 4.*

Et licet compensatio de liquido ad illiquidum non fiat. *l. fin. C. de compens.*

Retentio tamen fit etiam per illiquidum, ut liquidetur, *l. per retentionem C. de usuris, l. 1. C. etiam ob chyrograph. pecun.*

Retentio admittitur contra rem judicatam, & sententiæ executionem, quia judicatum non impugnat, *Bald. in l. 2. col. 3. C. sentent. resc. non pos.* & ex ratione adducta per *Med. decis. 71. num. 7.*

2 Retentio mulieri, & ejus hæredibus datur adversus bona mariti, *Gramat. decis. 92. num. 19.* & omnes DD. communi calculo.

3 Hæres cum beneficio legis, & inventarii potest pro quantitate soluta retinere tot bona hæreditaria, *Tap. dec. 57. n. 1.* per *tex. in l. fin. §. si præfata, & §. in computat. C. de jur. deliberand.*

4 Legatario tamen non competit retentio, quamvis ei spectat hypothecari, nisi haberet possessionem a Testatore, vel ab hærede, *Magon. dec. Lucens. 64. nu. 13. Cancer. lib. 1. resol. 7. nu. 84. Cremon. sing. 95.* relati ab *Hodiern. ad Surd. dec. 46. num. 15.*

Retentio neque competit in caussa spolii; quamvis de hypotheca opponeretur, idem *Hodiern. ad Surd. dec. 46. num. 12. & 16.* ubi plures allegat.

Et ratio est, quia in tantum potest Creditor rem sibi nulliter adjudicatam retinere, in quantum haberet hypothecam, & creditum esset verum, liquidum, & absque controversia. Nam

Retentio, vel compensatio pro credito turbido non datur. *Hodiern. loc. cit. per tot.*

5 Retentio ad beneficium creditoris hypothecam non habentis, an competat? *Capyc. latr. dec. 13.* affirmat pro alio credito, pro quo res illa non erat hypothecata, quod dictus *Hodiern.* dicit procedere, quando res ad Creditorem absque vitio pervenerit, quod limitatur favore dotis per *tex. in l. fil. fam. in princ. ff. solut. matrim.* idem *Hodiern. loco cit. num. 17.* ubi *nu. 18.* remittit legentem ad plures distinctiones traditas per *Ann. alleg. 136.* quæ articulum clarum reddunt.

C A P. LXIV.

De Exceptione Meliorationum.

S V M M A R I U M.

Possessori condemnato ad fundum dimittendum competit retentio, donec sibi solvatur meliorationum pretium, num. 1.

Quomodo practicatur in aliis Regnis declaratur, sed in Regno nostro si meliorationes deducantur ante sententiam, impeditur executio, & liquidantur post sententiam, & si opponantur post sententiam, executioni demandatur sententia, præstita fidejussione de solvendo, num. 2.

Exceptio meliorationum est modificativa, & potest opponi etiam post sententiam in executione, num. 3.

Executio non impeditur, si de meliorationibus opponitur post sententiam, nisi per aspectum loci probentur meliorationes, saltem in genere, rejecto Marotta, nu. 4.

Melioratam rem nolens restituere, sed eam volens retinere, donec ex fructibus meliorationes reficiantur, cogitur compensare, num. 5.

Melioramenta quomodo liquidantur, & quomodo extimantur? num. 6.

Possessori, qui restituit rem absque deductione meliorationum, qua actione succurritur, num. 7.

Fructus percepti lite pendente in judicio assistentiæ non compensantur cum meliorationibus, secus in judicio reivindicationis, num. 8.

Meliorationum exceptio competit etiam conductori, sed non competit furi, neque pro expensis necessariis, & secus in possessore malæ fidei, cui compensantur expensæ necessariæ tantum, num. 9.

Malæ fidei possessor tenetur compensare etiam cum fructibus ex eisdem meliorationibus perceptis, num. 10.

Meliorationes opponens regulariter tenetur compensare cum fructibus ex fundo perceptis, non autem ex meliorationibus factis, nisi sit hæres, in fundo fideicommisso subjecto, qui potest retinere expensas necessarias absque compensatione fructuum, num. 11.

Maritus in bonis uxoris non compensat fructus, cum meliorationibus, num. 12.

Textus in l. sumptus, & in l. emptor, ff. de rei vind. *explicantur*, num. 13.

Bonæ fidei possessor compensat cum expensis tam necessariis, quam utilibus, secus de voluptariis, pro quibus conceditur abrasio tantum, num. 14.

Dominus fundi si facturus esset easdem expensas voluptuarias, ipsæ assumunt naturam expensarum utilium, num. 15.

Emens rem pupilli absque decreto, & sine interventu pupilli, dicitur in mala fide, & expensas non necessarias repetere non potest, num. 16.

Emens scienter rem subjectam fideicommisso, vel rem Ecclesiæ absque assensu, expensas non necessarias repetere non potest, num. 17.

Pater habens usumfructum in re filii, meliorationes non excomputat cum fructibus, num. 18.

Creditor, quando tenetur fructus a re pignorata in sortem computare, num. 19.

Possessor, qui in re fecit meliorationes, si convenitur hypotecaria, poterit offerre primam rei æstimationem, & quomodo æstimatur, num. 20.

Res communis si est dividenda, portio illa datur socio, in qua ante divisionem, meliorationes fecit ipse, num. 21.

1 Possessori condemnato ad fundum dimittendum competit retentio, donec, & quousque pretium meliorationum in fundo factarum sibi solvatur, dictaque retentio possessori sic opponenti competit, etiamsi dicta exceptio meliorationum opponatur post sententiam, illiusque executionem impedit, tam si opponatur ante, quam si post sententiam, ut latè *Hercules Marescot. var. resol. 112. lib. 2. num. 18. & Antonius de Amat. resolut. 14. num. 42.* qui alios innumeros allegant.

Alii vero aliter sentiunt, cum distinctione; ut si melioramenta sint liquida, vel incontinenti liquidanda sunt, impediatur executio sententiæ per exceptionem meliorationum. At si sint illiquida, tunc præstita cautione de solvendo quicquid fuerit circa meliorationum extimationem judicatum, executio sententiæ non impeditur. Nisi in sententia fuerit dictum, solutis prius meliorationibus, ut latè *Mastril. decis. 93. Viv. decis. 192. num. 3. Card. Puteus decis. 461. lib. 2.* & alii innumeri, quos citant, post *Ursil. ad Afflict. dec. 205. num. 5. & 6.*

2 Sed quicquid est in aliis Regnis, servatur in nostro Regno, præsertim in Sac. Reg. Cons. & in M. C. V., a quibus omnes aliæ Curiæ Regni normam sumunt, ut si meliorationes deductæ sunt ante sententiam, indistinctè impediatur illius executio, donec & quousque, cum effectu illorum pretium possessori exbursetur, & possunt liquidari post sententiam, prout fuit decisum 17. Julii 1702. ad relationem Regii Consiliarii D. Francisci Raetani, in causa....

Si vero de meliorationibus opponatur post sententiam, debitæ executioni demandatur sententia, nec aliter per hanc exceptionem executio impeditur, præstita tamen fidejussione per victorem de solvendo, facta illarum liquidatione, de qua observantia testatur *Præsid. de Franch. decis. 559. num. 2.* Quam praxim ubique servari potest, *Galeot. lib. 2. contr. 46. Mastril. dec. 98.* quos citat, & sequitur *de Luca ad Franch. dict. obser. 112. num. 1. Capyc. dec. 205. num. 7.*

3 Exceptio meliorationum est exceptio modificativa, quæ non impugnat sententiam, sed respicit solum modificationem, sive executionem sententiæ.

Hinc fit, quod licet ante sententiam non fuerint allegatæ meliorationes, & Judex condemnaverit restituere, tamen poterit possessor damnatus in executione sententiæ opponere dictam exceptionem meliorationum & eas probare.

4 Quo casu poterit actor replicare, quod executio non impediatur, offerens cautionem de solvendo judicatum, circa æstimationem meliorationum, *Dom. Luca* ibidem ex *Mastril. d. decis. 98. & de Marin. d. resol. 33. lib. 2. num. 18.*

Hæc tamen conclusio limitatur, ubi adesset evidentia meliorationum, quæ posset Judici constare per aspectum rei, ut si essent factæ in ædificiis, ubi per visionem loci, & per accessum Judicis possent probari, tunc impediretur executio, quia illa dicitur probatio incontinenti.

Prout etiam, ubi de meliorationibus constaret in genere, debet præfigi terminus ad illas liquidandas in specie, & interim impediretur executio, etiam si offeratur cautio Bancaria, nec sufficeret fidejussio de solvendo, etiam si essemus in judicio executivo.

Quidquid in contrarium dixerit *Marot. discept. 7. a num. 27.* ut concinnè probat *de Luca ad Franch. observ. 112. num. 2.* ex *Bursat. cons. 60. & cons. 85. nu. 31. Galles. de oblig. Camer. q. 18. Molin. dec. 363. Burat. dec. 169. Duran. dec. 385. n. 4. & dec. 48. p. 3. rec. Maresc. lib. 2. var. resol. 112. n. 18. Capyc. dec. 6. nu. 7. Altim. cons. 43.*

Quo

Quo casu si denegaretur retentio, daretur appellatio, etiam ad effectum suspensivum, *Marescot. & de Luc.* ubi supra.

5 Et ubi quis nollet rem melioratam restituere, sed eam vellet retinere, donec melioramenta ex fructibus reficiantur, obstringitur compensare cum illis id, quod ex re retenta interim percipit, *Bersanus de compensat.cap.2.qu.19.nu.52.* post *Ricc. collect.2445. p.6.vers.compensatio.*

6 Melioramenta liquidantur, verificato antiquo statu rei melioratæ.

Et si ob temporis intervallum probatio status antiqui fieri non posset, tunc Judicis arbitrio remitteretur melioramentorum taxatio, *de Luca* ubi supra ex *Merlin.dec.118.& 695.Velasc.de privileg.paup.q.41.*

In æxtimandis meliorationibus non attenditur, quantum fuerit impensum, sed quantum meliorationis accesserit fundo, ut si centum impendatur, & fundus melioratur solum in quinquaginta, ita *Bersanus de compensationib.cap.2.qu.19.num.49.* ubi citat *Achillem Personalem de acquir. poss.nu.691. vers.quæ distinctio, Neguf.de pignor. membr.4.p.5.num.17. Farin.repert. judicial.qu.38.num.40.*

Credo hoc esse intelligendum in his, quæ fiunt per applumbationem, scilicet in fabricis, & aliis inseparabilibus, ex *tex.in l.domus ff.de legatis 1.*

In his vero, quę fiunt per furtuminationem, hoc est in plantandis vitibus, & vineis de novo, vel quia de loco fecit eiici lapides, cum esset fundus inutilis, fecit utilem, fit æxtimatio quantum est expensum tempore plantationis, & pro tanto debet quis pro rata meliorationum lucrari, & non quantum nunc istæ plantæ, sive vineæ valent, sive appretiatæ sunt, nam attenditur, quod est minus, & sic valor præsens repartitur pro rata expensarum, & pro rata valoris territori iinutilis, habita consideratione, quod arbores receperunt incrementum a solo, debet pro rata cedere in utilitatem soli, & pro rata in utilitatem expensarum factarum, *Ursill. ad Afflict. decis.87. num. 3.* ex *Andr. in c.1.§.si Vassallus, Bartol. in l.in fundo num. 7. & 8. Paulus de Castro cons.126. viso punct. supradicto*, sed vide *Agetam ad Moles lib.3. fol.137. num.15. de Marin.lib.2.resol.133. de Luc.ad Franch. decis.109. num. 5.* qui Authores conciliant opiniones contrarias, & vide etiam eundem *Ursill. d.decis.87. num.7.* ubi habes pro, & contra ex *Covar.*

Et dicta ęstimatio meliorationum habenda non est a tempore factarum expensarum, sed a tempore restitutionis rei melioratæ, *tex. in l.domos, ff.de legatis 1.Versanus d.qu.19.cap.2.num.51.* ex *Magon.dec.Flor. 61.Neguf.de pignor.memb.4.par.5. num.16.Menoch.de recup.possess.rem.15.n.557.Boerius dec.44.n.12.*

Et utilitas meliorationum desumitur ex persona Domini Fundi, ut si amplum palatium ex domo ejus, qui pauper est, constituitur, eidem utile dici non potest, *Bersan.* ubi sup. *Sarmient. select. interpr.lib.1.cap. 10.nu.6.Menoch.de recuper.remed.15. nu.513.* ubi tamen subdit, quod possint a possessore auferri.

7 Possessori, qui restituit rem absque deductione meliorationum, succurritur actione in factum, ex æquitate, *l. si me, & Titium, ff. si certum petatur*, per quam possunt repeti expensæ factæ in meliorationibus, cum victor fiat locupletior cum jactura ejus, qui melioravit.

Et competit etiam incerti condictio, per quam recuperantur non melioramenta, sed ipsæ res melioratæ traditæ, quasi earum traditio fuerit facta pinguius quam oportebat, & facta repetitione possunt illæ retineri pro impensis, donec super eis judicetur.

Et quia hæc actio continet nudum factum retrahendi, quod est omnino incertum, ideo appellatur *incerti condictia*, quæ semper competit, ubi nulla ordinaria actio prodita est.

Et verior sententia est, quod possint tunc peti meliorationes officio Judicis, ut post relata omnia supradicta tria remedia, concludit *d.de Luc.ad Franch.observ.112.n.4.* & probat *Gratian. discep.193.ad.tex.in l.si in arca. ff.de condict.indebiti.*

Et hanc conclusionem intellige in bonæ fidei possessore, secus in malæ fidei possessore, *d. Doctores* ubi supra.

8 Fructus percepti lite pendente in judicio assistentiæ non compensantur cum meliorationibus per rei possessorem factis, sive post litem contestatam sint percepti, sive ante, ut latè *de Marin. lib.1.resol.155. & ad Revert.dec.559.num 3.*

Ea ratione assignata, quia nunquam in Sac. Cons. fuit præstita assistentia super re, & fructibus, nisi super fructibus pendentibus fuisset petita, & sequestrum ordinatum, *de Marin.d.resol.155.in fin.* ex *Sanfel.dec.129.num.1.& 2.*

Secus in judicio reivindicationis, ubi ex natura actionis intentatæ, fructuum restitutionem secum trahit, *l.fructus D.de reivindicatione, l.item veniunt §. fructus ff.de petitione hæreditatis, Afflict.decis.59. Latr.dec.63.Marcian.disput.58.nu.44.*

Et in hoc judicio nullum dubium esse potest, ut latè *de Marin.ad Revert. decis.559. & resol.155.* ubi sic esse intelligendum *Covar.* & alios ibi sic non distinguentes.

9 Exceptio meliorationum competit etiam conductori, qui pro expensis factis in re conducta habet retentionem, *l.prima §.quicunque ff.de via publ.* ibi: *& si quid in ea factum esse dicat, Mozz.de loc.& conduct.cap.quomodo finiatur, num.22. Guazz.de expens. cap.4.num.10.Viscont.in verb.canductar, Merlin.dec. 351.tom.1.Hodiern.ad Surd.decis.294. num.3.Revert. ad Sanfel.dec.371.lib.3.* & alii ibi citati.

Furi non competit exceptio meliorationis, adeo quod nec expensas necessarias deducere potest, *Menoch.de recup.remed.15.n.577. Sarmient. select. interpret. lib.1.cap.10. Farin. repert. Judic.qu.38.n.11.* relati a *Bersan.de compensat.cap.2.qu.19.n.48.*

Respectu vero possessoris malæ fidei, meliorationes restringuntur tantummodo ad expensas necessarias; Nisi compensentur cum iis fructibus, quos malæ fidei possessor suos non fecit, de quibus *Menoch. de recup.poss.remed.15.num.577.ad 639. Boer.qu.44.nu. 6.Bersan.de compensat.cap.2 qu.19.nu.4.*

10 Et sic necessarias tantum repetit, utiles vero non repetit malæ fidei possessor, ex notabili *text. in l. domum C.de reivindicat.Staib.resol.30.n.40.Jo:Guar.in tract.de expens.& melior.cap.5.*

Et malæ fidei possessor tenetur meliorationes compensare etiam cum fructibus perceptis, ex eisdem meliorationibus, *Staib.dict.resol.30.nu.43.& Glos.Ang.& Fulgos.in l.cæterum ff.de reivind. Roman. sing.333. Covar.resol.8.lib.1.nu.4.Menoch.de recup.pos.rem.15.nu. 609.Pereg.art.50.nu.67.de fideicom.*

11 Meliorationum exceptionem opponens regulariter tenetur eas compensare cum fructibus *text.in l.sumptus ff.de reivindicat.glos.ordin. Bald.& DD. in l.insulam §.fructus ff so.matrim.Capyc.dec.93.in fin.* ubi intelligit de fructibus perceptis ex fundo, non ex ipsis meliorationibus factis ab ipso.

Fallit in hærede, qui fecit plantare vineam, vel reficere domum necessariam in fundo subjecto fideicommisso, quia tempore restitutionis retinebit dictas impensas necessarias absque compensatione fructuum.

Et ratio est, quia dicitur percepisse fructus ex re propria, licet restitutioni subjecta; & supradicta regula procedit, quando percipit fructus in aliena: ita *Franc.Cremensis in sing.106.* post *glos. in glos. Magistr. in l.emptor in fin. ff.de reivind.* quam *glos.* allegat, & sequitur *Ursil. ad Affl.decis.87.num.5.* post *Bald.in authe.eripitur C.de bonis, quæ liberis, col.1. vers.quæro*

pater, *Alex. in conf.* 123. *discussis hæsitationib. in fin. 1.vol.* quia usufructus est suus, & quia bona fide, & ut Dominus facit, & æquitas dictat, quod fideicommissarius, sive usufructuarius, non modo meliorationes faciat suas, sed & fructus ex eis perceptos.

12 Ita Maritus in bonis uxoris non compensat fructus cum melioramentis, & a Doctoribus declarantur *text. in l. sumptus. & l. emptor ff. de reivind.*, qui loquuntur, quando sumptus fiunt in prædium alienum, vel emptum a non Domino, tunc enim compensantur cum fructibus perceptis.

13 Secus autē, si res erat illius, qui fructus percipiebat, tamen erat gravatus sub conditione rem ipsam restituere, & ita intelligitur *glos. in dicta l. emptor, Boer. decis. 45. num. 24. & 25.*

14 Respectu vero bonæ fidei possessoris, meliorationes intelliguntur de expensis tam necessariis, quam utilibus, non vero de voluntariis, quia voluntariæ fundum non augent, *l. quod si hæres de Impensis dotal.*

Conceditur tamen ea abrasio dictarum expensarum, quæ fieri potest sine læsione fundi, *Rodan. de reb. Eccl. non alien. qu. 72. num. 2. Farin. repert. qu. 38. num. 19. Bersan.* ubi supra.

15 Et si dominus fundi easdem expensas facturus fuisset, voluptuariæ tunc assumunt naturam utilium expensarum, *l. quod si ff. de Impens. in reb. dotalibus factis, Bersan.* ubi supra.

16 Hinc, qui emit rem alienari prohibitam, vel rem pupillarem absque decreto, & sollemnitatibus, & sine interventu pupilli, dicitur in mala fide, & meliorationes voluntarias, seu utiles non necessarias repetere non potest, *Staib. dict. resol. 30. nu. 40.* imo nec etiam necessarias, *Staib. resol. 159. num. 17. fol. 464.*

17 Ita pariter emens scienter rem subjectam fideicommisso, *l. fin. §. emptor C. communia de legatis*, ubi *glos. & DD. vers. melioratione, Staibar.* ubi supra *num. 41.* post *Negusan. de pignorib. lib. 4. memb. 5. part. prim. nu. 19. Marz. in epit. fideicom. quæst. 66. in fin. Pereg. de fideicom. art. 50. num. 63.*

Ita etiam in emente rem Ecclesiæ absque assensu, *Staib. observ. 30. num. 31.*

18 Unde pater, qui habet usumfructum in re filii, meliorationes factas non excomputat cum fructibus, quia usufructus, & usus tolleretur, *Affl. decis. 87. nu. 4.*

19 Et licet creditor tenetur rem pignoratam in sortem computare, *l. quamvis*, & ibi *Bar. C. quibus modis pignus tacitè contrahatur.*

Hoc verum est, nisi creditor subiret magnos labores in ipsa re constituenda, quia tunc cedunt sibi lucro, nec computantur in sortem, ita *Jo. Andr. in cap. consequentes de usuris, & Ludovic. Bolop. dicta l. si non sortem in princ. Jo. de Anaie. in cap. 1. col. 5. in fine ver. in glos. fin. de usuris, Boer. dec. 44. num. 24.*

20 Possessor, qui in re fecit meliorationes, conventus hypothecaria, poterit offerre pristinam rei æstimationem, habita consideratione ad primum tempus, prout tunc ipsa res valebat, deductis tamen meliorationibus æstimandis ratione præsentis temporis, *Ursil. ad Afflictum decis. 86. nu. 6.* ubi habes pro, & contra.

Possessor, qui rem melioravit, poterit offerre pretium, & valorem rei æstimatæ, juxta æstimationem, quæ fieret, attento tempore, quo non erat meliorata, *de Franch. dec. 25. num. 7.* citatus a *Didaco de Mari, ad Gramm. dec. 51. num. 8.*

Possessor tertius itaque hypothecaria conventus habet jus offerendi, & tam si justus sit, quam injustus possessor, si vult, potest rem retinere, sed offerre tenetur totum creditum, etiam si res minoris valeat, quando tamen nullum jus retinendi possidenti competit.

Nam si aliud jus retinendi haberet, ut quia meliorationes in re fecisset, tunc non totum creditum, sed rei æstimationem tantummodo, sive valorem offerre teneretur, ita concludit *de Marin. lib. 1. resol. 219. nu. 19.* & sic decisum refert *de Franch. dec. 58. nu. 1. & 2.*

Ubi *num. 5.* dicit, fuisse decisum quoque, quod augmentum in re factum ex beneficio temporis cedat in beneficium creditoris, itaut possessor teneatur valorem præsentis temporis solvere, deducto pretio meliorationum.

Verum si augmentum processisset ex diligentia possessoris, tunc ad beneficium possessoris cedit, *de Marin. loc. cit.*

Et licet *Text. in l. In fundo ff. de reivindicat.* statuat, quod in reficiendis meliorationibus possessor prætendere non possit, quod impensum est, sed solum id, in quo res melior effecta est; hæc conclusio, & *text.* prædictus procedit, quando fundus a domino vindicatur, non autem quando ad instantiā creditoris agitur jure hypothecæ, quo casu contra creditorem deductio fit totius valoris meliorationum, *d. Text.* non obstante, *de Marin. loc. cit. num. 21.*

Sed oblatio fieri debet antequam sit factum appretium, & adjudicatio victori super re deducta in judicio, nam postea non licebit offerre, *Marin. loco cit. ex Afflict. decis. 187. & ex Fabio de Anna cons. 35. nu. 23. & cons. 51. n. 2. & 10. Peregr. dec. 122. n. 21.*

Et ratio assignatur, quia post appretium, & adjudicationem translatum est dominium victori, ideoque non amplius licebit offerre, *Marin. & Gramm. loc. cit. num. 4.* cum aliis.

21 In divisione facienda de aliqua re communi, socio debet assignari illa portio, in qua ipse fecit ante divisionem meliorationes, *Ursil. ad Affl. dec. 87. nu. 7.*

C A P. LXV.

De Exceptione adulterii.

S U M M A R I U M.

ADulterii exceptio competit viro contra hæredes mulieris repetentis dotem, & competit uxori contra maritum, & marito contra uxorem, num. 1.

Adulterii exceptio non competit hæredibus mariti contra mulierem petentem restitutionem dotis; nisi in duobus casibus, num. 2.

Adulterii exceptio non præcluditur termino quinquennii, sed quandocumque opponi potest, num. 3.

Adulterii exceptio per replicationem lenocinii impeditur, num. 4.

1 ADulterii exceptio competit viro contra hæredes mulieris repetentis dotem; nam viro permissum est excipere, quod mulier adulterium commisit, & per dictam exceptionem liberatur maritus a dotis restitutione, *de Luca ad Franch. decis. 240. num. 1. & 3. Mastril. decis. 57.*

Adulterii exceptio competit etiam uxori contra maritum in causa civili, & marito contra uxorem ad separationem thori, & amissionem dotis lucri, *l. si uxor §. Judex ff. de adulteriis, Surd. de alim. tit. 7. qu. 16. num. 54.*

2 Adulterii exceptio regulariter non competit hæredibus mariti contra mulierem adulteram, agentem pro restitutione dotis, nisi in duobus casibus.

Primo, quando Maritus instituisset in vita querelam, quam tunc possunt prosequi hæredes.

Secundo, quando ob temporis brevitatē morte preventus, vel alio impedimento fuit impeditus, ne uxorem accusaret, *de Luca ad Franch. decis. 240. num. 1.* ex *Farin. de delict. Carnal. qu. 142. num. 11. Velasq. consult. 169. Peguer. decis. 95.* & vide alia apud dictum *de Luca ibid. Motil. de gradu citat. nu. 198.*

3 Adulterii exceptio non præcluditur termino quinquennii, sed quinquennio elapso quandocumque oppo-

poni potest, quia temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, *Bajard. ad Clar. in §.adulter. nu.125.de Luca ad Franch.dec.240.num.3.*

4 Adulterii exceptio ubi obiicitur, per replicationem lenocinii tollitur, *l.vira 40. ff. solut. matrim. l.cum mulier 49.eod.tit.Motil.in grad.citat,num.198.*

CAP. LXVI.

De Exceptione non numeratæ pecuniæ, vel rei non traditæ.

SUMMARIUM.

EXceptio non numeratæ pecuniæ, vel rei non traditæ est peremptoria, & procedit in contractu mutui tantum, pecuniæ, vel rei consistentis in numero, pondere, vel mensura, quæ opponitur infra duos annos, secùs si ex causa depositi, vel alia causa, num.1.

Exceptio prædicta locum habet in confessione dotis infra terminum anni tantum, si matrimonium duravit biennio. Sed si plus biennio, & minus decennio, infra tres menses a die soluti matrimonii. Et si plus decennio, non admittitur hæc exceptio; intellige tamen de jure Civili, secus de æquitate juris Canonici, quâ attentâ perpetuo opponi potest, num.2.

Exceptio non numeratæ pecuniæ in contractu mutui competit debitori, non autem creditori, sed creditor infra 30. dies tantum opponere potest non recepisse pecuniam a debitore, num.3.

Opponens infra biennium non tenetur probare, sed crediteri incumbit probatio, sed opponens post biennium, excipienti incumbit onus probandi numerationem non esse factam in mutuo, num.4.

Creditor vero in confessione de recepto, & in aliis quibuscumque contractibus post lapsos 30.dies non admittitur excipere, num.5.

Opponens in mutuo exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel rei non traditæ, non potest facere positiones, ut adversarius deponat, nec deferre juramentum litis decisorium, sed solum potest per testes suam exceptionem probare, vel per confessionem partis factam in judicio tantum, num.6.

Positiones super negativa non admittuntur, num.7.

Exceptio prædicta non numeratæ pecuniæ, rei non traditæ, habet locum tam in scriptura privata, quam publica, & etiam in literis cambii, & etiam contra Instrumentum liquidum, & etiam in obligationibus penes acta. Quod intellige in confessionibus voluntariis, non autem in confessionibus factis penès acta in Judicio contentioso, & intellige, ut infra, num.10., num.8.

Exceptio prædicta habet locum etiam in apocis bancalibus, quod intellige per viam judicii præventionis, n.9.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, vel rei non traditæ, non impedit solutionem, sed facta satisfactione, vel constitute debitore in vinculis, datur terminus ad probandum contra instrumentum, num.10.

In mutuo facto Ecclesiæ, Ecclesia poterit ultra biennium perpetuò opponere exceptionem, & ita in aliis Ecclesiasticis personis, item in pupillo, item in confessione de mutuo præterito, num.11.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, ac rei non traditæ, an possit opponi tam in agendo quam in defendendo? n.12.

Exceptione prædicta uti potest tam principalis debitor, quam ejus hæres, & contra hæredem, num.13.

Exceptio prædicta in multis casibus locum non habet, qui explicantur, num.14.

Exceptio non numeratæ pecuniæ cessat, quando quis recipit aliquid pro residuo, etiamsi præcesserit protestatio, d.residuum non fuisse pro residuo receptum, n.15.

Exceptio non numeratæ pecuniæ obiici non potest a venditore annui census. Quæ tamen conclusio cessat in Curiis Ecclesiasticis, & in Romano statu, & etiam in Regno nostro Neapolitano: & assignatur ratio, num.16.

Exceptio prædicta in testamento, & in alia scriptura in mortis articulo facta cessat, cum limitatione ad beneficium Ecclesiæ, quæ non præjudicatur ex confessione sui Rectoris, vel Prælati, num.17.

Exceptio prædicta cessat, quando renunciatur dictæ exceptioni, cum limitatione, ac distinctione, num.18.

Constitutus debitor pro alio, exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non potest, num.19.

Numeratam non esse pecuniam opponens, non censetur fateri debitum, secus opponens solutionis exceptionem, vel præscriptionis, vel pacti de non petendo, vel quamcumq; aliam peremptoriam exceptionem, n.20.

Exceptio rei non traditæ impedit executionem obligationis penès acta, num.21.

1 EXceptio non numeratæ pecuniæ, vel rei non traditæ, quæ numeratur inter peremptorias procedit in obligatione debiti confessi, scilicet in contractu mutui tantum, ubi debitor, qui confessus est mutuo accepisse pecuniam, vel aliam rem, quæ consistit in numero, pondere, & mensura, dummodo sit verum mutuum, poterit opponere exceptionem infra duos annos, *Text. & Glossa in l.in contract.14.in princ.* & ibi *DD. C.de non num.pecun.Oinot.lib.3.tit.22.de literarum obligationibus num.16.*

Dixi, quando quis confitetur se debitorem ex causa mutui tantum, nam si quis ex alia causa, puta depositi, empti, &c. confiteretur se debere centum, tunc non habet locum hæc exceptio, *Oinot. d. lib.3. tit.22.de lit.oblig.num.15.*

2 Item habet locum in confessione Dotis; cum hac tamen differentia, quia in contractu mutui, ut supra, potest opponi hæc exceptio infra biennium a die confecti instrumenti, sed in contractu dotis, qui confessus est dotem recepisse, vel ejus hæres, potest opponere exceptionem non numeratæ dotis, vel dotis non consignatæ, infra annum tantum, si matrimonium duravit minus biennio.

Si vero plus biennio, & minus decennio, tunc infra tres menses a die soluti matrimonii, & si plus decennio, non admittitur hæc exceptio, *authentica, quod locum, C.de dote cauta non numerata.*

Et ab hærede potest opponi dicta exceptio, & residuum temporis ad hæredes transit, *l. sub prætextu C. de hæred.action.Velasc.dec.5.num.7.*

Sed quicquid sit de jure civili. Tamen de æquitate juris canonici dicta exceptio non numeratæ pecuniæ per tempus non excluditur, sed perpetuo opponi potest, aliàs videtur cum aliena jactura lucrari, *Dian. in cap. locupl. de reg. jur. in 6.* Ita consuluit *Roman. cons.44.n.2.& cons.445 n.5.* ubi loquitur in casu non numeratæ dotis, *Seraph.de privileg.juram. privil.60. in fine, Ang.cons.156.Hippol.* latissimè *Imol. in cap. fin. num.30. de solution. Jas.in l.qui pecuniam num.7.ver. ultra illas fallentias ff. si certum petatur, Felin.in cap. si cautio num.6.de fide instrum.& in l.jure naturæ n. 6.de reg. juris, Boerius in addit. ad Dominum in d. C. Procuratien.* ubi testatur de communi, *Salicet. in l.in contractibus in princ. C.de non numer. pecun.* & quod perpetuo opponi potest refert *Capp.Tholosan.dec.419. & Thesaur.dec.212.num.3.*

3 Et est advertendum, quod dicta exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum in contractu mutui, ut supra diximus. Intellige tantum in debitore mutui; non in Creditore, qui confitetur sibi debitum ex causa mutui solutum esse, nam confessio creditoris de recepto, non est ita privilegiata, sed infra 30. dies tantum dicta exceptio contra creditorem opponi potest, & hoc onus probandi numerationem pecuniæ ad eum pertinet, pro cujus favore erat confessio numerationis, *Afflictus decis.105.& 402. Capycius latr.decis.115.num.19.* Et sic in quibuscumque contractibus de recepto non opponitur dicta exceptio, nisi in-

infra 30. dies a die confessionis, *Text. in d. l. in contractibus §. super cæteris, Cod. de non numerata pecunia versic. vel si qua alterius cujuscumque contractus gratia, &c. securitas similiter data sit, Affl. decis. 105. De Vita in repert. Juris, verbo exceptio fol. mihi 99. col. 1. in fine.*

Et transactis dictis 30. diebus a die confessionis non admittitur amplius dicta exceptio, etiamsi vellet assumere creditor onus probationis negativæ, volens probare sibi non fuisse numeratam pecuniam, vel consignatam rem, quam recepisse confessus fuit a debitore, quia non erit admittendus post transactos 30. dies, ut advertit *Paulus Montan. super pragm. 5. de administratione Universitatis §. 10. num. 7.* post *Paul. de Castro cons. 232.*, & colligitur *in d. §. super cæteris.*

4 Quod non ita est in confessione ad obligandum, scilicet in contractu mutui, ubi exceptio potest opponi infra biennium, & post biennium, hoc tamen discrimine, quod si opponatur non elapso biennio a die instrumenti confessi, opponẽs non tenetur probare, quia dicitur probata negativa ex parte excipientis, & præsumit lex, quod illa confessio fuit facta sub spe futuræ numerationis, & creditori allegauti numerationem incumbit onus probandi contra hanc præsumptionem, & debet probare verè fuisse rem traditam, & pecuniam numeratam, *Gallup. par. 2. cap. 11. num. 5. Oinot. lib. 3. tit. 22. de lit. oblig. num. 11.*

Adeo ut si in termino probatorio creditor non probaverit pecuniam fuisse solutam, tunc confessio debitoris evanescit; *Motill. de grad. cit. num. 226.*

Si verò post lapsum biennium opponatur hæc exceptio, tunc debitori excipienti incumbit onus probandi numerationem non esse factam, sed se confessum fuisse sub spe futuræ numerationis, *Oinot.* omnino videndus ubi supra *num. 12. Gallup. p. 2. d. cap. 11. n. 5. de Vita in Repert. Juris verbo exceptio fol. 99.*

Et sic in obligatione mutui hæc exceptio potest omni tempore post biennium opponi, Judicis officium implorando, si velit excipiens probare dictam negativam, *Marsil sing. 277.*

5 Itaque dicta limitatio 30. dierum in confessione de recepto, & aliis contractibus factis a creditore, intelligitur, ut transactis dictis 30. diebus ad nullum finem admittatur amplius dicta exceptio, sed dicta limitatio biennii in debitore confitente mutuum, non ad alium finem intelligitur, nisi quoad onus probandi, ut infra biennium incumbat solventi, & post biennium incumbat excipienti.

6 Infertur hinc, quod elapso termino ad hanc exceptionem proponendam, dum onus probandi incumbit excipienti, non poterit relevari a dicto onere probandi per depositionem principalis Adversarii, faciendo positiones, quod non fuerit numerata pecunia, vel tradita res, nec potest compellere Adversarium ad jurandum super dicta negativa, & deferre juramentum litis decisorium, quia exclusus est per lapsum termini facere positiones probandas per confessionem Adversarii, *Capyc. decis. 25. de Vita in repert. Juris, verb. Exceptio fol. 99.*

Sed dicta negativa potest probari per testes, qui interfuerunt tempore confessionis, & instrumenti confecti, *Oinot. lib. 3. tit. 22. de lit. oblig.* ante *num. 13.*

Et potest probari per confessionem partis factam in judicio tantum, & non extrajudicialiter, *Ursill. ad Afflict. dec. 110.* ante *num. 5.*

7 Et generaliter positiones super negativa non admittuntur, nec unquam principalis cogitur deponere, ut diximus *in Cap. de positionibus.*

8 Exceptio prædicta ampliatur, primo, ut habeat locum tam in scriptura privata, quam publica, *Cacheran. dec. 134. nu. 1. Gallup. d. cap. 11. par. 2. num. 1.*

Secundo ampliatur, ut exceptio non numeratæ pecuniæ detur intra legitima tempora in literis cambii, *Bald. cons. 90. num. 20. Affl. in const. cansar. per Magistros a num. 10. rubrica 40. Foller. in add. ad Marant. p. 6. actu 6. num. 53. Scacc. de commerciis, & cambiis §. 1. glos. 8. qu. 1. Mant. dec. Rotæ 67. Paschal. de patr. pot. cap. 8. num. 65.* Amplians id esse verum, quamvis præsentans literas mercatoris fateatur recepisse in dorso literarum præsentatarum pecuniam cambio datam, ex *l. literar. C. de solut. Bellon. dec. Rot. Genuens. 26. num. 27. Novar. par. 2 qu. for. 19. num. 4.*

Sic etiam contra instrumentum liquidum, *Caravit. 166. nu. 41. Gait. in pract. instrum. p. 3. cap. ult. princip. vers. autem facta liquidatione num. 10.* annuens *num. 11.* idem procedere adversus obligationes penès acta. *Viscont. in concl. jurium verb. except. non num. pecun. Novar.* ubi supra *num. 6.*

Intellige de confessionibus, quæ fiunt in modum voluntariæ jurisdictionis, nam adversus confessionem in judicio factam, seu judicio contentioso, non potest opponi dicta exceptio, ut advertit *Novar. p. 1. q. forens. 158. num. 5.* & intellige, ut infra *num. 10.*

9 Sic etiam in Apocis Bancariis concludit *Novar. p. 2. quæst. forens. 19.* ubi in fine concludit; quod eo ipso, quod infra legitimum tempus opponitur, dicitur probata dicta exceptio, per *textum in l. 1. C. de non num. pecunia, & Caravit. ritu 166. num. 47.* Sed vide *in titulo de literis cambii.*

Sed hoc intellige per viam præventionis, antequam veniat dies solutionis, vel facto deposito, aut in vinculis, aliàs non auditur, ut *in tit. de Apocis Banci cap. 1. num. 18. tom. 2. meæ praxis.*

10 Infertur hinc, quod quando opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ contra instrumentum, vel aliam scripturam juratam, non habet locum exceptio jurisjurandi, quia juramentum in dicto contractu refertur ad confessionem, non autem numerationem pecuniæ, & sic absque metu perjurii potest confessus opponere de non numerata pecunia, *textus in l. in dubitati 16. C. de non numerata pecunia; Motil. de gradu citationis num. 220. ex Covar. in cap. 1. §. 5. de pactis in 6. Borrellus in summa decisionum tit. de juramentis num. 29. tom. 1.* Et practica erit, ut facta satisfactione instrumenti liquidi, vel obligationis penès acta, detur terminus excipienti ad ostendenda, quæ ei incumbunt adversus instrumentum, quia non auditur nisi facta satisfactione, vel constituto in vinculis; & ita in causa Sanctuli Pulverini refert practicatum in M.C.V. *Ursillus ad Afflictum decis. 110.*

11 Tertio, exceptio prædicta non numeratæ pecuniæ ampliatur, ut non claudatur meta biennii in Ecclesia, quæ poterit perpetuo opponere hanc exceptionem, *Ippol. sing. 622. Angelus in §. item juris est, instit. de exception., Duennius in capit. Regni cap. 260. 261. & 262. De vita in Repertorio Juris verb. Except. vers. finem fol. 99.*

Ita latè concludit etiam *Tiraqu. de privil. piæ causæ privil. 154.* ubi *Episc. Ricc. & Thorus*, quod privilegium pariter habet locum ad omnem piam causam, ex *Romano, Baldo, Alberic.*, & aliis.

Quarto, ampliatur in Clericis, & aliis Ecclesiasticis personis, nam hi perpetuo opponere possunt, *Authentica hoc jus porrectum Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, Baldus in l. 2. §. finali ff. si certum petatur, Imol. in cap. si cautio extra de fid. instrum.* & plenius *in c. fin. de solution. Vita in repert. verb. Exceptio fol. 99. col. 1.*

Item in pupillo, cujus favore etiam post lapsum biennium officio Judicis implorato, admittitur exceptio ista, *Mascard. de probationibus concl. 1236. nu. 10. Motill. de gradu citat. num. 226.* Imo in omni minori ætate, & in absente ob justam absentiam, *Text. & Gloss. in l. in contractibus C. de non numerata pecunia, in principio,* ibi: *Eodem auxilio petituris.*

Quinto ampliatur, ut exceptio non numeratæ pecuniæ non claudatur meta biennii, quando confessio,

sio, & obligatio fieret ob mutuum de præterito; *Gloss. in l.adversus petit. C.de non numerata pecunia, de Vita in Repert. Juris, verbo Exceptio* 99.*col.*2.

12 Sexto ampliant aliqui, ut agendo tantum sit limitatum tempus opponendi dictam exceptionem, secus defendendo, quia est perpetua dicta exceptio in defendendo.

Sed hæc sexta ampliatio communiter reprobatur, nam veritas est, quod tam Actor, quam reus non possunt juvari dicta exceptione, elapso tempore præfixo ad opponendum, *Gomez variar. de contractu mutui col.*7.*num.*3.quem sequitur *Galluppus part.* 2. *cap.*11.*num.*3.

13 Septimo ampliatur, ut hac exceptione uti possit, non solum debitor confitens, sed ejus hæres,& contra hæredem, *Textus in l. si intra legibus* 8.*C.de non numer.pecun.*& etiam Creditor contra Creditorem, nam Creditores, qui habent interesse contra dictum debitorem confitentem etiam invito ejus debitore possunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ ad excludendum mutuum confessum, *Chartarius decis.*16.*nu.*17.apud *Motillum de grad.cit. nu.*126.*text. in l.si cui* 15.*C.de non numerat.pecun.*

14 Exceptio prædicta non numeratæ pecuniæ in multis casibus locum non habet.

Primo, quando confessio facta est in judicio ad interrogationem partis adversæ, vel de ordine judicis, nam

Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi adversus confessionem in judicio factam, ita concludit *Galluppus in præludio num.*24.*& p.*2.*cap.* 11.*n.*11.*Cacheranus dec.*133.*ex Baldo in l.voluit ff.de interrogat.act.* quod singulare, & notatû dignum notavit *Marcus de Mantica in sing.*237.

Intellige de confessione facta in modum contentiosæ jurisdictionis, ut advertit *Novar.in* 1.*par.qu.forens.*158.*num.*5. *ex Jasone in l. pecuniam num.*7.*ff. si certum petatur, glossa in l.*1.*C.de confess.Gomez in tomo* 1.*cap.*6.*num.*3.*in fine, Afflictus in Constitutione Regni lib.*1.*rubrica* 40.*num.*41.*Cacheranus decis.*34.*nu.*6.Secus vero in confessione facta in modum voluntariæ jurisdictionis, ut quando fit obligatio alicujus debiti penès acta, quia tunc habet locum dicta exceptio,ut superius diximus *in* 2. *ampliatione.*

Et tanto minus admittitur dicta exceptio post solutionem sequutam, etiam si solvisset debiti partem, quia per dictam solutionem agnoscendo debitum, videbitur firmare renunciationem, *Novar. p.* 1. *qu. forens.*158.*num.*5. ubi multos allegat. Sed quando geminatio est juxta qualitatem primæ obligationis, tunc licet post conclusionem, & geminationem non posset allegari exceptio non numeratæ pecuniæ, tamen post secundam, & tertiam promissionem, sic, ut decisum refert *Afflict. d. decis.*110. *in fine*,argumento ex *l.cum stipulatus sum mihi Proculo ff.de verb.significat.* & ex *Glossa, Cyn., & Alberic. de Rosat. in l.cum finem C.de non numer.pecun.*

Tertio, in Tutore confitente se recepisse centum mutuo a Pupillo; nam tunc non juvabitur dicta exceptione, *Galluppus d.cap.*11.*par.*2.*num.*11.ex *Decio in l.singularia ff.si certum petatur.*

Sed aliqui volunt, modo confessio appareat scripta manu tutoris; ita *de Vita in repertorio Juris, verbo exceptio fol.* 99. *ex Gloss.* 2. *in l.singular. ff. si certum petatur.*

Quarto, exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum, quando mutuum dependet ab aliqua causa expressa; & hæc est cautela, ut quando debetur aliquod ex aliqua caussa, & conventione partium fit contractus mutui, vel promissio solvendi, illa caussa exprimatur; quia caussa expressa cessat exceptio non numeratæ pecuniæ, *Gallup. par.*2.*cap.*11.*nu.*12. qui pro creditore præsumit ex causa præcedenti, *Ruin.cons.*19.*nu.*11.*vol.*4.*Rolandus a Vall.cons.*4.*num.*15.& 16.*vol.*4. *Surdus cons.*162.*num.*40.*vol.*2. apud *Novar.par.*1.*qu.forens.*158.*num.*5.*in fine.*

Nam quando debitum ex alia caussa fuit conversum in causam mutui, tunc habetur pro vera caussa numerationis *gl. in l.adversus in fin. C.de non numer. pecun. Gratian.discept.for.cap.*320.*num.*12.

Exemplificatur, ut si sis Depositarius meus in centum aureos, & convenio, ut retineas ex caussa mutui.

Vel tibi concedo facultatem exigendi centum a Debitore, & tecum convenio, ex caussa mutui, *l. rogasti ff.de præscriptis verbis.*

Vel si tanquam Procurator meus exegisti, & cum esses paratus solvere, convenimus de mutuo, *l. singularia ff. si certum petatur.*

Secus vero, ubi pecunia non esset solutioni parata, quia tali casu procederet contrarium.

Sed remedium erit, ubi caussa expressa non esset vera, ut licèt non possit opponi dicta exceptio non numeratæ pecuniæ, poterit opponi alia exceptio, scilicet, quod caussa declarata, a qua dependet confessio, non sit vera.

Quo casu, si mutuum sit cum caussa expressa in alia scriptura, tunc non potest opponi ista exceptio, nisi caussa probetur non vera per aliam scripturam, *l. generaliter C. de exceptione non numerata pecunia*, *Gallup.*ubi supra.

Sed si causa non fuerit scripta, sed aliundè probata per Testes, potest probari non esse veram, etiam per Testes, *Bald.ibi num.*13.*&* 14.*Gallup.ibid.*

15 Quinto, Exceptio non numeratæ pecuniæ cessat, quando quis recepit cum effectu aliquid pro residuo, sive ad complementum, quia præsumitur totum solutum, etiam quod sit præmissa protestatio per recipientem, ut decisum refert *Gallup.par.*2.*cap.*11.*num.*13.in causa Ascanii d'Elia, qui recepit quantitatem pro pretio frumenti ad complementum, prævia protestatione, & decreto M. C. Vic. quod ei non inferatur præjudicium per dict. receptionem complementi, & prætendens deinde dict.receptionem complementi non fuisse pro residuo, & complemento pretii, fuit in Collat.Consilio decisum, obstare eidem Ascanio exceptionem solutionis, non obstante dicta protestatione, & decreto M.C.V.anno 1602.penès Actuarium tunc Longo, nunc de Isso, ut testatur etiam *Novar. part.*2.*qu.forens.*158.*num.*13. ubi refert *dictam decis. a Gallup.*nominatam, adde *Afflict. decis.* 285. *num.*3. ubi alios citat.

16 Sexto, Exceptio non numeratæ pecuniæ obiici non potest a venditore annui census, qui pretium se recepisse juravit, eidemque exceptioni renunciavit; ubi est advertendum, quod non sufficit solum jurare, pecuniam recepisse, nisi etiam jurando renunciet expressim huic exceptioni, vel addat clausulam, vz. *omnia, & singula in Instrumento comprehensa esse vera*; ita *Riccius collectanea* 1173. penes *Cusanum in lectura ad Pragmaticam prim. de cens. fol. mihi* 94. *num.*3. *ex Milanen.decis.*185. *Rota Januensis decis.*26. *Osasch.decis.*34.

Sed hæc sexta limitatio non servatur Romæ, nec in Curiis Ecclesiasticis in nostro Regno, quia per Bullam Pii Quinti Romæ, & in Curiis Ecclesiasticis receptam, non potest constitui census absque pecunia numerata; nam contractus censualis ob defectum numerationis est nullus. Verum ob clausulam solitã apponi, vz. *ut in omni casu nullitatis teneatur debitor solvere sortem una cum interesse ad eandem rationem census*; per dictam clausulam licet non debeatur census, debetur tamen interesse promissum vigore dicti pacti. Ita *Gregorius XV.decis.*564.*num.*4.ubi *Beltram.* quos sequitur *Io:Antonius Molegnanus in prætermissa additione in ultima pagina altercationum.*

Nec

Nec in Regno Neap. locum habet dicta sexta limitatio, ubi licet recepta non sit Bulla Piana, tamen constare debet de debito antecedenti, ut sit validus contractus censualis, nec sufficit renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, *Petra rit. 20. & rit. 247.* & ego dixi *in 2. tom. cap. 7. de liquid. instrum. num. 19.*

17 Septimo, exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi adversus confessionem factam in testamento, & mortis articulo, nec per confitentem, nec per ejus hæredem, *Grammatic. cons. crim. 70. num. 2. de Vita in repertorio Iuris verb. exceptio fol.* 98. *Novar. part. 1. qu. forens.* 158. *num. 5.* post *Gomez. in tom. 2. resolutione* 6. & alii allegati a *dicto Novar.* Ex quo mortuus non sperat futuram numerationem, *Ursill. ad Afflictum dec.* 110. *num. 5.*

Quæ conclusio limitatur in Prælato, vel Rectore Ecclesiæ, vel Abbatissa, cujus confessio in articulo mortis non præjudicat Ecclesiæ, nec successori in dicta Ecclesia tamquam fraudulenta, & ambitiosa, ut decisum refert *Afflict. decis.* 168., licet tamen decisio impugnetur a *Montan. in pragm. 5. de administr. Universitatis §. 11. num.* 28. ea ratione motus, cum nemo in articulo mortis sit immemor salutis æternæ, & confessio facta in articulo mortis æquiparatur confessioni juratæ, *Paulus de Castro cons.* 301. *vol. 1.* Sed tu de hoc cogita.

18 Octavo, Exceptio prædicta non numeratæ pecuniæ non habet locum, quando dictæ exceptioni fuit renunciatum cum juramento, nam obstaret juramentum, *Ursil. ad Afflictum decis.* 110. *num. 2.*

Remedium tamen erit, quod opponatur de contractus illius simulatione, *Marsil. sing.* 327. *incip. Exceptio non numeratæ pecuniæ, de Vita* ubi supra.

Si vero sine juramento, tunc non obstante renunciatione transfertur onus probandi in excipientem, licet excipiat, infra tempora statuta ad opponendum, ut supra *Doctores* communiter *in dicta l. in contractibus*, licet aliqui velunt, quod non possit huic exceptioni renunciari, & renunciatione non obstante habet locum hæc exceptio indistincte, sive sit renunciatum cum juramento, sive non, ut infiniti Doctores congesti per *Novar. qu. 168. part. 1. num. 2.*

Et cum hac distinctione concordant Doctores invicem repugnantes: & ratio, quare renunciatio jurata obstet, est, quia juramentum debet servari, & non potest sperni.

At renunciatio sine juramento non habet impedimentum juramenti, & præsumitur facta eadem facilitate, qua fuit facta confessio, sub spe futuræ numerationis. Nisi renunciatio fuisset facta ex intervallo, & non in eodem instanti, ut advertit *dict. Novar. dicta part. 1. qu. forens.* 158. *num. 2.* ubi multos allegat, licet sequatur indistincte, tamen ipse, & Authores ab ipso allegati, sunt intelligendi cum dicta distinctione, ut supra, & *Oinot. lib. 3. tit. 22. de litter. obligation. num. 19.* dicit, opinionem æquiorem esse, quod non possit renunciari huic exceptioni, nisi post intervallum.

Unde vera conclusio est, quod si intervenit juramentum, sive incontinenti, sive ex intervallo, tenet renunciatio; *Staib. observ. 31. in fine* post *Mancin. de juram. p. 4. eff. 8. 115. num. 15. Gratian. discept. 879. num. 31. tom. 1.* At si non intervenit juramentum, non tenet, nisi fiat ex intervallo; proinde cautela erit, ut in scripturis privatis, & quæ fiunt absque juramento, dicta renunciatio non fiat in eadem scriptura, sed postea in alia ex intervallo, *Staib.* ubi supra, *Mascard. de probat. conf. 695. num. 14. Grass. except. 33. n. 6. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 9. nu. 32. Gratian. discept. 879. n. 30. to. 5.* Sed vide *in 2. tom. mea prax. in tit. de præsent.*

Nono, exceptio prædicta non numeratæ pecuniæ non potest opponi per mercatores, & campsores, *Ursil. ad Afflict. decis.* 110. *num. 6.* post *Jason. in l. singularia ff. si certum petatur in 14. col.*

19 Decimo, & ultimo, qui se pro alio constituit debitorem principalem, vel accessoriè, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, *l. trecenta opinaris, C. de non numerata pecunia.*

20 Exceptionem non numeratæ pecuniæ opponens non censetur fateri debitum, sicuti qui opponit solutionem, vel præscriptionem, vel pactum de non petendo, vel quamcumque aliam exceptionem peremptoriam, ut latè *Glo. & DD. in c. except. num. 63. de regul. jur. in sexto.*

21 Exceptio rei non traditæ impedit executionem obligationis penès acta, quia est exceptio, quæ oritur ex ventre scripturæ; *Galter. de liquid. instrum.*

C A P. LXVII.

De Præscriptione.

S U M M A R I U M.

Præscriptio quid sit? num. 1.

Præscriptionis exceptio est peremptoria, & ante contestationem opposita impedit litis ingressum, nu. 2.

Actor ex officio repellitur, si de præscriptione constat in actis, num 3.

Præscriptio in Regno locum habet, rejecto Rovito, *& aliis & assignatur ratio,* num. 4.

Juramentum in scriptura facit præsumere obligatum esse malæ fidei possessorem, si velit opponere præscriptionem, num. 5.

Mala fides defuncti, nocet etiam hæredi, qui propter dictam malam fidem, præscriptionem opponere non potest, secus est in alio successore, qui non succedit jure hæreditario, num. 6.

Præscriptia est iniquum præsidium, ideo in dubio judicandum est contra præscribentem, num. 7.

Commissarius ferre non debet sententiam pra præscribente, si caussa secundum veritatem, & æquitatem ei fuerit commissa, num. 8.

Præscribens demonstrat cursum temporis, sed non habet onus probandi non solvisse, num. 9.

Requisita numerantur, ut locum habere præscriptio possit, num. 10.

Usucapio, & præscriptio bono publico inductæ sunt, n. 11.

Præscriptionem patiens contra se, dicitur suum alienare, & jura sua præscribenti relaxare, num. 12.

Præscribendi tempus, quantum sit? num. 13.

Præscribendi tempus, contra quas personas non currit, num. 14.

Præscriptio, & præsumptio sunt termini diversi, & declarantur, num. 15.

Affertur decisio S. R. C. junctis quatuor Aulis circa præscriptionem, num. 16.

1 Præscriptio nihil aliud est, nisi quædam defensio temporis intervallo quæsita; *l. 1. C. si quis ignorans, & glos. in l. 1. §. cum prædictum, verbo nec usucapione ff. de pignoribus.*

2 Præscriptionis exceptio est peremptoria, & impedit litis ingressum; *Gallup. par. 2. & 3. num. 15.* ex *Felin. rub. de præscript. col. 4. l. exceptiones 3. ff. de exceptionibus.*

Quod intellige, si ante litis contestationem opponatur, & incontinenti probetur, nam si post contestationem opponatur, tunc non impedit litis processum, sed ad merita causæ reservatur. Hæc enim exceptio, & omnes aliæ litis finitæ exceptiones tali modo practicantur; teste *Motillo de grad. cit. num. 174. fol. 39.* post *Aff. dec. 63. Muscat. in glos. finita num. 24. & 16. & glos. ulteriora sub num. 6.*

3 Et si constat de ea in eisdem actis, potest Judex ex officio actorem repellere tamquam agentem sine actio-

ctione ; *Guid.Pap.qu.221.Boer.decis.144. num.8. Cancer.variar.resol.c.18. nu.5. Mynsing.cent.1.observ.28. Decianus cons.10.num.48. Merlin.cent.1.cap.44.n.4.*

4 Præscriptio in Regno non habet locum , secundum *Rovit.cons.40.num.24. lib.2.* sequentem *Ursill. ad Afflict.decis.13.num.9.& decis.329. circa finem , & decis.37.Nicol.in praxi civili fol.125.num.312. Odd.de restitutione in integrum q.20. art.4.num.35.Gabriel. commu.conclus. tit.de restitutione spoliatorum concl. 5.num.54. Petrus Terriquez cons.89. num.15.Intrigl. sing.1.lib.2.*

Et quod in supremis Tribunalibus , in quibus proceditur de æquitate , ut in nostro Sacro R. C. non admittenda sit exceptio præscriptionis , docuit *Angelus in l.1. de negotiis gestis , Crav. cons.251. num.4. vol.3. Paris.cons.201.nu.37 Rol.cons.68.nu.13. lib.3.*

Sed dictus *Rovit.* impugnatur a *Prato ad Muscat.§. in hac glos.in fin.4.par.in glos.& similia versic.sed pulchra* , ubi declaratis *Ursilli* verbis compatitur *Regentem Rovitum* non advertentem , & cum *Præsidente de Amato cons.96.num.20.& cons.38.* concludit præscriptionem habere locum in Regno , & sequitur *Altim.ad Rovit.lib.1.nu.91. & lib.2.dict. cons.14.& 40. Motil.de grad.cit.nu.175. fol.39. Verd.instit. lib.2. fol. 4.num.424.de usucap.lem.6.*

Et ratio assignatur , quare in Regno vigore præscriptionis raro obtinetur , non est , quia in Regno non datur præscriptio , sed quia raro deficit mala fides , & ita intelligendus , & expressè dicit *Ursill. ad Afflict.decis.329.in fine , & in decis.13.alias 12.num. 9.Marcel.Calà de modo artic.num.524.de Pon.cons.49. in princ.lib.2.Capibl.prag.1.de Baron. nu.119.*

Nec dubium esse potest de viridi observantia præscriptionis in hoc Regno Neapolis.

Quotidie enim circumducuntur citationes , instantiæ cadunt , instrumentorum liquidationes corruunt temporis lapsu , & si quandoque rejecta fuit , id successit , quia carebat canonicis requisitis , & ita intelligendi sunt *Rovitus* , & *Ursillus* , ubi supra , ut concludit *Verd.lib.4.institut.num.1425.* & quod præscriptiones attendi debeant in Regno , testatur *Reg.Tapia tit.de præscript.tom.3. Juris Regni.*

5 Hinc fit , quod debitor cum juramento obligatus præsumitur malæ fidei possessor , & propterea nullo tempore præscribit , & si per mille annos viveret , *Canonistæ in cap. fin.de præscript.* , & alii apud *Capyc. decis.4.tit.1.Surd.dec.341.nu.1. Ososch. dec.101.n.27. Cæsar Bisogn.alleg.91.num.3.*

6 Et hæc mala fides defuncti nocet etiam hæredi , qui neque ex persona sua potest incipere præscriptionem, quia tenetur exonerare conscientiam defuncti , *cap. fin.de sepult.Anton.de Butr. Imol. & Abbas in cap.diligenti de præscrip.Capyc.d.dec.4.num.13.*

Secus in alio successore Universali , qui non succedit jure hæreditario , sed aliundè , ut est Prælatus Ecclesiæ , Capitul.Colleg. quia tunc mala fides defuncti non nocet successori ignoranti, *Capyc.* ibid.

7 Unum tamen adverte , quod in dubio semper judicandum est contra eum , qui se fundat in præscriptione , cum sit iniquissimum præsidium , *Petr. de fridericum.qu.14.num.231.*

Præscriptio enim est contra jus naturale , naturalemque æquitatem , *Bald. in l.ancillæ num.11. Cod.de furtis , Cassanæ in consuetud.Burg.rubr.13. §.8.num.7. fol.1740. Merlin. contr.63.lib.2. num.5.* quos allegat *Barra observ.80.cent.3.*

8 Hinc fit , ut si commissa sit alicui causa secundum veritatem , & æquitatem , non debebit talis Commissarius ferre sententiam pro utente præsidio usucapionis , vel præscriptionis , quia naturali æquitati repugnat.

Quod tene menti , quia est valdè singulare apud *Angel. in l.1. ff.de negotiis gestis , & in l.sequitur §.si viam, ff.de usucapionibus, Jason. in repet. l.si id , qui pro empt.col.25. ff.de usucap.Barra* ubi supra *num.20. cent.3.observat.80.*

9 Et præscribens non habet onus ipse probandi negativam se non solvisse ; sed tantum sufficit demonstrare cursum temporis cum requisitis , *Cæsar Bisogn. alleg.21.nu.14.ex Bald.cons.315.vol.3. Cravet.cons.215. nu.11.Novar.cons.446.nu.14. Menoch. cons.75.num.1. Cephal.cons.528.num.52.vol.5.*

10 Et sic onus probandi solutiones negatas a debitore incumbit creditori , ad excludendam præscriptionem.

Requisita autem, ut locum habeat præscriptio, sunt decem , enumerata ab *Antonio Barra centur. 1. observat.60.*

Primo, requiritur Titulus, *Glos.in cap.si diligenti de præscript.leg.1. ff.de public.in rem actione.*

Secundo , Bona fides , *cap.vigilanti , & cap.fin.* [...] *tra de præscript.*

Tertio, Possessio , *l.sine possessione ff. de usucapionib. c. sine possessione de regulis juris in 6.*

Quarto, Continuata Possessio.

Quinto, Quod possessio non sit interrupta naturaliter, & civiliter, *c.illud de præscript.*

Sexto , Requiritur traditio , *l.traditionib.C.de pact.* aut quasi traditio , quæ præsumitur per scientiam , & patientiam, *l.minus instructus,C.de acq.poss.*

Septimo , Quod res sit usucapibilis , vel præscriptibilis .

Octavo , Quod persona sit habilis , quæ vult præscribere .

Nono , Quod sit habilis ad præscribendum ex Persona ejus contra quem præscribitur.

Decimo , Quod possidens possideat pro suo, & animo acquirendi dominium , aliàs non usucapiet , *l.si puerum C. in quibus causis cessat longa temporis præscript., l.male agitur C.de præscript.30.annorum, Antonius Barra cent.4.obser.80.*

Quæ decem requisita restringuntur ab aliis in quinque, nempe.

Primo, bona fides.

Secundo, Justus titulus.

Tertio, ut res sit præscriptibilis, & non vitiosa.

Quarto, quod res tradatur, &

Quinto, Possessio continuata.

Et comprehenduntur ista requisita his versibus.

Non usucapiet, nisi sint tibi talia quinque.

Bona fides, justus titulus, Res non vitiosa :

Quod res tradatur, & tempus continuetur , ut latè *Oin.lib.2.Instit.tit.6.de usucap.nu.13.*

Alii dicunt , quod præscriptio substinetur ex quatuor alimentis, prout rerum natura, v3.

Primo, ex possessione: secundo, ex traditione: tertio, bona fide: quarto, titulo ; *Cæsar Bisogn.alleg.91.num. 5.* post *Capibl. de Baron. pragmat.5. num.219.Vivius decis.130.*

Et in præscribenda jurisdictione, tria sunt consideranda .

Primo , patientia , & scientia Superioris , contra quem præscribitur .

Secundo, actus præscribentis.

Tertio , factum obedientis, & ejus Patientia; idem *Barra*, ubi supra, ex doctrina *Alex. de Imol. de scient. Principis, Dec.in cons.124.vol.3.nu.48.*

11 Usucapio , & præscriptio bono publico inductæ sunt , *l.1.de usucap.Gratian.decis.4 nu.23.* & sunt inductæ favore publico ob desidiam non petentis jura sua , & præscriptionem patientis , *Rovit. cons.66. num.6.*

12 Nam qui patitur præscribi contra se, dicitur alienare suum , sua jura præscribenti relaxare , *l.alienationis verbum ff. de V. S.* juxta *glos. in verbo uis* , & ex hac ratione præscriptio non currit contra hæredita-

tem jacentem; donec jacet, quia in ea non præsumitur, *Rovit. dict. conf. 66. num. 6. ex Bal. Angel. Castr. & Alex. in l. licet Cod. de Jure delib.*

De Tempore Præscribendi.

13 Tempus præscribendi contra privatum, est decem, 20. vel 30. Annorum.

Sed Ecclesiæ gaudet 40. annorum spatio.

At Ecclesia Romana centum annorum spâtio, *l. quas actiones, & l. ut inter C. de Sacr. Eccl. d. Ant. Barr. in d. observat. 80. cent. 3. num. 15.*

Contra Regem, sivè Fiscum requiritur similiter tempus centum annorum; quod immemorabile tempus nuncupatur centenaria præscriptio, ut in Regno est statutum per *Constitutionem quadragenalem in tit. de quibus temporibus feud. præscrib.* per quam *Constitutionem* disponitur, ut in rebus fiscalibus omnis præscriptio contra Regem sit sublata, excepta centenaria, *Horat. Montanus controv. 26. num. 8.*

Tempus tamen Guerræ, vel Hostilitatis a præscriptione subducitur, *Alex. conf. 81. num. 7. lib. 5.*

Item tempus scismatis, mortalitatis; imo cessante Bello, & Peste deducitur tempus aliquale, donec populus quiescat, *Bald. conf. 358. vers. 3. quæritur.*

Sed in Regno est *Pragm. 1. de anno 1477.* quæ mandat, quod ex causa Belli, & Pestis non impeditur præscriptio, nisi absentiæ causa, vel quia jus non reddebatur, & per *Pragm. 2. de præscript. eodem anno*, mandatur, quod non impeditur præscriptio per instrumentum noviter repertum, nisi quatenus juraverit Notarius se habuisse, & parti fuisse occultum.

14 Tempus pupillaris ætatis, quia contra pupillum non currit præscriptio ipso jure.

Etiam tempus minoris ætatis subducitur ex capite restitutionis in integrum, ut latè *Barra* ubi supra *obser. 80. cent. 13. num. 13. Bald. conf. 62. lib. 5. Pap. decis. 631. num. 9.* & est *textus in l. fin. Cod. in quibus causis in integrum restitut. est necessaria, Auth. post Cod. de bonis maternis.*

Contra enim minorem non præscribitur, *Guid. Castrens. conf. 185.*

15 Præscriptio, & præsumptio sunt termini diversi; nam

Præscriptio propriè est, qua mediante quis ex vi præscriptionis acquirit alienum ob negligentiam ejus, contra quem præscribitur, qui patiendo præscribi contra se, dicitur alienare suum, *l. Alienationis verb. ff. de verbor. significat. Glos. in verbo vix, Horat. Montan. controv. 06. num. 8. Scipio Rovit. conf. 66. num. 6.*

Præsumptio supponit actum ex signis, juxta voluntatem Domini; non contra voluntatem, *Montan.* ubi supra.

16 Quoniam §. III. nov. Constitut. num. I. fuit sancitum,
,, quater singulis annis die a Domino Præside statuenda
,, junctis quatuor S. R. C. Aulis decidi debere ab ipso
,, S. C. unum ex articulis magis perplexis, & ob Autho-
,, ribus in dubium revocatis, & accedente Regis nostri
,, adprobatione, sequutam decisionem servandam in
,, ceteris casibus similibus; & *num. II.* expresse fuit cau-
,, tum, quod ante omnia in prima dictarum quatuor
,, Aularum unione, an in Regno, & quibus casibus sit
,, admittenda præscriptio decerneretur; ideo pro ejus-
,, dem executione sub die 03. Decembris 1738. prodiit
,, decisio, dein a S. R. M. adprobata, & typis excussa,
,, quam necessarium puto hic subnectere, & ad verbum
,, transcribere; ea etenim sola tamquam lex servanda
,, est, & omnem apud nos ambagem, ac Doctorum con-
,, trarietatem tollit. Et est tenoris sequentis: *Sacrum*
,, *Consilium censet, Præscriptioni, qua actiones extin-*
,, *guuntur, in quocumque Regni Foro locum esse oporte-*
,, *re, modo conditionibus ab jure Civili, Pontificio, ac*
,, *Lege Municipali præstitutis plane sit confirmata. Pro-*
,, *pterea neque debitorem, qui ob conscientiam debiti*
,, *semper est in malâ fide, neque hæredem, licet bona fi-*
,, *dei, qui possessori malæ fidei successerit, præscriptio-*
,, *ne juvari umquam posse. Cæterum in tertio possessore*
,, *bonam fidem præsumendam esse, ideoque lapsu tri-*
,, *ginta annorum a die natæ actionis, ac deductis tem-*
,, *poribus de jure deducendis, legitima præscriptione*
,, *eum rectè uti posse. Ad hanc tamen excludendam lice-*
,, *re actori apertis argumentis probare illum possessorem*
,, *sive ab initio, sive intra præscriptionis spatium ve-*
,, *rè in mala fide fuisse, probationibus præsumptæ ma-*
,, *læ fidei prorsus rejectis.*
,, *Præterea in quæstionibus infra notatis, ubi nulla*
,, *a litigatoribus scriptura producta sunt sive publicæ,*
,, *sive privatæ non præscriptionis ope, sed vi præsum-*
,, *ptæ solutionis ita decernendum putat.*
,, *Caussidicos, sive Advocatos, & Procuratores li-*
,, *tium, ex quo vel patrocinium reliquere, vel manda-*
,, *to sunt defecti, pro honorario, aut palmario, sive la-*
,, *boribus intra biennium agere posse; post id tempus re-*
,, *pellendos.*
,, *Notariis a die confectarum scripturarum quousque*
,, *earum exemplum, sive copiam non tradiderint, me-*
,, *ritarum mercedum causa non ultra biennium agere*
,, *licere; traditis vero quandocumque copiis quidquam*
,, *petendi jus non esse.*
,, *Pharmacopolis ob vendita medicamenta, si adver-*
,, *sus eum, qui ea acceperit, acturi sint, biennium*
,, *concedi; si vero post ipsius obitum ab hærede repetere*
,, *instituant, intra duos menses agendum; post ab judi-*
,, *cio removendos.*
,, *Fabros omnes, atque artifices de pretio rerum ma-*
,, *nufactarum, laborumque mercede recuperanda, in-*
,, *tra annum experiri debere; post annum a die operis*
,, *expleti actionem penitus negandam.*
,, *Denique famulis, cæterisque qui operas suas lo-*
,, *cant, postquam a famulatu, ministeriove discesserint,*
,, *intra duos menses dumtaxat petendi salarium facul-*
,, *tatem esse tribuendam.*

C A P. LXVIII.

De Exceptione Rei judicatæ.

S U M M A R I U M.

R*Ei judicatæ exceptio an sit peremptoria, vel Anomala, seu mixta, duæ reperiuntur opiniones,* num. 1.

Exceptio rei judicatæ si clara sit, opposita ante contestationem, impedit cursum, num. 2.

Exceptio prædicta quando competit, cum limitationibus, & ampliationibus, & exemplis, num. 3.

Absolutorium decretum ab observatione Judicii non parit effectum rei judicatæ, secus si sit decretum diffinitivum, num. 4.

Decretum obtinens in petitorio, quo sit declaratus Dominus, opponere potest contra agentem interdicto possessorio, unde vi, num. 5.

Obtinens in petitorio, quando poterit opponere exceptionem rei judicatæ in possessorio adipiscendæ, vel retinendæ, num. 6.

Sententia in actione Reali, an officiat contra agentem actione Personali, & è contra, num. 7.

Sententia in actione Personali, an obstet contra agentem actione Reali, num. 8.

Rei judicatæ exceptio, an competat quando agitur super re diversa, vel super eadem re jure dominii, & succumbens petat usumfructum? num. 9.

Sententia lata a Judice incompetenti, quando exceptionem producit rei judicatæ, & quando non, num. 10.

Laudum virtute compromissi parit exceptionem rei judicatæ, num. 11.

Rei

Res judicata probari potest per testes, num. 12.

Rei judicatæ exceptioni potest quis renunciare, non solum expressè, sed etiam tacitè, ut quando non opponit, & Judex sententiam profert, transit in rem judicatam, num. 13.

Rei judicatæ exceptio an bis opponi potest, num. 14.

Rei judicatæ exceptio a Judice sæculari, quando admitti debet de re judicata per Judicem Ecclesiasticum, num. 15.

Rei judicatæ exceptio non obstat, quando sententia lata est ex falsis instrumentis, vel testibus, num. 16.

Rei judicatæ exceptio, & litis finitæ, quid differant inter se, dicemus infra.

1 Rei judicatæ exceptio, est peremptoria, secundum *Gallup. in p. 2. cap. 13. num. 1.* sed melius dicitur, quod sit exceptio Anomala, seu mixta, secundum *Carleval. lib. 1. tit. 2. disp. 5. num.* 2. Et nos diximus de exceptione Anomala, seu mixta; ideoque potest opponi ante, & post litem contestatam, ut ibi.

2 Rei judicatæ exceptio opposita ante litis contestationem, si clara sit, impedit processum ad ulteriora.

Si vero non est clara, quia majorem requireret indaginem, tunc reservatur ad merita, & ita intelligendus est *tex. in l. fund. & l. fund. ff. de excep. præscr. Gallup. p. 2. c. 13. n. 2. Franc. dec. 289. n. 4. & 5. Ann. alleg.* 48. *num. 24. Musc. glos. Judici p. 4. ante num.* 11.

3 Rei judicatæ exceptio competit reo, quando alias de eodem negotio fuit lata sententia, quæ transivit in rem judicatam, vel quia ab ea non fuit appellatum in tempore, vel quia non fuit prosequuta appellatio, & fuit deserta, sive derelicta.

Primo itaque, ut haberet locum dicta exceptio, non sufficeret, quod esset lata sententia; sed necesse esset, ut illa fecisset transitum in rem judicatam per appellationem non factam, vel appellationem desertam, *Gallup.* ubi supra, *Verd.* ibidem per *cap. ad consultat. de re judicata*. Sententia enim per hoc differt a re judicata, quia sententia est, quando sententia transivit in rem judicatam, ut si fatalia sunt lapsa absque appellatione, vel ea deserta, *Motill. de sent. num. 16. fo. 87.*

Et licet sententia de sui natura non fecisset transitum in rem judicatam, ut in casibus notatis per *Ric. coll. 734. par. 3.* Tamen adhuc res judicata dicitur ad hoc propositum, ubi appellatio est deserta, vel nullo modo facta, *Gallup. d. p. 2. cap. 13. nu.* 18.

Secundo, ut habeat locum dicta exceptio, requiritur, ut sententia sit lata inter easdem personas collitigantes de eodem negotio, sive causa, & super eadem re, & si non concurrit, identitas omnium prædictorum, non habet locum dicta exceptio, ut latè *Anna singul. 176. & alleg. 7. num. 6. & alleg. 48. Ricc. coll. 1058. par. 4. Gallup.* ubi supra, *Muscat. par. 4. glos. judicata num. 8.*

Rei judicatæ exceptio non competit, quando opponitur, quod sententia, quæ fuit lata, non sit inter easdem personas, & hæc est regula, quam limita.

Primo, in hærede, quia hæres, & defunctus eadem persona censetur; ideo licet hæres non sit eadem persona, tamen censetur a lege, ac si esset eadem cum defuncto; & sic competit hæredi contra hæredem, *Gallup. par. 2. cap. 13. num. 28. per Text. in l. si ante §. Julianus, ff. eodem, Franch. decis. 179. num. 1. Muscat. p. 4. glos. judicata num. 7.*

Secundo, limita in Prælatis, Successoribus, Syndicis, & aliis similibus, qui repræsentant personam successivam in Ecclesia, Collegio, Universitate, &c. ubi successor reputatur semper eadem persona cum prædecessore, *Gallup.* ubi supra, *de Pont. cons. 8. num. 2.*

Tertio, limita in fidejussore, quando sententia lata fuit cum principali, *de Ponte cons. 153. num. 5. vol.* 2. post *Gallup. d. p. 2. c. 13. nu. 2.*

Quarto limita, ubicumque unus habet causam ab alio, ut in emptore circa rem emptam, quando cum venditore fuit judicatum; & sic donatario obstat exceptio rei judicatæ, quæ obstabat donanti, & aliis similibus, *Gallup.* ubi supra.

Rei judicatæ exceptio non competit, & non admittitur, ubi causa, sive actio proposita in secundo judicio est diversa a primo, quia ut obstet dicta exceptio, debet esse eadem, & non alia caussa, *Gallup. par. 2. cap. 13. num. 11. Muscat. par. 4. glos. judicata nu. 6.* per *Text. in l. si mater §. denique & §. eandem.* Ibi: *At si ex alia ff. eodem.*

Amplia hanc conclusionem, ut non solum sententia sit lata ex eadem causa, eadem actione, sed super deductis, & terminatis in primo judicio.

Nam neque sufficit, quod sit eadem causa, eadem actio, nisi sit super iisdem deductis, & terminatis in primo judicio, quia in non deductis, & non terminatis, non obstabit exceptio rei judicatæ, *Musc. d. glos. judicata num. 6. in fin.* per *Tex. in l. si ex testamento, & l. neq. ff. eodem.*

Et è contrario, licet in secundo judicio esset alia causa, alius modus agendi, si idem jus discutiatur in secundo judicio, parum refert mutasse modum agendi, *Dpont. cons. 8. num. 24.* ibique *Anna allegat. 8. num. 14. Gallup.* ubi supra *num. 13.*

Exempla sunt v3. si quis excipiendo succubuit; non prohibetur illud idem petere agendo, quia cessat dicta exceptio rei judicatæ; eo quia tunc dicitur alia causa, alius modus agendi: Et sic succumbens in exceptione, poterit illud idem intentare in alio judicio per modum actionis, *Muscat. glos. finita par. 4. in sua additione lit. A.* per *Text. in l. vindicantem ff. de evict. l. quod in diem §. 1. ff. de compensat. Scain. cons. 264. num. 15. vol. 2. de Franch. dec. 284. num. 3. Bar. in l. fundum in principio ff. de except. Cacher. decis. 74. nu. 15. Gallup. par. 2. cap. 13. num. 12.*

Maximè si mutetur finis, *Ann. alleg. 8. & 48. n. 19.*

Item si quis petat rem tanquam feudalem & succubit, poterit deindè petere eandem rem tanquam allodialem, nec ei obstabit exceptio rei judicatæ, quia non est eadem causa, eadem actio, sive idem modus agendi, sed diversus a primo. *Capyc. in investit. feudi, verbo feuda allodialia col. 1. Gallup* ubi supra.

Quæ intelliguntur, si diversum jus deducatur, & discutiatur in secundo judicio, quia in non deductis, & terminatis, exceptio non obstabit, sed in his, quæ alias in primo judicio deducta, & terminata sunt, obstabit exceptio; licèt mutetur modus, & finis agendi, *Gallup. & Muscat.* ubi supra.

Quod amplia, non solum si in secundo judicio discutiatur idem jus, sed etiam si jus discutiendum amisit aliquo modo vires, ex decisione primi juris jam discussi.

Et è contra, ubi diverso jure discutiendo quis agit, licet sit eadem actio, eadem causa, idem modus agendi, non obstabit dicta exceptio, *Gallup. d. par. 2. cap. 13. n. 9. & 14. Musc. d. glos. judicata ante n. 7.*

Exempla sunt v3. agens reivendicatione super fundo contra Titium, succubuit, & Titius absolutus fuit, ex quo non possidebat. Poterit iterum agere absque metu exceptionis rei judicatæ, si postmodum invenerit ipsum possidentem, quia hoc jus possessionis tempore primi judicii non erat in esse deductum, respectu conventi, & sic non fuit discussum, *Gallup.* ubi supra ex *text. in l. si a te ff. eodem, Tiraqu. §. 8. glos. 5. num. 4. de Retract. Lign.*

Secundum exemplum est, v3. obtinens sententiam pro sorte principali absque expressione fructuum, poterit iterum agere ad fructus perceptos, appellatione, vel reclamatione pendente, & non obstabit exceptio rei judicatæ, quia non fuit terminatum de fructibus

in primo judicio; & super non deductis,& non terminatis, cessat dicta exceptio, *d. Pont. decis.22. Anna alleg.*113.penès *Gallup.d.par.2.c.13.nu.*10.

4 Tertium Exemplum est, v3. Agens in petitorio, si succubuit, quia reus fuit absolutus ab observatione judicii, poterit agere in possessorio, & exceptio rei judicatæ non obstabit, in quo nullum jus fuit deductum, nec terminatum per sententiam absolutoriam ab observatione judicii.

Secus, quando in petitorio fuit definitivè sententiatum, quia tunc obstabit exceptio rei judicatæ in possessorio recuperandæ, licet diversum sit judicium petitorium a possessorio, nam ista exceptio semper competit, etiam pro accessoriis, quando idem jus militat in eis, ac in principali; *Ripa in l.naturaliter §.nihil commune num.*40. *ff.de acquir.possess. Menoch. de restit. possess.remed.*1.*recuperandæ*,*Gallup.p.2.c.24. nu.*17.

5 Et propterea si quis declaratur Dominus, poterit opponere exceptionem dominii probatam per dictam sententiam adversus agentem interdicto possessorio *undevi*, *Menoch.remed.*1.*recuperandæ qu,*20.*nu.*233.*Gallup.par.2.cap.*13.*num.*25. Et tunc dicta exceptio dicitur notoria, & clara, quia sententia facit notorium, *cap.vestra, de cohabitatione Clericorum, & mulierum*,& *Gallup.*ibidem.

6 Et è contra obtinens sententiam in possessorio; tunc poterit opponere exceptionem rei judicatæ in petitorio,quando in possessorio sit admista causa proprietatis. At ubi non sit admista causa proprietatis, non obstabit dicta exceptio, quia super non deductis, & terminatis dicta exceptio cessat, *Verd.* ubi supra *num.*17.per *Text.in l.2.§.quadam de interdictis*, *Menoch.retinend.remed.*3.*num.*806.

Et ita intelligendus est *Gallup. in par.2. cap.*13.*nu.*140.*& Menoch.* ibi relatus *de adipisc. remed.*1. *num.*208.ubi habetur, quod si agatur remedio possessorio, *quorum bonorum*, tunc obstabit exceptio rei judicatæ in petitorio,per quod jam jus possessoris elisum sit.

7 Et generaliter demum, ubi feratur sententia ad favorem Rei in petitorio, tunc officit actori in possessorio adipiscendæ, quando reus declaratus sit dominus, & continuò dominium possit probari, alias non obstabit prædicta exceptio, *Verd.ad Gallup.par.2.cap.*14.ante *num.*16. per *text.in l.& in eadem §. fin. ff.de except.rei jud. Ripa in l.naturaliter §. nihil commune num.*105. *ff.de acquirend.possess. & Bart. in dict. §.nihil commune num.*2.

Et ita quoque obstabit exceptio rei judicatæ agenti possessorio retinendæ, quando sententia lata sit, probato a reo dominio, secus quando sit lata ex eo, quia actor non probavit, per regulam *Actore non probante, Reus absolvitur*, quia tunc super non probatis, cessat dicta exceptio, *Ripa in d.§.nihil commune*, *Menoch.retinend.remed.3.n.*190.*Verd.*ubi supra.

8 Quartum exemplum erit, v3.si fuerit sententiatum super actione reali, tunc absque metu exceptionis rei judicatæ, potest intentari personalis super eodem negotio, quia non concurrit identitas actionis, & causæ, *Anna allegat.*48.

Alii tenent contrarium, quia in reali quis videtur deducere omne jus, adeo quod succumbens in reali non poterit ex personali agere.

Secus in personali, in qua succumbens poterit agere in reali, quia in reali non poterit adduci jus reale, ita *Ernst. Papiens. in libello super actione reali, verbo deducendo nu.*3 & sequitur *Gallup. par.5.cap.*13.*n.*15.

Imo cum actione personali non obstat exceptio rei judicatæ in non prosecutis tantum; nam in prosecutis semper obstat dicta exceptio, ita *Musc.glos.judicata par.*4.ante *n.*7.ex *Bart.in singul.*24.*inter sing.DD. & singul.*147.

9 Rei judicatæ exceptio non competit, quando quis agit super re diversa ab illa, super qua egit in primo judicio, & è contra tunc competit, quando agit super eadem re,sive pro eodem corpore,pro quo egit in alio judicio,*l.de eadem re ff.hoc tit.ubi:rectè itaque definietur, eum demum de eadem re non agere,qui prorsus rem ipsam non persequitur*,*& Glos.& DD.* ibi.

Amplia, ut eadem res dicatur, etiam si diversa sit, quando interpretativè eadem censetur res ad hoc propositum,ut hæc exceptio procedat.

Exemplum erit in illo, qui petens fundum jure dominii; & succumbit, non poterit deindè eodem jure petere usumfructum. Et è converso, quia ususfructus licet sit res diversa a fundo; tamen ad hoc propositum interpretativè censetur eadem res, idem corpus, & propterea obstabit exceptio rei judicatæ;*Gallup.par.2.cap.*13.*num.*7.*in fin.*per *tex.in l.fin.cum argumentum §. si fundum ff.de except.rei judic. Lanar. cons.*65.*num.*5.

Nam semper res judicata habet locum, etiam in dependentibus ex causa principali, decisum refert *Verd. in apostil.ad Gallup.*ubi supra,*ex Soccin.dec.*308.*nu.*7. *Bart.in l.fundum nu.*4. *ff.de except.rei judic.*

10 Rei judicatæ exceptio non procedit ex sententia lata a Judice incompetenti, *Menoch. de arbitr. Judic. casu* 434.*lib.*3.*Gallup.part.2.c.*13.*nu.*19.

Sed ne erres,intellige hanc conclusionem in sententia lata a Judice incompetenti,idest improrogabili,ut est a Judice laico contra Clericum. Secus in foro prorogabili, ut in Curia Admirati contra non subditum, qui se cognosci passus fuit in dicta Curia, juxta *decis.Afflict.*27.*& de Marin.resol.*203.*lib.*2.

Quia non obstante Judicis incompetentia,tunc exceptio rei judic.procedit,& ita in Clerico reconvento coram Judice laico.

Et cave a *Gallup.* ubi supra,dicente *nu.* 30. quod si Clericus spontè comparuisset coram laico, & convenisset etiam alium Clericum, quod tunc procederet exceptio rei judicatæ ex *Trivisani in decis. Venet.*17. *lib.*1.

Quia id est falsum, forsan ex errore torcularii,dum numquam potest dari casus, quo Clericus possit alium Clericum convenire coram laico; sed solum Clericus potest coram laico convenire laicum,& a laico dictus Clericus actor reconveniri; Et tunc sententia lata contra Clericum, licet a Judice laico, parit exceptionem rei judicatæ in foro tam seculari, quam Ecclesiastico.

Nisi velimus salvare doctrinam *Gallup.*quod potest dari casus in hac Civitate Neap.ubi Monasteria,& loca pia habent laicum Judicem a nostro Rege.

11 Rei judicatæ exceptio oritur etiam ex laudo lato virtute compromissi transacti in rem judicatam; *Muscat.in glos. finita par.*4.*in addit.lit.B.* ex *Bald.in l.peremptorias num.* 5.*C. sententiam rescind.non posse*, & aliis ibi allegatis.

12 Rei judic.exceptio potest probari per testes,secundum *Specul.in tit.de probat.§.*3.*num.*2.per *tex.in l. si sunt nobis de re judic.Musc.in glos.judicata par.*4.*n.*12.quicquid alii contrarium dixerint.

13 Rei judicatæ exceptioni potest quis renunciare, non solum expressè, sed etiam tacitè; Et propterea si quis admissus fuerit ad probandum de iniquitate sententiæ, & ita probatum fuerit, parte non opponente, Judex debet primam sententiam, quæ transiverat in rem judicatam, revocare, ita *Muscat. in dict.part.*4.*num.*12.*glos. judicata*, ex *Jodoc.in cap.cum dilecta de rescript.*& ex *Alex.in cons.*77. *lib.* 2. *& cons.* 213. *& Abb.cons.*89.

14 Rei judicatæ exceptio de jure communi,poterat bis opponi; prout omnis alia exceptio peremptoria, scilicèt ante litem contestatam ad impediendum processum, & super ea examinabantur testes, & si non esset sufficienter probatum, poterat iterum opponi post litem contestatam,& denuo testes produci.

Et

Et da hac practica est aliqua diversitas inter *Bart. & Bald.* relata per *Muscat. in glos. judicata par. 4. nu. 9.* Ubi tandem concludit, quod hodie quæstio prædicta non habet locum, quia semel opponitur, cum hodie unicus terminus detur in causa, unica contestatio fiat, & si liquida, & notoria est, impedit processum ad ulteriora; Si vero non est clara, tunc reservatur ad merita causæ, ut diximus inferius.

15 Rei judicatæ exceptio admitti debet a Judice sæculari, in quæstione decisa per Judicem Ecclesiasticum, in qua, & ipse Ecclesiasticus olim habebat jurisdictionem, ut v3. quando laicus convenitur de eo, de quo fuit conventus tempore, quo erat Clericus, & sic è contra; *de Marin. lib. 2. resol. 49. num. 4. de Franch. decis. 512. num. 5. Trivis. decis. 17. Velasc. decis. 48.* & alii per eos relati.

16 Exceptio rei judicatæ non obstat in sententia lata ex falsis instrumentis, vel testibus, quia nunquam transit in rem judicatam, & tali casu non est executioni mandanda, sed suspendenda; *l. judicati C. si ex falsis instrum.*

Immo de ea nulla est habenda ratio; *Covar. de remed. contra sententia except. 39. & Zasius respon. lib. 1. cap. 13. Carleval. lib. 1. tit. 2. disp. 8. in fin.*

C A P. LXIX.

De Exceptione instantiæ peremptæ.

S U M M A R I U M.

Instantia quid sit, & quantum durat, & quando incipit? num. 1.

Instantia in hoc Regno, ubi contestatio litis non fit in civilibus, incipit a die notificati termini probatorii, & ante dicuntur præparatoria judicii, num. 2.

Instantia currit ab altero decreto, quod terminus datus currat ab hodie, & non a primo decreto, quando adest impedimentum, num. 3.

Sententia lata extra instantiam est nulla, num. 4.

Instantiæ tempus non currit pendente dilatione, num. 5.

Instantia non perit intra triennium, si perit litigans, sed transit ad hæredem universalem, sed non transit in singularem successorem; quod limitatur in causa feudali, & in habente cessionem omnium Jurium, num. 6.

Instantia dicitur perempta circa acta tantum, secus circa incidentia decisa, num. 7.

Instantia peremptio, quos effectus parit? num. 8.

Decretum absolutionis ab observatione judicii, quos effectus parit? num. 9.

Perempta instantia non perit actio, quæ de novo exerceri potest, num. 10.

Caussa, & lis, quando dicitur deserta, num. 11.

Instantia in causa dotis nunquam perit, num. 12.

Instantia perempta, an evanescat confessio super positionibus, & confessio in actis probatoriis, num. 13.

Instantia perempta, postquam est opposita, an possit insufflari spiritus, num. 14.

Instantia perempta an possit allegari ab actore invito reo, num. 15.

Citatio circumducta an possit opponi a citante, num. 16.

Si insufflatio spiritus petatur a Reo, tunc ad expensas Reus non tenetur, num. 17. *& vide nu. 34.*

Renunciari potest non solum expresse, sed etiam tacite peremptioni instantiæ, ideo si non allegatur ante sententiam, tunc sententia valet, quia intelligitur tacite renunciatum, sed alii contradicunt, & alii distinguunt, num. 18.

Instantia perpetuatur post factam monitionem ad sententiam, sed per quantum tempus? num. 19.

Instantia si vel ne pereat in S.C. explicantur opiniones repugnantes, num. 20.

Instantia nunquam perit in Regia Cam. Summ. nec in civilibus, nec in criminalibus, nec in foro Ecclesiastico, verum in foro Ecclesiastico, elapso biennio est in arbitrium litigantis, si velit, recurrere ad Metropolitanum, num. 21.

Conservatores Regularium non comprehenduntur sub decreto Concilii Tridentini, num. 22.

Clerici in foro laicali ligantur ad terminum instantiæ peremptæ, ut pereat Instantia, num. 23.

Instantiâ peremptâ privilegiati possunt restitui in integrum, imo non perimit instantia, num. 24.

Instantia in Curiis Baronalibus, & Regiis non Collegiatis perit biennio, num. 25.

Fructus debiti a die litis contestatæ an debeantur a die, quo fuit obtenta spiritus insufflatio, num. 26.

Instantia postquam est perempta, an debet Reus absolvi ab observatione judicii, num. 27.

Absolutoria ab observatione judicii, quos effectus parit, & declarantur, num. 28.

Insufflatio spiritus vitæ in Regno Neapolitano conceditur a Præside S. C. tantum, quando agitur coram Officialibus ordinariis, secus coram delegatis, & privilegium insufflandi spiritum habet etiam Audientia Hidruntina, & Barensis, nu. 29.

Privilegiati per restitutionem in integrum possunt a quolibet Judice obtinere, ut prosequatur judicium, non obstante, quod sit perempta instantia absque solutione expensarum, num. 30.

Instantia perempta, de consensu partium absque insufflatione potest per repilogationem Actorum prosequi, num. 31.

Perempta instantia, an potest actor incipere causam de novo, refectis tamen expensis, num. 32.

Expensæ, quæ, & quando reficiantur post instantiam peremptam? num. 33.

Reus petens insufflationem, non tenetur ad expensas, & assignatur ratio, num. 34. *& dixi*, num. 17.

Instantia dum finitur in sententia, an in executione sententiæ detur altera instantia, num. 35.

Executio sententiæ transactæ in rem judicatam præscribitur spatio 30. annorum, nu. 36.

Formula supplicationis pro insufflatione spiritus in caussa vertente in M.C.V. num. 37.

Formula supplicationis pro insufflatione spiritus translato judicio in hæredes, quando mortuus est litigans, cum advertimentis, num. 38.

Casus, in quibus non perit instantia, numerantur, nu. 39.

Expensæ juxta hodiernam praxim post peremptam instantiam quæ sint? num. 40.

Advertimenta pro actore in omnibus quatuor modis, quibus uti potest post peremptam instantiam, num. 41.

1 Instantia est exercitium Judicii incipiens à litis contestatione, ubi fit, & a primo actu, qui fit post executum, in exequtivis, usque ad sententiam; ita primo casu *in Rit. Syciliæ cap. 37. num. 2.* vel usque ad finem triennii, si ante non fuit lata sententia, & *D. Altim. rub. 9. qu. 76. num. 1.*

Instantia itaque durat triennio, *l. properandum C. de Jud.* in causis civilibus, de quibus hic erit sermo: Nam in crim. durat biennio, de quibus hic non loquimur, & in Regno habemus *ritum M.C.V. & Prag. unicam de instantia causæ non restituenda*; Et instantia incipit a contestatione litis; *d. l. properand. ibi, non aliter triennii metas post litem contestatam.* Licet possunt partes litigare ante litis contestatam per mille annos super exceptionibus, & personarum legitimatione, & semper remanebunt tres anni in civilibus, & duo in criminalibus incipiendi post contestatam litem ad finiendam causam, *D. Altim. rub. 6. qu. 37. num. 93.* & nos diximus *in præslud.* hujus libri.

Alii explicant, quod in causis incipit instantia a die, quo præsentantur oppositiones; *Andr. contr. 79. num. 63.* ubi allegat *Milan. decis. 20. num. 30. lib. 1. Cheffar. decis.*

decis.63.num.9.Giurb.decis.10. num.5. Sed in quo lis non contestatur, nec terminus datur ad probandum, tunc incipit Instantia, cum de meritis caussæ incipit tractari; *Motil.de grad.termin.nu.*10. qui allegat *Bar. in l.post litem num.2.de Proc.*

2 Et in Regno nostro Neapolitano, ubi contestatio litis non requiritur, datio termini ad probandum vicem contestationis substinet, & ideo post notificatum terminum legitimè datum, incipit currere instantia causæ, scilicet judicium, & lis incipit esse, & vivere, *Motil.de grad.term.num.*8. nam acta, quæ ante notificatum terminum, vel incontinenti post notificatum terminum fiunt, dicuntur præparatoria ad judicium, quia dicuntur fieri ante litis contestationem, & lis non dicitur nata, nisi postquam est contestata, sicuti homo non dicitur natus, nec incipit esse in vita, dum est in ventre conceptus, sed vita incipit numerari a die nativitatis, non a die conceptionis, & sicuti Deus cōstituit terminos vitæ nobis qui nequeunt præteriri, ita a legislatore constitutus est terminus litis, ut duret triēnio si est civilis, & duret biennio si est criminalis, quo termino finito perit instantia, idest moritur lis, & dicitur instantia *perempta*, idest mortua, ita ut non possit procedi, quia obstat exceptio peremptionis.

3 Et propterea est advertendum, quod instantia non incipit currere a primo decreto dationis termini, quando ille terminus ob aliquod impedimentum fuit suspensus, expressè, sive tacitè, sed currit ab altero decreto declarante, quod terminus datus currat, ut elegantissimè *D.Reg. Petra rit.48. num.5. fol.275.* ex *Rovit.in Pragm.7.de ordin.Judic.num.23.& ad Muscat. lib.1.par.5.*

4 Et sententia lata extra instantiam dicitur ipso jure nulla, quia Judex non dicitur amplius Judex in illa causa sed privata persona, & est nullitas ex defectu jurisdictionis, & potestatis *Dom.Altim.rub.9.q.35.nu.1.& 2.* nam jurisdictio per lapsum temporis expirat, & est nullitas, quia deficiunt acta substantialia, *Petr.rit. 248.nu.3.Latr.dec.58.nu.18. Affl. dec.285.nu.4.& 9.* & alii apud dictum *Altimar.*

Et finis legislatoris exprimitur in principio *d. leg. properandum C. de judic.* (ibi) *Properandum nobis visum est, ne lites fiant penè immortales, & vita hominum modum excedant.*

5 Instantiæ tempus non currit pendente discussione super aliquo emergenti, *Gallup. par. 2. cap. 7. num. 7.* & *cap. 8. num. 7. Papien. in. for. rei in actione hypothecaria vers. exceptione excusationis* circa principium.

6 Instantia in causa civili non perit intra triennium, etiam si alteruter ex litigantibus intra dictum tempus p reat, nam

Instantia transfertur in successorem universalem, & in hæredem, qui est successor in universum Jus defuncti, & in simili, &c. *Rot.dec.1.de testamentis in antiquis* penès *Reg.de Marinis lib.1.decis.185.* & cum herede exercitatur durante triennio cœpto cum defuncto.

Instantia non transfertur in singulares successores, ut legatarium, vel emptorem, aliumve quemcumque singularem, *de Marin.* ubi supra.

Limitatur hæc conclusio in causa feudali; quia instantia cœpta a feudatario super feudo in feudi successorem etiam particularem, puta legatarium, vel emptorem transmigrare decisum fuit in Sac.Cons. penès *Thor.in comp.par.4.verbo instantia in feudalibus*, ita etiam junctis aulis decisum in dicto Sac. Cons. anno 1626.testatur *de Marin.resol.185. & Capyc. Latr. decis.20.nu.29.*

Illa nimirum ratione, quia instantia tunc non fuit cœpta a feudatario Jure suo particulari, sed sub dignitate, & non in persona feudatarii; quo fit, ut successor feudi singularis, dicatur universalis, ratione dignitatis prædictæ, *de Marin.loc.cit.& resol.129.*

Limitatur, ubi successor singularis haberet cessionem omnium Jurium, actionum, & Instantiarum ab auctore, cum quo fuit facta instantia, & hæc est cautela evitandi circuitus inutiles, ad hoc ut emptores, aliive singulares successores fruantur instantia jam cœpta ab authore, ut puta a dicto authore cessione præscriptam, ita *Olea de cess.jur.tit.3.qu.11.n.18.*

Instantiæ enim Jus potest cedi, *leg. hæreditas D.ad Treb.l.in caussa §.fin. ff.de Proc.*

7 Instantia enim perempta dicitur circa acta tantum quoad effectum, ut in futurum sequi non possit sententia.

Sed circa incidentia decisa, & ubicumque fuerit interloquutum, remanent firma decreta, & actio agendi durat, & durant omnes alii effectus ab ipsis actis jam causati extra sententiam, & instantiam, ut supra, *Ricc. coll.710.Motil.de grad.term.num.25.& num.30.*

8 Nam effectus peremptionis instantiæ in civilibus erit, quia omnia acta, quæ tendunt ad litis ordinationem, pereunt; ut sunt libellus, litis contestatio, terminus, satisdatio, conclusio, & similes actus ordinatorii, sed remanent firma acta probatoria, ut sunt testes, Instrumenta, & confessiones factæ. *Caran. d.rit.148. n.15.* secus in causa criminali, ubi elapso biennio pereunt etiam acta probatoria, *Carav.d.rit.148.n.15.*

9 Unde post peremptam instantiam, & obtentum decretum absolutionis ab observatione judicii, incipitur de novo Judicium, incipiendo a libelli præsentata, nova citatione, & prosequendo alios omnes actus ordinatorios usque ad finem, & reus potest opponere de novo omnes exceptiones dilatorias, & declinatorias, ac si nullum unquam judicium fuisset intentatum, *Marant.par.5.num.15. in fin. & num.61.* ex *Angelo cons. 289. Foller.ibi.*

Et de novo possunt reproduci probationes receptę in prima instantia perempta, & faciunt plenam fidem, si fuerint in prima instantis præsentatæ.

At si non esset facta publicatio, tunc facerent fidem, quando essent mortui Testes, nam si essent vivi, debent iterum examinari, *Marant.loc.cit.*

10 Et perempta instantia non dicitur perempta lis, nec actio, sive Jus partis, nec est peremptum judicium, quod potest de novo exerceri, ut dixi *in prælud.*

11 Caussa vero, & lis tunc dicitur deserta, quando spatio decennii de ea nihil fuerit actum, *Dom.Altim.rub. 9.qu.36.num.176.* ex *Penia decis.272.num.7.Puteo decis.235.lib.3.* quibus addo *Gratian.discept.235.* ubi *de Luca* advertit hanc desertionem raro esse practicabilem, cum de Jure communi instantia sit perpetua, & non finitur lis, nisi per sententiam declaratoriam, vel per longissimum silentium junctum cum malo jure, ex *decis.Rot.269. & Card.de Luca de benef. discurs. 91. num.26.*

Et dicta conclusio intelligitur de lapsu decennii post appellationem interpositam; quod bene nota, ut habes per *Grat.dict.num.17.* ibi, *per lapsum decennii a die appellationis interposita.* In quo tempore

Interruptio præscriptionis, sivè perpetuatio actionis, quæ resultat ex simplici citatione, vel litis contestatione nunquam perit, etiam perempta instantia, quia interruptio jam habuit effectum consumatum, quia semper durat, *Strib.resol.104. num.9 . tom.2.* ex *Rovit.in rub.de instant.caus.non restituend. nu. 15.* et *Bald.de præscrip.p.6.qu.4.in princ.num.3.*

12 Instantia in causa dotis nunquam perit; quod est speciale privilegium caussæ dotalis, *Ursil. ad Affl.dec. 111.num.1.& decis.283.num.10.* ex doctrina *Bal.Novel.in tractat. de dote in 14. privilegio circa Judicia, Jason in l.1.col.9.num.5.verbo Quinto in quantum ff. solut.matrim.Consil.Petr. in rit.248. num.27.* ex doctrina *Asinii in Prax.Judic.in principio cap.3. a nu. 66.* attento Jure Canonico, non civili, *Paschal.de patr.* po-

*poteſt.par.1.cap.8.num.*226.& in additione *Petr.ad Capyc.dec.12.num.4.Thar.par.1. voto 42. num.51. Prat. obſerv.70.num.13.Reg.Petr.rit.167. num.16. D.Conſil. Altim.rub.9.qu.35.num.33.*ubi reiicit contrarium tenentes, *Gizzarel.ad Latr.deciſ.123.nu.20.*

13 Inſtantia perēpta, tunc evaneſcit confeſſio ex contumacia facta ſuper poſitionibus, ubi non reſpondens habetur pro confeſſo, *Verd.ad Gallup.par.2.cap.19.ante num.53.*ex *Bald.in l.2. §.quod obſervari num.282. C.de juram.calum.*

Secus confeſſiones factæ, & etiam acta probatoria, quæ non pereunt ob peremptionem inſtantiæ, *Afflict. deciſ.148.num.3.*

14 Inſtantiâ peremptâ, poſtquam eſt oppôſita exceptio dictæ peremptionis, an poſſit inſufflari ſpiritus vitæ, diſtinguit *Rovit, in rubr. Pragmatic.de inſtantia cauſæ non reſtituen.* quod ſi oppoſitio ſit viva voce facta, tunc poſſit reſtaurari per Principem, ſed ſi oppoſitio ſit facta in ſcriptis, tunc non poterit.

Sed *Rovit.*refellitur, & nulla diſtinctione facta ſemper poteſt inſufflari, ut teſtatur *De Franch. dec.644. & de ſuc.*ibi, ac junctis Aulis deciſum refert *Reg.Latr. dec.68.num.33. Motil.de grad.term. num.31.* & contra *deciſ. Minadoi* 5, deciſum refert *Anichinus de præv. cap.2.dub.unico num.60.Thor.par.3. ſect.1. verſ.inſufflat.fol.579.& ſeq.Dom.Altim.rub.9.qu.36.num.131,*

15 Inſuper ſi ab Actore allegaretur peremptio inſtantiæ, & reus inſtaret pro proſecutione, Sac. Conſ. mandat procedi in cauſa ad ulteriora, oppoſita ab Actore peremptione inſtantiæ non obſtante, & ſic dicta exceptio reo tantum competit, *de Marin.lib.1.reſol.54. in fin.*

16 Ita exceptio citationis circumductæ, *de Luca ad Franch.deciſ.471.in fin.*& *de Marin.* ubi ſupra.

17 Et in caſu, quo reus inſufflationem peteret, tunc ad expenſas reficiendas reus non teneretur, ut deciſum refert *Gram.dec.92.Motill.in grad.term.nu.28.*

18 Inſtantiæ peremptioni poteſt renunciari, imo quando non allegatur ante ſententiam exceptio inſtantiæ peremptæ, intelligitur renunciata peremptio tacitè, ita ut ſententia teneat, *Andreol.controv.79.nu. 35.* ubi allegat *Bart.* & *Alex. in l. properandum C. de Jud. Alb.conſ.181.Scaccia de appellat.qu.23.num.335.* ubi alios allegat, *Giurb. deciſ.116.* ſub *num.* 21. *Ludovic.dec.Lucenſ.23.& deciſ.43. Alex. conſ.181.*& ex traditis per *Rovit.ſuper Pragm. 2. de inſtantia cauſæ non reſtituend.num.6.Motil.de grad.term. nu.35.*

Contrarium tenent alii, nempe quod ſententia lata poſt peremptam inſtantiam ſit nulla, & quod peremptioni non ſit tacitè renunciatum, per ea, quæ adducit *Bar.& Alex. in l.properandum C. de Judic.*& communem Doctorum ſententiam teſtatur *Jaſon in §. rurſus verſ.quid autem ſi reſtitutio fuerit, inſtitut. de act. de Franch.dec.643.*& addentes ibi, *Afflict.dec.283.num.4. Scop.ad Nicolin.in prax.civil.ſup.n.128.Petr.rit.248. Dom.Conſ.Altim.rub.9.qu.35.*

Sed alii diſtinguunt, ut prima opinio habeat locum in Sacr. Conſ., ubi ex ſtylo, & authoritate Sacr. Conſ.ſubſtinetur ſententia, non obſtante peremptione, quando ante ſententiam talis exceptio non fuit oppoſita.

Secus vero in aliis Curiis, & Tribunalibus inferioribus, ita concludit *Motil.de grad.term.nu.30.*

Et ratio erit, quia eſſet nullitas ex defectu Juris poſitivi; & in Sac.Conſ. ſententia fertur nomine S. Regiæ Majeſtatis, ideo eam tollere poteſt S.M.ut *Affl. deciſ. 283.in fin.Motil.*ubi ſupra, *Franc.dec.643.Reg.Latr.deciſ.6.nu.28. Petr.ritu 248.Tap.dec.383. Staiban.cent, 2.reſolut.134.nu.29.*

Sed in aliis Curiis, ſive opponatur ante ſententiam, ſive non, ſententia lata poſt peremptionem inſtantiæ ſemper erit nulla.

Adeo ut Judex, qui proferret, teneatur in ſyndicatu, tametſi juſtè pronunciaſſet, *Dom. Reg. Petr.d.ritu 248.num.5.*poſt *Gram. voto crim.32. nu.9. Cavalcan. dec.27.nu.3.p.1.Merlin.deciſ.80.num.7.*

Licet tamen hoc non eſſe in uſu advertit *Dom.Conſil.Altim.rub.9.qu.34.num.46.* quia ſyndicatus hodie permittitur ſolum de dolo, & ex *Gram.Clar.*& aliis ibi allegatis.

Sed ego non recedo ab opinione *Andreol.* quod ubique in omnibus Curiis ſententia valeat, quando non fuit ante ſententiam allegata exceptio peremptionis, quia reus volens proſequi non poteſt ab actore allegari dicta peremptio, itaque fuerit in arbitrio rei uti dicta exceptione, vel ipſi exceptioni renunciare, & dum elegit viam proſequendi non poterit proſequutionem ex ſuo arbitratu factam annullare, & fruſtrare actorem, cum evidenti malitia; quod ſi erit ſententia ad favorem rei, non poterit per actorem annullari, & ſi erit ſententia contra reum, tunc a reo invalidari poſſit: quod abſurdum eſſet, & ad imparia adjudicarentur.

Et quod actor non poteſt peremptionem contra reum allegare teſtatur *de Marin.lib.1.reſol.54.in fin.de Luc. ad Franch. deciſ.471.in fin. Dom.Conſil.Petr.rit.* 222.*num.7.*

Addo aliam rationem, quia cum effectus peremptionis inſtantiæ non ſit alius, niſi quia pereunt acta ordinatoria tantum, ſed firma remanent acta probatoria.

Ideo in Regno per *Rit. M.C.V.* 288. & 289. non eſt curandum de actis ordinatoriis, ſed ſententia valet non obſtante eorum defectu, ſed attenduntur acta probatoria tantum, ſola facti veritate inſpecta.

Inſuper cum per *Prag.4.§.7.de dil.* vulgo dictā *delli vent'otto capi*, nullitas actorum non poteſt proponi poſt ſententiam, infertur, quod nullitas peremptionis cum non ſit, niſi eadem nullitas actorum, quæ pereunt, ideo comprehenditur ſub diſpoſitione *d.Pragm.* ut ea non poſſit, niſi ante ſententiam, opponi.

Nam cum partes collitigantes conſenſerint, ut ad cauſæ determinationem deveniretur, non aliter actorum, & compilati proceſſus nullitates allegantes, præſumendum eſt, quod poſt latam ſententiam calumnioſè allegent, *de Marin.obſerv.ad Rever.165. nu.7.*

Sed ex traditis per *D.Altim.in rub.9. qu.39.& qu. 56. num.76.* Inſtantia hæc, quæ de jure communi eſt ſtatuta, partium conſenſu non poteſt prorogari, ſed poterit prorogari illa tantummodo per ſtatutum particularem.

Unde hac opinione attenta, actor licet non poterit opponere dictam exceptionem peremptionis, poterit ſe abſtinere ab exercitio ſuæ actionis, & prius obtinere inſufflationem ſpiritus, vel de novo incipere judicium.

19 At quoties facta eſſet mentio, ſeu citatio ad ſententiam per monitionem, perpetuatur inſtantia, ut notat *Scopp.ad Nicolin.in prax.civil, ſup. num.128. lit. D.de Franch.dec.643.*

Sed per quantum tempus perpetuetur inſtantia per monitionem ad dicendum, diſſonæ ſunt opiniones; nam prima opinio eſt, quod perpetuatur, etiam ſi lapſi eſſent novem anni, & ſufficit unica citatio ad dicendum, ita deciſum refert *Piſanell. ad Afflict. deciſ.283.* quod habetur ex *Capyc.deciſ.109.num.5.Mareſcot.variar.lib.2.cap.135.Paſchal.de patr. poteſt. par.1. cap.8. Staib.reſol.15.num.30.Reg.Latr.dec.68.num.13.* & habetur *in tit.Pragm.de inſtantia cauſa,&c.Rovit.conſ. 66.num.3.Carav.rit.248.num.4.& 12.Joan. de Amic. conſ.139.*

Sed quod monitio, ſeu citatio ad dicendum perpetuet inſtantiam pro alio triennio tantum a die, quo triennium eſt lapſum, teſtatur ſic hodie in praxi ſervari *de Franch.dec.643.num.5. Mareſcot. cap.134.nu. 2.Carav.rit.248.num.2. Gallup.in prax.part.2.cap.18. num.*

num.21, quos refert *de Luca ad Franch.in d.dec.643. num.3.* ex *Petr.in rit.248.num.41.* & idem *Pisanel.* refert decisum in Sac.Conf.die 17.Decembris 1517.sententiam esse nulliter latam, scilicet stante peremptione instantiæ, & ideo non esse ad ejus revisionem procedendum, & licet aderat citatio ad dicendum, quia per illam perpetuatur per tres annos, & illi tres erant elapsi, & sic non poterat ultra triennium prorogari, quod decretum habes apud *Regent.de Marin.*inter decreta a *D.Pisanel.* collecta, & per dictum *Regent.* posita *in fin. tom.1. resol. quot. folamibi 706.col.2. in principio.*

Ratio assignatur; nam post monitionem Processus Judici traditur, ad quem expeditio committitur, & Judicis culpa potius quam litigantium præsumitur post monitionem, *Carav.rit.258.nu.8.*

20 Instantia si, vel ne pereat in Sacr.Conf. sunt DD.altercationes, nam aliqui volunt, quod *lex Properandum C.de Judic.* habeat locum etiam in S.C. *Auth. ut sponsalitia largitas §.hoc quoque, & Auth.de appellat. §.ad hæc, Afflict.dec.284.num.4.*

Et praxis, quæ est vera intellectrix legum, nos docet, quod semper fuit, prout hodie est in usu, quod instantia perempta in Sac. Conf. semper insufflatur spiritus vitæ in eodem Sac.Conf.per supplicationem oblatam Domino Præsidenti Sacr.Conf & de dicta antiqua observantia testatur *Ursil.ad Afflict.dec.285.num.10.* & de hodierna testatur *Motil. in grad.term.nu.31.*

Alii vero contrarium tuentur, & licet in praxi utimur, ut passim impetremur insufflationem spiritus, id tamen fit ad majorem cautelam, & ad evitandum hanc discussionem, non autem, quod verè instantia perimatur in Sac.Conf. teste *Staib. cent.2. resol.134.num.28.* post *Molf.conf.47.num.3.*

Et licet dicatur cum clausula, *refectis expensis*, tamen in Sac.Conf.non reficiuntur, quia illa major cautela non debet nocere actori. Et praxis reficiendi expensas fundatur *in Prag.1. de Instan.caus.* quæ Prag.loquitur simpliciter de Judice inferiore, & non de S.C.ut advertit *Molfes. in d.decis.47. nu.14.* quem citat & sequitur *Staib.*ubi supra, *Carlev.de judic.lib.1.tit.1.disp.2.qu.9. sect.3.nu.943. Reg.Latr dec.58.*

Sed omnibus his, & aliis contrariis latissimè respondet *Anichin.de praevent. dub. unico num. 58. & seqq.* quem sequitur, & approbat *Dom. Conf. Altim. rub.9, qu.36.num.55.* ubi concludit, quod in tantum est verum, ut pluries fuerit decisum in Sacr.Consilio, quod etiam obtenta insufflatione spiritus vitæ per supplicationem porrectam Domino Præs.non potest in causa procedi parte opponente, nisi prius refectis expensis, & sic servatur *Reg.Pragm. unica de instantia causæ non restituend.* & decisum habes apud *Latr. decis.68. Thor.par.2.compend.verb.procedi an possit, Molf. conf. 47.num.5.& 12. Mastrill.decis.70.* & novissime *Cafarus qu.48.num.22.* & colligitur ex verbis, & mente *d. leg.properand.Cod.de judiciis*, ibi: *Sed omnes Iudices, sive in hac alma Urbe, sive in Provinciis, majorem, seu minorem peragant administrationem, sive in Magistratibus positi, vel ex Aula nostra dati, vel a nostris Proceribus delegati, non esse eis concedendum ulterius lites, quam triennii spatio extendere.*

21 In Regia Camera Summariæ nunquam perit instantia, tam in civilibus, quam criminalibus, *D.Altim. in rubr.9.qu.36.de nullit.tom.pr mo num.46.*

Ex verbis *l.Properandum C.de judic.* ibi: *Exceptis tantummodo causis, quæ ad Jus Fiscale pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones, non ultra triennii metas post litem contestatam esse protrahendas.*

Et licet antiquitus in crim. peribat instantia in Regia Camera, teste *Reg.Moles dec.38.*& aliis citatis a *Reg. Petr.rit.248 num.38.& D.Altim.loc.cit.*

Tamen post *Pragm. 50. de offic. Magistr. Justitiarii* editam anno 1605. 24.Octobris per Comitem de Benevento in crim.non perit in dicta Regia Camera, nec in aliis Tribunalibus hujus Civitatis, ibi, in fine; *L'ordine, che nella G.C.della V.non s'intendano più perente l'Istanze, si debba ancora osservare in tutti gli altri Tribunali esistenti in questa Fedelissima Città; anche nelle cause delegate, talche si possa procedere nelle cause criminali, non ostante che gl'inquisiti pretendessero essere perenta l'Istanza; D.Altim.* & per *Pragm.10. de offic. Judic.num.33.* idem servatur in Regiis Audientiis, ibi, *nelle cause criminali nella Regia Audientia l'Istanza s'intenda prorogata, come al presente s'osserva nella G. C.della Vicaria.*

In foro tamen Ecclesiastico nunquam perit Instantia, *cap.Venerab.& cap.finali de Judic. Clementina dispendiosa eodem tit. Affl. dec.210. Vestrius lib.3. cap.5. & Gravatus ad Vestr.*ubi supra *num.7.*

Sed hodie per *Sac.Conc.Trid. sess.24.cap.20.* est statutum, ut terminentur causæ infra biennium, quo biennio elapso partes si velint, possunt prosequi litem, coram eodem Ordinario, & si nolunt, possunt recurrere ad Metropolitanam Curiam, quæ per tres vices debet monere, & mandare, ut infra certum terminum expediat causam, quo termino non elapso non poterit causam avocare.

Sed post elapsum terminum causa avocabitur, si non fuerit expedita, & ita S.C.declaravit, & servat Signatura, *Pax Jord.lib.13.tit.1.de Judic.num.28.Ricc. in prax.tom.1.par.2.resol.334.Reg.Petr.rit.248. num. 14.D.Altim.t.m.1.rub.9.de null.qu.36.num.66.*

22 Sed conservatores Regularium non comprehenduntur sub decreto *Conc. Trid.d.cap.20.*ut declaravit Sac.Congr.teste *Barbos.alleg.82.nu.13.par.3.de offic.& pot.Apostol.D.Altim.d.qu.36.n.68.*

23 Verum Clerici litigantes in foro sæculari ligantur ad terminum instantiæ servandum, cum lex, sive statutum statuens dictum terminum, respiciat acta ordinatoria Judicis, coram quo fit Judicium, *de Marin.ad Revert. dec.232.n.1.D.Cons.Altim. rub.9.q.36.n.148.*

Et sic in causis propriis Clericorum, & etiam miserabilium personarum in foro sæculari adhuc perit instantia, idem *Altim.d.rub.9.qu.35.n.34.& 35.*

24 Instantia perempta possunt personæ quibus Jura, & Regni Constitutiones concedunt beneficia restitutionis in integrum, restitui adversus dictam instantiam absque insufflatione, & refectione expensarum, ut colligitur ex verbis *Regia Pragmatica prima de instantia non restit. absque refectione expensarum*, prout de mulieres, minores, Ecclesia, &c.non solvunt expensas, ut advertit *Marant. part.5. num.35. & Foller.ibid.*& verba *d. Pragmatica* sunt clarissima, dum in fine dicit, quod prædicta non habent locum circa personas, quibus competit restitutio in integrum, & sic ordinatur *in dicta Pragmatica*, ut reficiantur expensæ per actores, quibus non competit restitutionis beneficium, & non aliter.

Et quando actor est persona privilegiata, ut viduæ, tali casu instantia non perimit, *Gizzius ad Latr, decis. 123.num.9.*post *Afflict.& Ursil.decis.210.*

25 Instantia in Curiis Baronalibus, & Regiis, non Collegiatis extra Neapolim, infra biennium perit, *Marad. sup. prag. singul.* 198. Intellige in criminalibus, nam in civilibus perit triennio, ut dixi *num.1.*

26 Instantia postquam est perempta, an fructus, qui debentur a die litis contestationis, debeantur a die litis contestatæ, vel a die, quo fuit obtenta spiritus insufflatio?

Respondetur cum distinctione, quod interesse debitum Judicis officio nobili, ut esset in legato, licet pereat instantia, & postea reviviscit, interesse currit a dicta lite contestata, quia sufficit fuisse debitorem constitutum in mora per contestationem jam factam, & quoad hunc effectum non obstat peremptio secuta, *Motil.de grad.term.num.34.* ex traditis per *Præsid. de Franch.*

*Franch.decis.*16.*num.*10.ex aliis ibi.

Interesse vero si sit debitū ex Judicis officio mercenario, ut in malæ fidei possessore, si fuerint factæ probationes,& publicatæ, ex quibus dicta mala fides appareat, tunc certe fructus, & interesse debetur a die litis contestatæ, non obstante, quod sit postea instantia perempta,& restituta.

Si vero de dicta mala fide non constat, secus erit, ita concludit *Motill. de grad. term. num.*33. ex doctrina *Rovit. super rub. de instantia causa num.*16.*&* 30. rejecto *Capyc. decis.* 21. referente contrarium fuisse decisum, ponderatis juribus in dicta *decis.* adductis.

27 Instantia postquam est perempta, potest reus petere se absolvi ab observatione Judicii, & actorem condemnari ad expensas, & Judex non potest denegare dictam absolutionem, *Carav. rit.* 248.

28 Effectus hujus sententiæ absolutoriæ ab observatione dicti Judicii, erit, ut non possit dicta instantia amplius reviviscí per insufflationem spiritus vitæ, quæ solet impetrari a *Præs. d. S. Reg. Cons.* quia in tantum insufflatio vitæ spiritus concessa per D. spectab. Præsid. suum effectum sortitur, in quantum non fuerit interposita sententia liberatoria ab observatione Judicii, ut tradit *Motill. de grad. term. num.* 27. post alios allegatos ibi.

Alter effectus est, ut actor non possit audiri in altero Judicio, nisi prius refectis expensis, *de Franchis dec.* 331. *Afflict. dec.* 70. *Gram. & Pisanellus in addit. Scyaloya de for. compet. c.* 52. *nu.* 38.

Quas expensas non recuperabit actor, etiam quod fuerit postea a Judice condemnatus ad expensas, dicti *DD.* ubi supra,& dixi *in cap. de expensis.*

29 Primo per insufflationem spiritus vitæ obtentam a Spectab. Præs. Sac. Cons. ad quem spectat in Regno, nec aliis Regni officialibus, sive Regiis, sive Baronalibus concessa est hæc potestas, *Motill. de grad. term. nu.* 27. ubi allegat *de Franch. dec.* 145. *Jason observ.* 3. *n.* 62.

Quam conclusionem intellige, ut ad Spectab. Præsid. Sac. Cons. spectat potestas insufflandi spiritum, & reviviscendi instantiam mortuam, quando agitur coram officialibus ordinariis in M.C.V. & in aliis Curiis Regni.

Nam in causis vertentibus coram delegatis, spectat ad Excellentissimum Proregem, sive ejus Collaterale Consil. *Sanfelic. in prax. sect.* 35. *num.* 21. *Motil. in grad. term. num.* 29.

Et Regiæ Audientiæ Provinciæ Hidruntinæ,& Barensis habent privilegium insufflandi spiritum Instantiæ peremptæ.

30 Secundo, per beneficium restitutionis in integrum, quæ etiam potest concedi a Judice Baronali in Regno, secundum *Marant. in* 5. *par. num.* 35. *in fin. limit. fol. mihi* 256. licet ibidem *Petr. Foller.* addens dicat, semper tempore suo per Sac. Consil. fuisse concessam restitutionem in integrum, etiam personis privilegiatis, absque tamen solutione.

31 Tertio, per repilogationem actorum de consensu partium, *Rovit. in pragm. unic. de inst.*

32 Quarto, cum pars post lapsum triennium incipit causam de novo, ex §. *fin. l. Properandum C. de Judiciis*, sed in primo, & secundo modo non proceditur nisi refectis expensis in prima instantia factis etiam Procuratoris, & Advocati, *Afflict. dec.* 70. latius *Marant. p.* 5. *nu.* 47. *fol.* 116. *& mihi fol.* 257. ubi vide omnia.

33 Sed dicta practica hodie non servatur reficiendi expensas Procuratoris,& Advocati.

In secundo, & tertio modo non reficiuntur expensæ, sicuti neque reficiuntur expensæ, ubi per paupertatem pars non poterit solvere, *Rov. de instant. causa*, ex *Cremonens. in sing.* 123. *Bald. in l.* 2. §. *si quis natus.*

Reus non reficit expensas, prout neque reficit expensas, quando reus insufflationem petit, *Gramm. dec.* 9. *Motil. de grad. term. num.* 28.

34 Optima ratione reus petens insufflationem non tenetur ad expensas, quia exceptio instantiæ peremptæ competit reo tātum, & non potest actor eam opponere contra reum, ita ut volens reus prosequi, si ab actore allegetur peremptio instantiæ, Sacr. Consil. mandat procedi in causa, opposita ab actore peremptione non obstante, *de Marin. lib.* 1. *resol.* 64. *in fin. de Luca ad Franch. dec.* 471. *in fin.*

Ita exceptio citationis circumductæ a reo tantum opponi potest, & non ab ipso actore, ut suo loco diximus.

35 Sed dum *in dicta l. Properandum C. de Judic.* præfigitur terminus triennii a contestatione litis usque ad sententiam proferendam, & lata sententia amplius non durat instantia, sed est finita. Dubium erit, an in executione sententiæ detur instantia, ita ut habeat locum, *d. l. Properandum, & seq.* Hoc DD. distinguunt; quod tunc detur

Instantia in executivis,& summariis circa executionem sententiæ, quando aliquid est post ipsam sententiam in controversia, vel aliud veniret liquidandum, *Ursil. ad Afflict. decis.* 346. ex *Bald. in cons.* 242. *super primo puncto vol.* 5. *& in l.* 1. *C. de juramento calumn. colum.* 2.

Nam quilibet articulus habet instantiam suam, quando indiget discussione, *Ursill. & dict. DD.* post *Romanum in consil.* 322. *& Soccin. in consil.* 95. *vol.* 1. *& Ursil.* sequitur *Sanfel. dec.* 62. *num.* 1.

Secus vero si ageretur officio Judicis, pro executione sententiæ, & nihil per Judicem esset pronunciandum, nisi exequi sententiam; nam tunc non est danda instantia, ut decisum refert *Afflict. in d. dec.* 346. *nu.* 12. *vers. secus si agatur*, & ita decisum anno 1620. ad relationem M. Curiæ dicit *Sanfel. d. dec.* 282. *in fin. lib.* 1.

Unde videtur conclusio, quod tunc non est danda instantia, quando officio Judicis agitur pro executione sententiæ, & nihil opponitur, & sic nihil Judex debet pronunciare, nisi exequi sententiam.

Secus si Judex debet aliud pronunciare, quia tunc in istis executivis est danda instantia, *Afflict. dict. dec.* 346. *num.* 12. *ex Bald. in d. l.* 2. *C. de executione rei judicatæ*; & latè hæc omnia *D. Cons. Altim. rub.* 9. *qu.* 30. *a n.* 24. *ad* 28. post *Scacc. de appell. qu.* 15. *nu.* 240.

Ex his collige conclusionem, quando post sententiam perimit instantia,& quando non.

Nam regulariter lata sententia expirat Instantia, nam instantia durat usque ad sententiam, quæ infra triennium est terminanda,& in causa executionis non est instantia, idem *D. Alt. loco cit. n.* 144. sed executio potest fieri usque ad 30. annos per viam executivam, & elapsis 30. annis requiritur Judicium ordinarium.

Et hoc quando a sententia non fuerit appellatum, & fecit transitum in rem judicatam.

Nam si fuerit appellatum, tunc attenduntur Instantiæ appellationis, quæ vocantur fatalia, sive dies fatales, de quibus dicimus *in tit. de appellat.*

Verum aliqui tenent, quod elapso triennio, Instantia appellationis dicitur etiam perempta, *Gallup. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 51. *fol.* 266. & citat *Caravit. rit.* 264. *& Nicolin. num.* 159. sed *Caravit. & Nicolin. dictis locis*, de hoc nihil dicunt.

Vel si fuerit dictum de nullitate, aut petita restitutio in integrum, vide, quæ dicuntur in suo proprio *tit.*

36 Executio enim sententiæ transactæ in rem judicatam, præscribitur spatio 30. annorum, *Gizzar. ad Latr. decis.* 58. *num.* 13. post *Carlev. disp.* 4. *sub num.* 1. ex *glo. ult. in l. sæpe quidem C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annor.* & aliis ibi, etiam, quod debitor sit in mala fide, ut quia sciebat sententiam contra se.

37 *Formula supplicationis pro insufflatione spiritus.*

S. R. M.

Supplicat humiliter Cajetanus Rosellus M.V.dicens in vestra M.C.V.agitasse quandã litem contra Angelum Petragia pro recuperatione bonorum hæreditariorum quond. Felicianæ Solazzo suæ Aviæ una cum fructibus,damnis, interesse, & expensis,& quia ob lapsum triennii ex legitimis impedimentis perempta est instantia,supplicat proinde M.V.dignari mandare eidem V. M. C. V. quatenus insufflato vitæ spiritu procedat ad ea, quæ incumbunt in terminis, in quibus causa ipsa reperitur, lapsu temporis non obstante; ita supplicat, omni modo meliori.

Eadem M.C.V.lapsu temporis non obstante, ac insufflata vita spiritu, in præsenti causa procedat in terminis, in quibus reperitur, habita ratione expensarum, quæ de jure habenda erit, servata forma Regiæ Pragm.& justitiam faciat. *Ulloa Reg.& Præsid,*

Provisum Neap.die,&c.

T. Actuarius.

38 *Formula pro insufflatione spiritus; translato judicio in hæredes.*

S. R. M.

Supplicat humiliter Medicus Dominus Covatta Terræ Limosinorum, dicens, qualiter pendente causa in vestra M.C.V.inter supplicantem ex una, & quondam Felicem Ferrara,Dominicum,& Cosmum Ferrara fratres ex altera, in Banca Mag.Ameli, penès Januarium Rotulum Scribam, per lapsum triennii peremptam esse instantiam. & vita functum esse dictum qu. Felicem,proindè Majestati Vestræ supplicat, dignetur in causa prædicta vitæ spiritum insufflare, ad hoc, ut ad illius expeditionem, ac ad alia, quæ incumbunt in causa, non obstante temporis lapsu, procedi possit, translato judicio in hæredes dicti quondam Felicis,& ita supplicat, citra præjudicium aliorum jurium quorumcumque,omni alio meliori modo,&c.

Quando mortuus est unus ex litigantibus post litem contestatam,instantia non transit ipso jure in hæredem,*l.Paulus la 2. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescinduntur, & l.jumus §.fin. ff.de re judicata*, ideo non solum supplicatur pro insufflatione spiritus,sed & pro translatione judicii in hæredes. ut latè dixi *in additione ad Sarn. fol.* 128. ubi vide, & in hoc 3.*tom. in cap. de exceptione legitimationis personæ.*

Et quod instantia non transfertur in singulares successores, ut in legatarium, vel emptorem, diximus supra,ex dictis per *de Marin.lib.1.resol.*185.

Ubi diximus etiam, quod si alteruter ex litigantibus successoribus singularibus infra terminum triennii ab hac vita transit, non dicitur perempta instantia,*de Marin.* ubi supra hic *num.* 6. cum limitationibus,ut ibi.

Unde advertitur, quod tunc ponitur dicta clausula,*translato judicio in hæredes*, quando est instantia perempta per lapsum triennii, & simul est vita functus Adversarius universalis successor, ut sup.*d.n.*6.

Formula supplicationis pro insufflatione spiritus in causa vertente in Sac. Reg. Cons. ad evitandam discussionem si,vel ne in dicto Tribun.perimatur.

Supplicat humiliter Catherina Rosella, dicens in V.Sac.Reg.Cons. in banca Magnifici Nicolai de Franco penès Scribam Carminum Lagum, agitasse quandam litem pro redditione computorum suæ tutelæ cum reliquorum restitutione contra hæredes quond. Doctoris Prosperi Santoro Tutoris, ejusque fidejussorem Dominicum Santorum Terræ Laurini, & ad evitandum evitanda, ne aliqua insurgatur controversia peremptionis instantiæ ob lapsum temporis,ex legitimis impedimentis in causa prædicta, cautius agendo, ad M.V.recurrit, eique supplicat, quatenus dignetur ei vitæ spiritum insufflare,ut valeat in causa prædicta procedi ad ea,quæ incumbunt, ita,& omni alio modo meliori,&c.

Idem Magnif. Causæ Commissarius lapsu temporis non obstante, ac insufflato vitæ spiritu in causa prædicta procedat, & justitiam faciat,in terminis, in quibus reperitur,habita ratione expensarum, quæ de jure habenda erit, servata forma Reg. Pragm.

Rubinus R.& P.

Provisum Neapoli die 11.mensis Decembris 1710.

Fortunatus.

Petens insufflationem caveat a verbo *condemnari*, sed petat simpliciter insufflationem,ut advertit *Dominus Constantius sup.pragm.1. de negantibus mutuum in fine num.*106. *fol.*421. ubi citat *Caravit.rit.3.num.12.& Petr.rit.248.num.*31.quia verbum condemnari novum terminum requirit.

39 Casus, in quibus non perit instantia post lapsum triennium,sunt multi, & propterea valida erunt acta, & sententia facta post triennium.

Primus casus,quando in processu apparet confessio conventi, quia ex vi notorii potest Judex ferre sententiam contra confessum, etiam post peremptam instantiam,& valet sententia, sive in civili, sive in criminali.*Marant.part.5.num.*60.ex *Bald.in l.properandum in fin.allius Princip.Abb.in cap.Venerabilis col.penul. de Judic.Alex.in addit.ad Bartol.in l.si confessus D.de custod.reor.in addit.* quæ incipit *An ex inordinato.*

Secundus casus, in causis Ecclesiarum, in quibus nunquam perit instantia, etiam in foro laicali, *Tex.in cap.Venerab.* ubi *Abb. in 5.col. Affl.dec.*226. *in princ. Marant.par.5.num.*21.

Secus, quando Clerici litigant pro bonis propriis, quia tunc non gaudent privilegio Ecclesiæ, *Marant.* ubi sup. & Nos alibi diximus.

Tertius casus, quando Judex moritur prope finem triennii, tunc successori prorogatur jure tempus, ut per alium annum possit causam terminare,*tex. in d.c. venerab.*ubi *gl.tit.de Jud.*Ubi idem deciditur,si per absentiam, vel aliud simile impeditur.

Quartus Casus, quando actori nulla potest imputari negligentia,sed instantia perimit ex culpa Judicis, tunc ipso jure,ex mente *d.Pragmat.*absque insufflatione potest Judex procedere post triennium ad sententiam,*Marant.part.5.num.*34.

Quintus Casus, quando nec actori, nec Judici imputari potest aliqua culpa, vel negligentia, sed evenit ex impedimento juris, ut quia reus conventus est factus privilegiatus; ut miles, qui se tueretur exceptione,vel alio privilegio,vel juris impedimento, interim non currit instantia, *Marant. dict. part.5.num.*40.ex *Aret.cons.*100.*& Bald. in l.quoties C. de precib. Imp. offerend.*

Idem erit, si evenit aliquod emergens, ob quod Judici fuit inhibitum per superiorem,vel per aliquod incidens; nam durante impedimento inhibitionis non currit instantia, & tunc post triennium poterit ferri sententia. *Marant.* ubi *supra num.*39. ex *Abb. in cap. venerabilis col.4.in fin.vers.ex hoc argumento extra de judic.*& confert *Text.in l.iutra utile D.de minor. Rovit.cons.*66. *num.*2. *&* 3. ubi exemplificatur per *Abb.* in incidenti super defectu natalium, & per *Rovit.* in incidenti super præambulo inter plures concurrentes, donec disputatur super dicto incidenti, quod est præjudiciale ad causam principalem, non potest procedi ad decisionem caussæ principalis,& ideo non perimit interim instantia.

Sic etiam jacente hæreditate,non perimit instantia, docet *Rovit.*ibidem *num.*8.

Item, quando Judex consuleret Principem, penden-

te

te responso a Principe non currit instantia, *Marant. par. 5. num. 38.*

Sed dubium restat, ubi impedimentum perveniret ex subterfugiis, & cavillationibus Rei, quia hoc non dicit *Prag.* & de communi videtur decisum, quod instantia pereat, ex verbis *dictæ legis properandum in fine 1. §.* ibi: *Hoc etenim judicialis magis esse potestatis, nemo est, qui ignoret; nam si ipsi voluerint, nullus tam audax invenitur, qui possit invito Judice litem protelare.* Ex his deciditur, quod culpa sit Judicis, & non litigatoris calumniantis: quo fit, ut attenta *d. Pragm.* quod per culpam Judicis ipso jure intelligitur restaurata. Propterea tali casu valent acta sententiæ, etiam post triennium, *Marant. loc. cit. n. 3. Afflict. in Constit. Justitiaril per Provincias col. 4. in princip.* ubi aliæ rationes ponderantur.

Et non obstat, quod *in d. Pragm.* declaratur negligentiam Judicis intelligendam esse post conclusum, & consignatum processum Judici per duos menses ante lapsum triennii, nam dicta declaratio ibi ponitur exemplificative, non taxative, & proinde ad omnes casus potest extendi, in quibus non potest actor ipse imputari negligens. Hoc comprobatur per alia subsequentia verba *dict. Pragmat.* ibi: *Prædicta tamen non habeant locum in personis, quibus per beneficium restitutionis in integrum subvenitur;* ut sunt Mulieres, Pupilli, Universitates, & alii, qui aliena administratione egent, quæ non comprehenduntur in dispositis *in d. pragm.* quia instantia instauratur absque expensarum refectione; Quasi in omni casu, quo actor excusari possit, instantia restaurata ipso jure videatur, & sic ex justa causa spiritus insufflatur, expensis non refectis, *Petra rit. 297. num. 37. tom. 4. fol. 366. Ricc. col. 89. par. 2. Petra Avus ad Gramm. decis. 91. num. 1., Pragm.* tamen tunc mandat reficici expensas, quando per negligentiam actoris decursa fuerit instantia, & non aliter.

40 Expensæ vero, reficiendæ juxta hodiernam praxim, sunt tantummodo, quas reus fecit in actis ordinatoriis, ut in contestanda lite, in opponendis exceptionibus, in publicatione, & conclusione, quia dicta acta ordinatoria tantum pereunt; firmis remanentibus aliis actis, ut sunt Testes examinati, instrumenta, confessiones. Ideoque taxa fit in parva summa carolenorum trium, vel quatuor, ut ego sæpe sæpius solvi, tam in M.C.V. quam in Sac. Reg. Cons. & observavi plures processus, ubi legitur actus notatus a Magistro actorum v3. solvit carolenos quatuor, vel tot, pro refectione expensarum penès me T. act. mag.

Cum in nihilo reus lædatur, circa acta probatoria, dum ea semper firma remanent post peremptam instantiam, *Petr. rit. 248. num. 29. & rit. 269. n. 13.*

Et dum in Sac. Cons. D. Josepha Laudati Ducissa Marzani prætendisset a D. Josepho Laudati sibi reficiendas expensas tam pro sportulis, quam pro patrocinio Advocati, & Procuratoris, fuit decisum, quod refectis carolenis 13. tantum, procedatur in causa die 15. Aprilis 1680. in Banca Sferæ, in qua decisione intervenit *D. Cons. Petra,* ut ipse ait *rit. 297. n. 38. tom. 4. fol. 366.* & ita servari in Senatu Fanezano testatur *Borgnin. Cavalcan. dec. 17 par. 1. & D. Franc. Rapa* mentionem fecit de dicta decisione *in sua Tela grad. 2. tom. 1. num. 322. fol. 79.* ubi dicit fuisse solutos carolenos sex tantum cum dimidio, *D. Marad. sing. 198 n. 2.*

41 Post instantiam peremptam actor quatuor modis uti potest ad prosequendum judicium, ut dixi supra, sed

Notanda est conclusio, quæ elicitur ex hac formula insufflationis spiritus, *Procedat in terminis, in quibus reperitur,* quia testatur etiam *de Franch. decis. 643. num. 5. & Petra rit. 248. num. 45. in fine,* ubi habetur dicta sola decretatio, ut si post peremptam instantiam adhibetur quartus modus supra relatus, incipiendo caussam de novo, debet præsentari novus libellus, fieri nova litis contestatio, quæ in Regno fit per novum terminum, præstari novum juramentum calumniæ, & nova fidejussio expensarum, & omnia similia acta ordinatoria.

Verum illa, quæ merita caussæ respiciunt, non dicuntur extincta, ut probationes, quæ possunt reproduci in vim probationis.

Probatio tamen facta, scilicet, quando habetur quis pro confesso, perit simul cum instantia, ut superius diximus, & notavit *Petr. rit. 248. nu. 32.*

Sed in aliis tribus modis, ut quando obtinetur insufflatio spiritus vitæ, vel quando persona privilegiata restituitur in integrum adversus peremptionem, vel quando de consensu partium fit reprogatio actorum; in omnibus his tribus modis non datur novus terminus, sed proceditur in terminis, in quibus caussa reperitur.

Adeo hoc est verum, quod *Petr. d. rit. 248. nu. 31.* concludit ex *Mastril. dec. 70. lib. 1. Mynsing. observ. 30. cent. 3.* & aliis, quod refectis expensis actor novum potest intentare judicium coram eodem Judice, & omnes exceptiones rursus opponere, testesque producere super iisdem articulis.

At quando insufflatur spiritus, caveat Advocatus in supplicatione petere condemnari, sed petat simpliciter vitæ spiritum insufflari, nam si petit condemnari, non evitabit terminum, quia condemnatio requirit terminum, & sententiam; ita refert decisum in caussa Duc. ssæ Jessi cum hæredibus Princip. ssæ Castiglionis.

Sed si petit simpliciter vitæ spiritum insufflari, tunc non est dandus novus terminus, sed est procedendum in terminis, in quibus reperitur caussa, & ita est intelligenda decisio *S. Fel. 144. & Ursill. ad Afl. decis. 331. num. 2. vers. & si fuit datus terminus.*

Hæc conclusio limitatur, sive declaratur, quod insufflato spiritu dicitur nova instantia, dum illa perempta est restaurata, hoc intelligitur respectu quando reus adipiscitur novum privilegium exemptionis, tunc restauratio dicitur facta non in præjudicium dicti tertii, qui si sit effectus Clericus non obstante insufflatione spiritus, debet remitti ad forum Ecclesiasticum, *Petr. d. rit. 248. nu. 15. & nu. 49.*

Et etiam respectu juramenti de calumnia, & fidejussoris, ut *d. num. 49. & 60.*

Nam fidejussor, & juramentum calumniæ non reviviscunt per insufflationem spiritus, per rationes adductas per *d. Petram.*

C A P. LXX.

De Exceptione, ne quis teneatur ultrà, quam facere potest, sed deducto ne egeat.

S U M M A R I U M.

Beneficium, nè teneatur ad integrum, sed solum ad quod facere potest, concessum est Parentibus, Filiis Socero, Patrono, Marito, Militi, Socio, & Donatori, num. 1.

Beneficio prædicto an, & quando renunciari potest expressè, vel tacitè, num. 2.

1 Beneficium ne quis teneatur ad integrum, sed solum ad id, quod facere potest, a jure concessum est certis personis enumeratis *in l. sunt qui 16. cum l. sequenti,* & *l. miles ff. de re jud. c. maritum ff. solut. matrim.* & *§. sed & si quis, instit. de actionib.* ubi numerantur

Parentes, Filii, Socer, Patronus, Miles, Socius, & Donator.

Et hoc beneficium fuit concessum, vel ratione reverentiæ personarum, ut Parentibus, Soceris, ac Patronis, ut *in d. §. sed & si quis.*

Vel ob reverentiam conjugalem, ut viro, & uxori, competit, *d. l. maritum, & C. de rei uxor. act. l. unica §. cum autem.*

Vel ratione dignitatis personarum, quæ publicæ utilitati inserviunt, ut sunt Milites *ut d. § Miles.*

Vel ratione liberalitatis, ut Donanti, *l. nec liberalitate ff. de re judic. & l. ex donat. ff. de donat.*

Vel ratione communitatis, ut Socio, *l. verum in principio ff. pro Socio.*

Vel ratione miserationis, ut sunt, qui bonis cesserunt, *l. is, qui bonis ff. de cess. bonor.*

2 Controversia magna inter DD. extat, an huic beneficio expressè renunciari possit; distinguunt conciliando opiniones dissidentes, quod renunciari non possit, quando concernit reverentiam personæ, vel quando versatur circa causam publicam.

Secus vero, quando beneficium datur ratione contractus, ut in societate, vel donatione, vel ex causa miserationis, ut in paupere, his enim casibus potest renunciari, *Reg. Petra ritu* 302. *num.* 20. ex *Galter. renunciat.* 182. *num.* 3. *consl.* 2. & aliis.

Idem *num.* 21. concludit posse tacitè renunciari, quæ tacita renunciatio continetur in generali renunciatione jurata; nam juramentum operatur, ut renunciatio generalis habeat vim specialis, & comprehendat etiam ea, quæ specialem expressionem requirerent, & idcirco renuncians omni legum auxilio, censetur huic beneficio renunciasse.

C A P. LXXI.

De Exceptione perjurii, sive juramenti, aut Jurisjurandi.

S U M M A R I U M.

Jurisjurandi, sive juramenti, sive perjurii exceptio est litis finitæ, & inter peremptorias enumeratur, & in quacunque parte judicii opponi potest, num. 1.

Perjurii exceptio non est pere[illegible] *perpetua,* [illegible] *usque impetratam absolutionem in judiciis ordinariis, secus in executivis, & liquidis,* num. 2.

In liquidis obtenta habilitatione si [illegible] *praventio,* num. 3.

Perjurii exceptio quid proprie sit, [illegible] *quo casu quis punitur ob* [illegible] num. 4.

Jurisjurandi exceptio quid proprie sit, & quem locum habeat, num. 5.

Juramentum non amittit vires per habilitationem, & [illegible] *clausula in habilitatione app*[illegible] num. 6.

Perjurii effectus est, ut puniatur perjurus, & perimatur actio, num. 7.

Jurisjurandi, sive juramenti effectus est, ut servetur promissio, num. 8.

Jurisjurandi exceptio differt ab exceptione perjurii, & quæ sit hæc differentia? num. 9.

Jurisjurandi exceptio differt quoque ab exceptione perjurii in modo, seu tempore opponendi [illegible] num. 10.

Perjurii exceptio postquam est opposita, an processus sit nullus? num. 11.

Perjurii exceptio quando [illegible] *requirit indaginem?* num. 12.

Perjurii exceptio si non sit opposita, acta valent, sed post oppositionem, processus est nullus, num. 13.

Jusjurandum [illegible] *potest a parte, & quando?* nu. 14.

Perjurii exceptio si sit opposita, & Judex laicus [illegible] *interloquatur, quando potest adiri Judex Ecclesiasticus,* num. 15.

Perjurii exceptio si non probatur, non impedit [illegible] *de* [illegible] *dare terminus probatorius super* [illegible] *plicitatem?* num. 16.

Juramentum quando controvertitur, si sit extortum vi, aut metu, an possit agi sine absolutione, num. 17.

Habilitatio semper est necessaria, num. 18.

Juramenti, sive jurisjurandi exceptio in quinque differt ab exceptione perjurii, quæ quinque effectus diversos parit, qui declarantur, num. 19.

Perjurus nemo efficitur per solam præsentationem comparitionis, nisi citetur Adversarius, num. 20.

Perjurii exceptio non habet locum, nisi petatur directè contra Juramentum, & quando directè, & quando indirectè, exemplificatur, num. 21.

Si debitor præveniat, ubi non est dies solutionis designatus, quæ clausula in decreto præventionis apponi solet? num. 22.

Causæ quæ excusant jurantem a perjurio, aliæ numerantur, & exemplificantur, num. 23. *& aliæ sunt,* num. 43.

Juramentum quando non est contra bonos mores, validat actum etiam nullum & exemplificatur in minore, in actu meticuloso, num. 24.

Afflicti decis. 193. *declaratur,* num. 25.

Perjurus quando sit, & quando non, datur triplex regula [illegible] num. 26

Perjurii exceptio [illegible] *habet* [illegible] *qui fecit compromissum juratum circa diversa capita, & non acceptat omnia Capita laudi,* num. 27.

Perjurii exceptio quando obstat & quando non, in transactione, aut simili contractu facti cum aliquibus clausulis, num. 28.

Absolutio a juramento ad cautelam obtinetur in omnibus casibus, num. 29.

Absolutio juramenti duplex est, simplex, & plena, & quæ differentia sit in una ab altera? num. 30.

Appellatio a decreto [illegible] *non suspendit judicium, nisi Judex Ecclesiasticus admiserit appellationem. Verum potest uno modo impediri,* num. 31.

Causa [illegible] *habilitatio prohibetur, cum* [illegible]*,* num. 32.

Absolutio plena non conceditur, nisi vocato Adversario num. 33.

Habilitatio quando concedi debet ab Episcopo Diœcesis, ubi fuit juramentum [illegible]*, non ab alio,* num. 34.

Habilitatio quando fieri potest in loco contractus, vel coram Judice Domicilii? num. 35.

Habilitatio concedi potest a Judice Ecclesiastico etiam loci transeuntis, num. 36.

Habilitatio non potest concedi a Vicario Generali, nisi habeat speciale mandatum, num. 37.

Habilitatio petenda est a Principali, vel a Procuratore cum speciali mandato & si conceditur absenti, vel ignoranti, debet sequi ratificatio, antequam veniat dies solutionis, alias est perjurus, num. 38.

Absolutio plena ab absolutione simplici, seu semiplena differt quatuor modis, qui declarantur, num. 39.

Absolutio plena [illegible] *simplici, seu semiplena, in quibus conveniunt* [illegible]

Absolutio plena duplex est, vera, vel interpretativa, quæ declarantur, & datur praxis, num. 41.

Formula Absolutionis perjurii interpretativæ, cum advertimentis, num. 42.

Causæ aliæ, quæ excusant a perjurio, num. 43. *ut dicitur num.* 23.

Formula habilitationis a juramento ad finem agendi, cum advertimentis, num. 44.

Formula [illegible] *ad stilum Curiæ Archiepiscopalis Neapolis,* num. 45.

1 Juris jurandi exceptio, sive Juramenti exceptio, vel exceptio perjurii est exceptio litis finitæ [illegible] inter peremptorias numeratur, Gal [illegible] 12 [illegible] 6 [illegible] num. 12. [illegible] in quacunque parte Judicii, Rota [illegible] *absoluta* [illegible] *obs.* 7. *num.* 8. Et [illegible]

laguano in alleg.72 num.11. dicente esse exceptionem dilatoriam, ideoque opponendam in principio litis ex *gloss.& Bald.* quos sequitur *Seraph.* supra *num.12.l.exceptionem C.de Procurat.* & dicente, quod si non opponatur in principio, censetur ei renunciatum, *l. ita demum C. de Procurat. l. si quidem C.de except. cap. cum causa de appellat. Lupus alleg.24.num.8. Marta voto 5.num.9. Mantica dec.287.*

2 Verum dicta exceptio perjurii non est peremptoria perpetuo, uti foret rei judicatæ, & solution exceptio, nam durat quousque non impetretur absolutio; nam

Perjurus audiendus est, non obstante absolutione obtenta post litem cœptam, & post incursum perjurium, ex integro, *Muscatel.in gloss.perjurii par.4.num.4.& 10.& in sua addit.lit.B.in fine ex Borgogn.decis.9.num.24.Ursil.ad Afflict. dec.50. num.5.* quos sequitur *Moril.de grad.cit.num.215.*

Sed hoc intellige in judiciis ordinariis, ubi statim obtenta absolutione post perjurium, & post litem cœptam auditur perjurus ex integro.

Secus in judiciis executivis, & liquidis, in quibus statim, quod debitor sit perjurus, non potest obtinere absolutionem, ut audiatur, & etiam obtenta absolutione, adhuc obstat exceptio perjurii, & non impediuntur literæ executoriales.

3 Ideo si quis velit venire contra instrumentum liquidum juratum, vel obligationem penes acta, utitur præventionis beneficio, antequam veniat dies solutionis, & obtenta prius habilitatione a juramento facit præventionem, juxta *Reg.Pragm.de* qua dixit *Muscatel.*ubi sup.& *in sua addit.lit.B.*concludit, relato *Vivio in decis.110.* qui decisum refert perjuro non prodesse absolutionem a juramento, sed ei obstare exceptionem perjurii, parte tamen opponente; Nam parte non opponente perjurus audiendus est, & relatis aliis, demum concludit, ut supra, quicquid *Viv.*& dicti Authores ibi relati dicant in contrarium.

Iurisjurandi exceptio, & exceptio perjurii confuse ponuntur a Practicis, tamen inter se differunt; nam

4 Exceptio perjurii propriè est, quando quis agit, & venit contra promissionem juratam, non obtenta prius habilitatione agendi, seu absolutione a juramento ad finem agendi.

Quo casu perjurus punitur pœnis contentis *in l. si quis major C.de transact.* & opposita dicta exceptione statim perimit actio intentata a perjuro. *Motil. de grad. citat.n.209.*& amplius non audiatur *d. l. quis major. Prat.ad Muscatel.in gloss.perjurii.*

Et privatur commodo contractus, & accepta restituit, *Morel.cap.8.obser.7.num.5.*

Et ob solam libelli oblationem in judicio, etiam si lis non sit contestata, incurritur in perjurii pœnas, imo ex sola impetratione alicujus rescripti a Principe circa aliquid concernens causam, ex qua contraveniatur promissis cum juramento; licet impetrans non utatur rescripto. Quia Principis rescripta habent vim libelli, ut concludit Episcop. *Morellus in sua praxi, tit.de absolut.a juramento obs.7.num.4.*ubi citat *Ventripl.tit.de absolut.num.13.Pat. Afflict.contr.14.num.2.Anna allegat.83.num.7.*

Contrariam vero sententiam docet *Motil. de grad. citat. num. 217.* ubi concludit non effici perjurum per solam præsentationem libelli, nisi judicium prosequatur, citando Adversarium; cogita tamen, & vide infra *num.20.*

5 Jurisjurandi vero exceptio proprie est, quando antequam quis incipit agere, obtinuit relaxationem a juramento ad finem agendi.

Quæ appellatur quoque *absolutio*, sed melius *habilitatio* appellanda est, tunc exceptio perjurii non habet locum, nam replicatione absolutionis eliditur, *Muscatell. dict. gloss. perjurii num. 4.*

Sed habet locum exceptio jurisjurandi, sive juramenti, quia pendente judicio, natura obligationis non destruitur, neque retardatur, quousque talis obligatio non fuerit per sententiam [illegible], & executio illius obligationis non impeditur. *Motil.de grad.citat.n.207.de Franch.dec.670.num.1.*& alii ibi citati.

6 Quia juramentum non amittit vires per habilitationem obtentam ad agendum. *Gallupp. p.2. cap.13. num.24. Motill.de grad.citat.num 202. ex Covar. cap.4.num.8. Menoch.cons.24.num.18. lib.1.*

Ideo solent aliquando in decreto habilitationis apponere in fine clausulam *[illegible] manentibus viribus [illegible] contractus Morell.in sua prax. tit. de absolut.a juramento obs.[illegible] num.2.fol.mihi 289.*

7 Effectus [illegible] que perjurii est, ut puniatur perjurus, & perimatur actio.

8 Effectus jurisjurandi sive juramenti exceptio est solum, ut servetur promissio, quoties non adsit justa causa non observandi.

9 Iurisjurandi exceptio differt quoque ab exceptione perjurii. Quia exceptio perjurii activè tantum transit ad hæredes, *Motil. de grad. citat. num. 210. ex Ursil.decis.285.Cavalc.dec.9.num.13.*

Puta hæredes creditoris possunt agere contra debitorem pro pœna perjurii, & perjurii exceptione uti, sed hoc *Muscatell.in [illegible] perjurii num.19. [illegible]* intelligit, modo juramentum fuisset præstitum [illegible] se, & hæredibus, & fuisset perjuratum post mortem, & tunc hæres poterit accusare; alias secus nec activè, nec passivè haberet locum quoad criminalitatem perjurium, ex *Iservin. Afflict.Capyc.* & aliis ibi.

Et propterea hæres creditoris potest liquidare instrumentum, & incusare obligationes penès acta, & in sententia præambuli solemus ponere clausulam, *declaratum T.hæres, cum facultate instrumenta liquidandi, obligationes incusandi, &c.* Itaque hæredes activè utuntur juramento perjurii, conveniendo perjurum debitorem.

Secus passivè, nam

Iuramentum quoad reatum perjurii est personalissimum, & extinguitur cum persona.

Et licet quis jurasset pro se, & hæredibus, neque hæredes [illegible] tenentur [illegible] reatu.

Ideo possunt [illegible] huius exceptionis non impetrata absolutione, agere ad [illegible] contractus defuncti, *Motil. de grad. cit. num.10. Capyc. dec. 75.& dec.174.num.10. Gallup.par.2. cap.13. num.16. Afflict.dec.385 num.8.*

Sed jurisjurandi exceptio transit activè, & passivè ad hæredes, qui licet non possint illaqueari ad perjurium, ut supra, & perjurii exceptio eis opponi non possit, tamen si non adsit justa causa non observandi promissionem juratam a defuncto, coguntur ad observantiam promissionis factæ per defunctum, & eis obstat dicta exceptio juramenti, sive jurisjurandi, quæ differt ab exceptione perjurii, in quo non incurrunt hæredes, quia juramentum non ligavit eorum animam.

Itaque effectus perjurii non transit contra hæredem.

Effectus vero juramenti quoad robur contractus, sic; & his cognoscent T[illegible] rones differentiam inter exceptionem perjurii, & exceptionem juramenti, & inter effectus unius ab altera exceptione, *Motill. de grad.cit.num.210.Muscatell.*ubi supra, *Capyc.dec.75. Gallup.part.2.cap.13.nu.19. V[illegible] ibi num.50. Afflict. dec.465.num.8.& in Constit. eos qui scienter quæst.3. num.6.*& alii apud dictos Authores.

10 Iurisjurandi exceptio differt quoque ab exceptione perjurii in modo, sive tempore opponendi d[illegible]m exceptionem, nam exceptio jurisjurandi, sive juramenti, licet opponatur in principio, sive in medio, sive

sive in fine, proceditur ipsa non obstante, & non impedit litis cursum, quia juramenti vinculum fuit relaxatum ad finem agendi, vel excipiendi, & propterea agi, & prosequi, & excipi potest, juramenti exceptione non obstante.

Sed de ea habetur ratio in calculo ferendæ sententiæ, & quousque per sententiam non fuerit elisa, *Moril.de grad.cit.n.297.Trentacinq.lib.2. tit.de jurejur. resol.1.n.7.Danad dec.66.num.9.*

Et exceptio perjurii debet expressè, & incontinenti opponi, ut impediat litis cursum, ut concludit *Gallup.par.2.cap.12.num.2.*

Sed veritas est, quod quocumque tempore, & quacumque parte judicii opponatur, in principio impedit litis ingressum, & si non opponitur, acta interim facta valent, quousque opponatur dicta exceptio, & ita est intelligendus *Gallup.*ubi sup. *Motill. de grad.cit. nu.219.vers.octavo* ex *Ric.resol.191. nu.3.in prax.absolutionis.Sperel.dec.25.nu.127. Verd.ad Gallup.p.2.c.12.n.46.Ridolph.par.1.cap.8.n.6.*

Et potest opponi usque ad sententiam. *Verd. ad Gallup.d.p.2.cap.17.n.46.ex Soccin.cons.288.n.5.*

11 Post vero oppositam dictam exceptionem perjurii, si proceditur, processus erit nullus, *Verd.* ubi supra ex *Buratto dec.151.n.3.Farin.de fals.qu.560.nu.185. Cravet.cons.199.nu.12. Rot.divers.dec.19.nu.5.par.8. Episcopus Morell. in sua prax. tit. de absolut. a juramento cap.8.obs.7.nu.9.*ubi alios allegat.

Et licet *Muscatell.*videatur dubitare, quod si exceptio perjurii non sit opposita, processus sit validus, & perjurus non repellitur ab agendo, dum perjurium perimit actionem ipso jure, & propterea judex ex officio debet repellere perjurum, qui per perjurium caret actione agendi, & relinquit cogitandum *in dict. gloss.perjurii par.4. num.27.* ex dictus per *Aucharibi.* Et videtur ipse concludere, quod tunc Judex repellere potest perjurum ex officio, quando dicta exceptio non fuit opposita ex inhabilitatione pœnæ.

Tamen ego teneo, quod indistinctè semper Judex ex officio potest rejicere perjurum in ea causa, in qua est perjurus, non in alia, *Verd.* ubi supra ex *Farinac.de falsis quæst.160.num 189. Rot.divers.dec.97. num.10.par.2. Bald.in l.2. num.93. ff.de jurejur.R.m. singul.429.num.2.Felin.cap.1.de except.*

Quod intellige, quando de perjurio clare constat in actis, & altiorem indaginem non requirit, ex traditis per *Motill.in grad.citat.nu.221.*versus finem, & *Guid.Papa sing.182.*

Et dummodo pars expressè non remiserit ante incursum perjurium, quia post ejus incursum remittere illud non potest, *Morell.de absolut.cap.8.obs.7.n.8.*

Et dummodo dictum perjurium appareat inexcusabile, nam a perjurio excusat quævis causa etiam levis, *Mantica dec.221.num.6.Rot.dec.34.nu.3.*apud *Gallup.p.2.cap.12.num.5.*

12 Et propterea licet per perjurium perimatur actio, tamen quia levis caussa potest ab eo excusare actorem, vel aliquo modo altiorem requirit indaginem, est in arbitrio Iudicis repellere, vel non ex officio, vel reservare ad merita dictam exceptionem, sive etiam, quæ requirit altiorem indaginem, *Gallup. par.2. cap. 12.num.5.Anna alleg.28.Thor.in compend. decis.verb. citatio partis.*

Verum ubi dicta exceptio non esset turbida, sed clara, perjurium esse incursum, tunc interponitur decretum, *stante perjurio incurso non procedatur ad ulteriora*, ut tradit *Reverc.dec.248. num.1.* relatus a *Motill.c.8.obs.7.n.14.* ubi sup. & ab *Episcop.Morello.d. Pratus ad Muscat.in glos. perjurii vers. & quatenus, cap.dilecti de excep.*

13 Et dum Iudex non repellit, tunc debet pars opponere dictam exceptionem perjurii, & si non opponit, acta facta ante oppositionem substinentur, sed ea opposita, repellitur ab agendo, aliàs processus, tum ex rationibus prædictis, tum quia censetur a parte renunciatum ei, dum dictã oppositionem non opposuit, est validus, ut colligitur ex traditis per *Verd.ad Gallup.d.par.2.cap.12.nu.46.*per *Burat. dec.151.nu.3. Cravet.cons.199.num.12.*& alios ibi.

Nam opposita exceptione perjurii tenetur Iudex super ea expresse providere, *Muscatell.in glos. reservatis num.25.*quem sequitur *Morell.dict.cap.8.obser.7. num.13.*

14 Iusjurandum remitti quoque potest a parte, ad cujus favorem fuit juratum, *Verd. ad Gallup. par. 2. cap.12.num.52. ex cap.debitores, & cap.9. de jurejurando in 6. Covar. 1.var. cap.4. num.5. Divus Thomas 2.2. quæst.89.artic.9.ad 2.Morell. in prax. tit.de absolut.a juram.cap.8. num.4.* licet alii dicant, quod tunc intelligitur, ut

Iusjurandum remitti potest à parte, ad cujus favorem fuit præstitum, priusquam judicium intentetur, *Motill. de grad.citat. num.214.ex Abb.in cap.2. num.6. in fine de sponsal.* Verum post incursum perjurium remitti non potest a parte, *Motill.*ubi supra, ex *Cavalc.decis.9.num.35.Afflict.dec.220. in fine.*

Et merito post incursum perjurium quando est inexcusabile, & liquido constat de eo, ut dictum est, etiam si pars velit remittere, & non opponat, poterit tunc Iudex ex officio repellere perjurum.

15 Et è contra, quando a parte est opposita hæc exceptio perjurii, si Iudex præcisè non interloquitur super ea, potest opponens, licet sit laicus, adire Iudicem Ecclesiasticum, qui sub prætextu peccati, inhibeat Iudici, ut non audiat perjurum, nisi obtineat absolutionem.

Dummodo evidenter constet de incursu perjurii, *Gallup. par.2.cap.12.num.51.ex Cavalcan. dec.9.Lup. alleg.25.*

Et si pars opponat, & Iudex adhuc procederet ad ulteriora, videtur exceptionem, uti non relevantem rejecisse, *Molign.alleg.72.num.14.ex Bald.in l.4.de dilat.Gabriel.concl.1.tit.de except.Mancin.de juramento par.6. quæst.20.* quicquid oppositum dicat *Menoch. cons.24.ex num.29.*

Nam clarum est, quod

16 Exceptio perjurii, nisi illico probetur, non impedit litem. *Seraph.priv.174.num.16.Farin. quæst.160. num.190.de fals.Mant.dec.221.num.1.& 7. in noastilla ad Gallup.dict.par.2.cap.12.num.5.*

Et quando illico probatur per instrumentum, si pars replicat, quod transactio, & instrumentum fuit per dolum factum, & offert probare in termino probatorio, non potest reservari ad merita tamquam requirens altiorem indaginem, ex replicatione Adversarii, sed debet dari terminus ad probandum super replicatione, postquam Reus probavit exceptionem litis ingressum impedientem per instrumentum præsentatum, ita decisum refert *Afflict. decis.63. Muscatell.in dict.glos.perjurii num.16.p.4.*

Verum hic adverte, quod opposita exceptione prædicta, & per instrumentum appareat probata dicta exceptio, quæ impedit litis ingressum:

17 Si Actor replicat, quod juramentum fuit, aut vi, aut metu extortum, & offert probare in termino probatorio; an is possit agere sine absolutione a juramento; dum de vi, & metu non constat in promptu.

Tenent Canonistæ, quod non potest agere sine absolutione, quia juramentum licet invalidum non debet propria authoritate sperni, & licet Sacrum Consilium judicavit contrarium apud *Afflict. decis. 263.* quæ decisio fuit fundata, quia per alium processum videbatur esse iniquitas juramenti, ideo non opus fuit absolutione, Secus vero, quando requirit probationes ad probandum vim, & metum, vel aliam iniquitatem, ut q. 3. & bene hoc dicit *Ursill.ibi d.num.4.* dicens,

cens, quod si pars non opponit exceptionem perjurii, & passa fuisset probationes fieri, ei debet imputari, quia postquam detecta est iniquitas juramenti, Iudex laicus absque absolutione Ecclesiastica declarat nullum contractum, tamen idem *Afflict.* concludit, quod sit salubrior hæc opinio Canon. & hanc amplectitur quoque *Muscat. in glos. perjurii p.4. num.15.*

18 Et habilitatio est necessaria, licet statutum annullet contractum, & juramentum, ita *Morell. in prax. tit. de absolut. a juramento cap. 8. obs.9. num.16.* Et scribentes non requiri habilitationem in his casibus, intelligi debent, quoad incurrendum perjurium pro foro interno.

Et idem *Afflict. decis.360. num.6.* concludit, quod actus meticulosus, licet sit invalidus, validatur tamen juramento, & juramentum ligat de jure Canonico actum meticulosum, quem sequitur *Gallup. p.2. cap.12. num.12. Bilott. tit. de absolut. jur. cap.3. lib.1.* & veniens contra tale juramentum illud contemnendo propria auctoritate, erit perjurus, *Capyc. dec.173. nu.13. in fine*, & latius dicam inferius.

Ex omnibus prædictis itaque poteris summare, quod

19 Iuramenti, sive jurisjurandi exceptio in quinque differt ab exceptione perjurii, quia scilicet diversos parit effectus, sive

Quinque habebis notabilia notatu digna.

Primo, quod exceptio perjurii efficit, ut perjurus puniatur pœna perjurii, & etiam pœna *l. si quis major C. de transact. Motil. de grad. cit. n.209.*

Et efficit, ut remaneat privatus commodo contractus, & recepta restituat, *Farinac. de falsis, & simulat. qu.460. num.35.* relatus a *Morell. in prax. tit. de absolut. a juram. cap.8. obs.7. num.6.*

Sed exceptio juramenti non efficit, ut puniatur.

Secundo, per exceptionem perjurii perimit actio, & impeditur agere, sed per exceptionem juramenti, non perimit actio, & consequenter non impeditur agere, quia licet juramentum obstet, quoad observantiam, non obstat quoad finem agendi, vel excipiendi, dum ad hunc finem tantum fuit relaxatum vinculum dicti juramenti a Superiori Ecclesiastico.

Tertio, exceptio perjurii transit ad hæredes activè tantum cum distinctione, ut supra, & non passivè: sed exceptio juramenti transit activè, & passivè in hæredes, scilicet, quod tam hæredes illius, ad cujus beneficium fuit juratum, possunt uti dicta exceptione, quam contra hæredes jurantis, quoad robur, & observantiam juramenti.

Quarto, acta facta ante oppositionem perjurii valent, post vero oppositionem non valent.

Sed acta facta ante, & post oppositionem jurisjurandi, semper valent, dum de dicta exceptione in sententia cognoscitur, & non antea.

Quinto, exceptio perjurii impedit litis cursum, si evidenter constet de incursu perjurii.

Sed exceptio jurisjurandi nunquam impedit litis cursum, *Gallup. & Addentes* ubi supra.

20 Perjurus nemo efficitur per solam præsentationem comparitionis contra formam juramenti, nisi judicium prosequatur, citando Adversarium. Nam per solam citationem contra subscripta, vel adversus petita efficitur perjurus, ita intelligendus est *Gallup. p. 2. cap.12. num.6. ex Anna alleg.84. num.6. & sing.162.* quem sequitur *Paschalis de patr. potest. p.3. c.9. num.7. in fine*, ita *Motil. de grad. cit. num.717.*

Licet contrariam sententiam alii teneant, nempè, quod per solam oblationem libelli efficiatur perjurus, ut supra diximus.

21 Perjurii exceptio non habet locum, nisi quod petitur in libello, sit directè contra juramentum; E.G. si juro contractum, & singula in eo contenta esse vera, deinde petam declarari simulatum, & propterea dicta clausula excludit exceptionem simulationis in contractu, *Abb. in c.1. de jurejur. & DD. in d. cap. Gallup. p. 2. cap.16. num.7.*

Secus quando indirectè adversatur juramento quia tunc non habebit locum dicta exceptio perjurii. Exemplum erit, quando in venditione fui læsus enormissimè, ex qua venditione peto pactum de retrovendendo ibi positum non esse elapsum, *Anna alleg.83. nu.1. Gallup.* ubi supra.

Vel si promisi sub tali die, & ad omnem tuam requisitionem, nam tunc licet cesserit dies, sed non sim requisitus, possum tunc contra promissa venire, nec obstabit exceptio perjurii, quia, ut sim perjurus, debeo esse prius in mora per requisitionem, quia requisitione mihi non facta non sum in mora, *de Monteforte in Constit. Regni, cas qui num. . . .* sed ponit quæstionem *Gallup.* ubi supra *num.9.* Hæc tamen opinio non approbatur, quia juramentum habet vim continuæ interpellationis, & adeo constituit debitorem in mora, ut eum constituat etiam in peccato, *Sperel. decis.130. nu.17. ex Hostiens. Abb.* & aliis.

22 Et debitor præventionis judicium intentando, ubi non est dies solutionis designatus, sed solutio sitit gratuita ad omnem requisitionem, solet M. Curia apponere clausulam in decreto præventionis, *dummodo præveniens non sit attinctus*, idest non sit a creditore per requisitionem positus in mora solvendi, de qua clausula vide *in cap. de prævent. tom.2. meæ prax.*

23 Vel ex aliquo impedimento, vel caussa non solvit, cessante tamen dolo, ut si intervenerit Judicis præceptum, quod non solvatur, nam judicis præceptum etiam injustum excusat a perjurio, *Gagliar. de absol. juram. num.24. Jason in l. fin. ff. qui satisdare cogant. Gam. dec.285. num.1. Borrel. sum. dec. tit.62. de perjur. num.5.*

Vel si quis contra mutuum confessatum opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ, non erit perjurus, quia juramentum respicit solum circa confessionem, & non extenditur ad numerationem, *Covar. in cap. quamvis 2. prælect. §.4. de pactis in 6. Gras. de except. num.67. except.47. Borrel. summ. dec. tit. de jurejurando 60. num.229. tom.1.* penes *Gallup. par.2. c.12. nu.9. & Motil. de grad. cit. num.220.*

Perjurus neque dicitur, nec perjurii exceptio obstat, ubi juramentum sequitur naturam actus, E. G. si quis promisit ducere uxorem cum juramento tali tempore, si deinde ipsam reperit fornicantem, non adstringitur juramento: nam intelligitur præstitum, si non sequatur fornicatio, *Gallup. par.2. c.12. num.15.* per *l. unic. C. de liber. caus.* & ex *Covar. in c. quamvis §.4. de pactis in 6.*

Item si vendo rem duobus cum juramento, & tradam uni, non ero perjurus, respectu alterius, cum elisa sit altera venditio ex dicta traditione, non obstante juramento, *Gallup.* ubi supra, per *l. quoties ff. de reivindic. Covar.* ubi supra.

Verum punitur vendens pœna stellionatus.

Item si promitto aliquod factum cum juramento, vel Titium facturum, vel quod uxor renunciet, vel quod filius ratificet, & similiter sub certa pœna, si feci, quod potui, non ero perjurus, nec ad pœnam teneor, quia difficultas excusat a perjurio, & a pœna, *Afflict. decis.295. Gallup. par.2. cap.1. num.16. ex Surd. dec.554. num.12. Menoch. cons.19. num.8. vol.1.* Quia reputatur juramentum temerarium, ubi promittens non potest adimplere promissionem sine culpa sua; dicti *DD.* ubi supra.

Perjurii exceptio locum non habet in Reo necessario, qui est citatus ab actore, quia cum sit citatus ab actore, approbata dicitur sua persona in judicio, *Innoc. in cap. cum inter* sub *num.1. de except.* penes *Motill. de grad. cit. num.316.*

Habilitatio itaque non requiritur excipiendo adver-

versus promissionem juratam, *Gennens.cap.8.vers.non est autem*, per *text in cap.quadam de jur.jur.Greg.decis.64.num.4.Durant.decis.18.num.15.* relati a *Morel. in prax.tit.de absolut.a jur.c.8.obs.9.num.21.*

Et ex hac ratione reconveniens actorem in judicio, non dicitur perjurus, quia reconventio est exceptio, *Maresc. lib. 2. variar. cap. 84. num.13. Ventrigl.annot.31. §.unico num. 24. & 27. Morel.* ubi supra *num.21.*

Quod intellige, postquam debitor est citatus a creditore, secus si velit præveniendo excipere contra creditorem, quia tunc dicitur reus voluntarius, qui debet prius obtinere habilitationem, dum qui promisit solvere cum juramento, & non solvit, incurrit perjurium, & tanquam perjurus audiendus non est, *Ursill.ad Afflict.dec.3.num.5.* ex *Bald. in l.si quis major C.de transact.*

Itaque si conventus petendo compromissum incidat in perjurium, perjurio non obstante, caussa debet compromitti, quia non dicitur incidisse in perjurium, non enim juramentum ligat adversus hanc *Prag. de Arbitr.* quæ fuit introducta ad favorem publicum, *Troys.in d.prag.nu.516.* latè ex *Bart.* aliisque, ex eadem ratione, quia compromissum est exceptio.

Perjurii exceptio non obstat contra Syndicos Universitatis, qui ejus nomine se obligant, *Galter.de liquid.instr.tit.an præcedente absolut. n.14.Danza dec.16.num.32.* penes *Motil.de grad.cit.n.218.*

Nec contra Pupillum, qui factus adultus venit contra juramentum præstitum per tutorem, quia pupillus non ligatur juramento tutoris, ut decisum refert *Gallup.p.2.cap.2.num.26.*

Perjurii exceptio non obstat, quando contractus est nullus ex defectu Reg.Assensus, *Affl. dec.64.Muscatell.in glos.perjurii p.4. nu.16.*

Et renuncianti alienationem rerum feudalium juxta *Constitutionem Divæ memoriæ*, hæc exceptio opponi bene potest, *de Franch.decis.391. Muscatell.in addit.ad glos.perjurii par.4.distin.4.*

Perjurus non dicitur, nec perjurii exceptio habet locum, quando juramentum interponitur super actu prohibito, & a lege reprobato, vel contra bonos mores, quia tunc juramentum non ligat.quoad ipsius observantiam.

Exemplum erit in matrimonio metu contractu, *Hostiens.in summ. tit.quod metus caussa, verb. fallit primo,Gallup.p.2.c.17.num.7.*

Item in donatione omnium bonorum, *Paschal. de patria potest.c.8.part.1.nu.140.Gallup.*ubi supra.

Item si est juratum non opponere compensationem, *Affl. dec.121. nu.5.Gallup.*ubi supra, quia erat dicta renunciatio contra bonos mores, & contra naturalem æquitatem,ut *in dicta decis.*

24 Et in istis casibus sunt intelligendi DD.loquentes, quod juramentum non confirmat actum nullum;nam quando non est contra bonos mores, nec a lege reprobatum, tunc juramentum validat actum nullum, & facit eum valere omni modo meliori, & tunc obstaret exceptio perjurii.

Exemplum sit in contractu minoris absque Curatore, & absque decreto Judicis, qui licet sit invalidus, tamen si minor juraverit, vis juramenti facit valere actum. *auth. Sacram. puberum C. si adversus vendit.Affl.dec.362. Gallup par.2.cap.12. nu.13.*

Et actus meticulosus licet sit invalidus, validatur juramento de jure canonico; idem *Gallup.* ubi supra ex *Hostiens. in summ.tit.de eo, quod metus caussa, vers.quod item, Afflict. dec.322 num.6.* dicit, quod petenda est absolutio, & ita decisum refert, ibi: *quia intervenit absolutio a juramento, ut dixi, propterea fuit votatum, ut ipse Jo: Antonius absolvatur. Bilot. tit.de absolut.a jur.c.3.lib.1.* ut notatur *in cap.ad audientiam, quod metus caussa, Archidiac.in c.quamvis, Innoc.in cap.venerabilis de elect.& in c.ad aures, quod metus caussa.*

25 Licet idem *Afflict. in decis.263.* referat decisum contrarium,prout tenent Legistæ de jure civili.

Et advertendum est quoque, quod *d.decis.Afflict.* 263. fuit fundata, quia per alium processum fuerat jam probatum de vi, & metu illato per maritum contra uxorem in princip.*decis.*& propterea dum erat detecta iniquitas juramenti, non opus erat habilitatione. Secus quando requirit probationem, *& num.3.* ibi: *Quod prædicta habent locum, quando vis, & metus non esset detecta, & detectus, tunc requiritur absolutio a juramento,aliàs agere non potest,secundum opinionem Canonistarum. Secus si de vi, & metu legitime constat, prout erat in præsenti caussa, tunc ex quo constat de vi, & metu illato, Judex sæcularis potest compellere partem, cui juratum est, ex ejus violentia, & metu illato ad relaxandum dictum juramentum*, per *l.illicitus ff.de offic. Præsid.* Et hoc non obstante, tamen in fine decisionis, ipse *Afflict.* concludit, quod salubrior opinio est illa de jure canonico, nam jus canonicum attenditur in his, quæ tanguot animam, & quod non potest propria auctoritate contendi juramentum,& venire contra actum meticulosum juramento firmatum, nisi præcedat absolutio Episcopi, latè *Capyc.dec.174.num.13. in fine,& Afflict. dict. decis.322. num.5.* ibi: *Fuit votatum per totum Consilium, quod ista opinio Bart. & Canonistarum sit observanda in judicando,sed quia fuit probatum, quod Simonellus verberavit Jo: Antonium, ut faceret dictam promissionem,& benè probavit vim, & metum, & præsentavit absolutionem a juramento ad effectum agendi, fuit votatum, quod tale juramentum non operatur aliquem effectum.*

26 Perjurus demum, quando sit, & quando non, & quando obstabit perjurii exceptio, & quando non, ita ut jurans absque absolutione possit venire contra juramentum;

Dabo tibi regulam generalem triplicem.

Prima, quod juramentum, quantumcumque sit temerarium, sive illicitum, quando non est contra bonos mores naturales.

Nec in ejus observantia imminet peccatum,semper erit servandum, *Capyc. decis.174. versus medium*, ex dictis per *Bartol. in l.si quis pro eo 4. speciali ff. de fidejussor.& in auth.Sacram. pub. Cod. si adversus venditionem.*

Et sic secundum hanc primam regulam, juramentum tunc potest sperni, & necessaria non est absolutio, quando unum ex his duobus concurrit, vz. si sit contra bonos mores naturales, & si imminet peccatum in ejus observantia.

Et extra hos casus erit semper servandum, & necessaria est absolutio ei, qui vult agere, vel excipere contra formam juramenti.

Secunda regula erit, quod juramentum omnino est servandum,tribus simul concurrentibus, vz.

Primum, quod juramentum possit servari sine interitu salutis æternæ.

Secundum, quod non sit contra bonos mores.

Tertium, quod non sit contra publicam utilitatem.

Quæ tria requisita simul concurrere debent, nam si unum ex his tribus deficeret, ipso jure juramentum non valet, nec est necessaria absolutio.

Si autem illa tria concurrunt, contractus validatur, & efficitur inexpugnabilis.

Nec potest peti absolutio,nisi in duobus casibus, vz.

Primo, si esset prohibitus contractus odio creditoris.

Secundo, ubi licet observantia juramenti non induceret peccatum in jurante,tamen induceret peccatum,

catum in creditore, cui juratur.

Exempla erunt, quando usuræ promittuntur cum juramento, item si fiet contractus per metum.

Tunc licet juramentum non possit sperni propria authoritate, tamen ne sit vinculum iniquitatis, potest peti absolutio ab Episcopo, & habilitatur jurans, ut possit agere, & experiri de suis juribus contra promissionem juratam, *Capyc. d. decis. 174. num. 13.* ex dictis per *Paul. de Castr. in auth. Sacram. puberum C. si adversus credit.*

Tertia regula erit, quod juramentum indistinctè servari debet, quinque concurrentibus.

Primum; quod juramentum possit servari sine peccato jurantis.

Secundum, quod non sit contra bonos mores.

Tertium, quod non sit contra publicam utilitatem principaliter.

Quartum, quod non tendat in præjudicium tertii.

Quintum, quod non fieret contractus simulatus.

Et his quinque concurrentibus, per juramentum firmatur contractus, qui sine juramento esset nullus; leges enim annullantes contractum intelliguntur, quando contractus est sine juramento, sed quando cum juramento, cessant illæ leges; & juramentum facit valere illum contractum nullum, *Capyc. d. dec. 174. num. 12.* ex dictis per *Paul. de Castr. in l. si quis pro eo ff. de fidejuss.*

Sed usus te plura docebit.

27 Perjurus est, & exceptio perjurii obstat illi, qui fecit compromissum continens plura, & diversa capita cum juramento, & lato laudo non acceptat omnia capita laudi, sed contradicit aliquibus, & aliquibus non, ita judicatum refert *de Franch. dec. 173.* quem sequitur *Muscat. in addit. ad gl. perjurii p. 4. lit. A.*

Sed *Troys. in pragm. de Arbitr. num. 126.* dicit contrarium, nempè, quod non sit perjurus, etiam si contradicat omnibus capitibus, quia illud fecit necessitate statuti cogente; ita ex doctrina *Angel. in l. si quis major C. de transaction. Hyppol. in l. 1. §. præterea, 4. col. ff. de quæst.*

Sed credo *decis. de Franch.* locum habere in compromisso, rejecto *Troys.* & aliis, quia necessitas statuti cogit ad compromittendum tantum, sed non cogit ad jurandum non contravenire.

Et *d. decis. de Franch.* limitatur, etiam respectu; quod ibi dicat, bene posse unum caput acceptari, & ab alio appellari, quia est individua partium voluntas in compromittendo, ut intelligatur, ubi capita non essent omnino separata; Secus ubi nullam connexitatem habet unum cum altero, *Staib. resol. 7. nu. 28.* & diximus Nos *in tit. de compromiss.*

Perjurii exceptio vero non obstat reo convento, qui petendo compromissum incidat in perjurium, ut diximus superius.

28 Perjurus est, & perjurii exceptio obstat illi, qui in instrumento declaravit omnia, & singula esse vera, & postea allegabit contractum esse simulatum.

Item ubi declaravit non intervenisse dolum, fraudem, vel deceptionem, imo quod transactio cedat in contrahentis utilitatem.

Si postea allegasset, quod dictus contractus, vel dicta transactio est dolosa re ipsa, tunc dicitur perjurus, & absolutio dicitur subreptitia, nisi fieret mentio in petitione absolutionis saltem generaliter de dicta clausula relativa ad instantiam, ut latè *Affl. decis. 220. num. 17.*

29 *De absolutione a juramento.*

Absolutio a juramento in multis casibus necessaria non est ut latè diximus supra.

At cauti Advocati, ut evitetur perjurium, & perjurii exceptio non obstet, utuntur cautela, ut in omni casu antequam lis incipiatur, obtineatur absolutio, sive relaxatio juramenti ab aliquo Episcopo ad finem agendi, ut resolvit *Gallup. p. 2. cap. 12. n. 21.* per *c. si vero, de jurejurando, Ludov. decis. 58. num. 67.*

30 Absolutio tamen prædicta duplex est, scilicet simplex. & plena, & differt una ab altera in pluribus, & in pluribus conveniunt: nam

Absolutio *simplex* est illa, quæ conceditur absque causæ cognitione ad simplicem jurantis petitionem a quocumque Judice Ecclesiastico ad finem tantum agendi, vel de suis juribus experiendi in judicio, coram Judice laico, vel Ecclesiastico competenti.

Quæ propriè absolutio non est, sed quædam *habilitatio*, quia habilitatur jurans ad agendum, & proponendum jura, contra promissionem juratam absque metu perjurii.

Ab aliis vocatur *relaxatio*, sive *solutio* a vinculo juramenti dum disligatur, & solvitur jurans, ne per vinculum juramenti sit amplius ligatus, & impeditus proponere jura coram Judice laico, vel alio competente, sed habeat facultatem experiendi de suis juribus in quocumque judicio, & donec experitur, & de causa cognoscitur, remanet suspensum vinculum juramenti, quia juramentum non amittit vires per dictam absolutionem, donec causa cognita partibus auditis jurans obtinebit sententiam a Judice competente laico, vel Ecclesiastico, & sicuti a principio ista absolutio dicitur simplex, & semiplena, quia est ad finem tantum, ut jurans possit agere, vel se defendere, & sic non est plena absolutio.

Ita post factas probationes & perfecto judicio, auditis partibus, evadit plena probatio.

Nec requiritur altera secunda absolutio, *Ursill. & Afflict. decis. 322. num. 12. Guid. Papa decis. 226. Ann. cons. 7. Gallup. p. 2. c. 12. nu. 15.* ex *Bald. cons. 474. Crav. cons. 7. num. 7. Covar. cap. 4. num. 6. lib. 1. Barrel. in sum. decis. tit. 44. de citat. nu. 144. tom. 1.*

Quicquid dicat *Felyn. in c. 1. col. pen. sub num. 29. de jurejur. & Benint. dec. Bonon. 12.* dicentes quod requiratur secunda absolutio respectu inobservantiæ contractus, postquam Iudex laicus declaravit contractum nullum, ex quo a Iudice Ecclesiastico fuit data facultas tantum ad finem agendi, sed non fuit plenè, & in totum solutum, seu sublatum vinculum juramenti, & vires illius fuerunt suspensæ, usque ad exitum causæ, sed non omnino sublatæ; nam eorum opinio non est recepta in praxi, ut advertit idem *Gallup.* ubi supra.

Quia post detectam iniquitatem jurisjurandi, illa licentia concessa a Iudice Ecclesiastico ad detegendam dictam iniquitatem coram Iudice laico, efficit, ut jurans absque alia absolutione plenè evadat absolutus per solam sententiam Judicis laici, coram quo fuit deducta causa, mediante illa licentia a Iudice Ecclesiastico obtenta, ut jurans ageret apud dictum Judicem laicum.

Absolutio *plena* est illa, quæ non fit simpliciter ad finem tantum agendi, sed principaliter, & plenè fit, ad finem rescindendi contractum, & prorsus tollendi vires juramenti. Adeo quod nihil amplius remanet agendum super illo, ut non concedatur dicta plena absolutio, nisi prævia causæ cognitione, & parte, in cujus beneficium est juratum, plenius audita, etiam si petatur a Summo Pontifice, *Cravet. cons. 7. num. 8. Ann. alleg. 28. num. 10. Afflict. decis. 20. & 31. Gallupp. p. 2. c. 12. num. 22.*

Quæ & *relaxatio*, aut *condonatio* juramenti quoque appellatur.

Absolutio *semiplena*, sive *simplex* habilitatio potest concedi, etiam parte non citata, imo etiam invita parte, & hanc dicit esse magis communem opinionem *Affl. dec. 620. num. 10. & 28.* ex *DD.* ibi allegatis.

Et ratio assignatur per *d. Affl. num. 11.* quia Adversario non fit præjudicium, cum jus suum remaneat

falsum, ex quo non tolluntur vires juramenti, sed suspenduntur, ut jurans valeat in judicio deducere iniquitatem, & injustitiam, vel dolum, quo fuit inductus ad jurandum, & in dicto judicio sint salva jura utriusque partis.

Et licet *Ursil. in d. decis.* 220. *num.* 21. concludat contra *Affl.*, quod magis communis opinio sit, quod requiratur partis citatio, & allegat pro hac opinione tresdecim Doctores, ea ratione assignata, quia si in concedenda absolutione habilitativa non auditur Adversarius, fit ei præjudicium, dum gravatur in laboribus, & expensis litis.

Tamen idem *Ursill.* demum *num.* 14. testatur, hodie indistinctè fieri istas habilitationes, parte non vocata, & *Guid. Papa decis.* 140. etiam testatur de facto tolerari dictas absolutiones simpliciter factas ad finem agendi absque partis citatione.

Et *Angel. Pisanell. ad d. decis. Afflict.* dicit, quod sicut in citatione ab excommunicatione requiritur citatio Adversarii, & tamen si omittitur, non vitiatur absolutio; ita in absolutione hac habilitativa, licet requiratur citatio partis, tamen si omittatur, tenet absolutio.

Et citatio partis hodie servatur solum, ubi est consuetudo & stylus citandi.

Et sic passim in praxi recepta est prima opinio, quod concedatur absque partis citatione, *Gallupp. p.2.c.12.num.23. Motill. de prad. citat. num.* 214. & ita novissimè testatur *Episcopus Morell. in prax. tit. de absolut. a juram. cap.8. num.*5. post *Episcopum. Ricc. p.1. prax. resol.*301.

31 Adeo quod si pars adversa appellatur a decreto habilitationis, non per hoc suspensus dicitur effectus habilitationis, ideo appellatione non obstante habilitas prosequitur judicium adversus promissionem juratam; nisi Judex Ecclesiasticus admiserit appellationem.

Quæ licet non esset admittenda, tamen per admissionem suspenditur effectus habilitationis, *Motill. de absolut. a juram. cap.8. observ.12. num.*8. ex *Ventrigl. annot.*41. *§.1. num.*5. *Archid. in c. cum appellat. §. si vero de appellat. in* 6.

Verum si pars ex adverso se opponere velit adversus habilitationem, & eam impedire posset comparere coram Judice Ecclesiastico, & non solum impedire, nè concedatur, sed petere, ut concessa revocetur, producendo in promptu rationabilem caussam, ob quam concedenda non est habilitatio, tunc audiendus est, & interim supersedatur in caussa, ita *Episcopus Morell. in prax. tit. de absolut. a juram. cap.6. observ.8. num.*3. post *Gallupp. p.2. cap.12. num.23. Ventrigl. annot.*31. *num.*4.

Et si non revocat, tunc appellatio suspendit effectum habilitationis, *Marches. de commiss. n.3. p.3. §.4. n.45. vers. sicut autem, Morel.* ubi sup.

32 Caussæ autem, ob quas habilitatio a jure prohibetur, sunt v3. Prima, ubi potens esset perjurus. Secunda, quando dies solutionis cessit. Et tertia, ubi promissio jurata non fuerit adimpleta in tempore, & similia, *Morell. d.c.8. obs.12. nu.*5.

Limitatur tamen supradicta conclusio post incursum perjurium, quia tunc necessario debet prius obtineri a summo Pontifice absolutio perjurii, & postea non conceditur absolutio juramenti, nec plena, nec semiplena, nisi vocato, & audito Adversario ab eodem summo Pontifice, *Motil.* ubi supra, *Pisanell. ad Afflict. decis.*220. *Ricc. resolut.*290. *in addit. sua Prax. absol. a jur.*

33 Absolutio plena, quæ fit ad finem rescindendi, nec ante nec post incursum perjurium unquam conceditur, nisi vocato Adversario, & audito, ut supra diximus.

34 Verum ubi prætenditur non esse incursum perjurium ob aliquam rationabilem caussam excusantem a perjurio, potest peti, & concedi ab Episcopo Diœcesis illius, cui est juratum tantum, & non ab alio Judice Ecclesiastico, & hæc dicitur *absolutio plena interpretativa*, ut inferius latius explanabimus, quia Actor debet sequi forum Rei, vel a Curia Romana.

Nam ubi requiritur caussæ cognitio, ut in dicto judicio absolutionis plenæ, non potest fieri contra non subditum. Hinc

35 Si in loco contractus erit præsens pars, cui fuit juratum, tunc poterit coram Judice Ecclesiastico dicti loci contractus fieri dictum judicium absolutionis plenæ, aliter non, ex regula, quod forus contractus tunc prævalet, quando in dicto loco est præsens Adversarius, ita latè concludit *Gallup. p.2.c.12. n.27. & 29.* ex *Abb. in c. cum si contra Clericum col.2. num.3. de foro compet. Felyn. c. licet ratione delicti col.2. num. 14. de foro compet.*

Cum itaque in hujusmodi absolutione plenè citandus sit creditor, merito hoc judicium faciendum est coram competenti Judice dicti Creditoris, & sic vel coram Judice loci contractus, ubi præstitum fuit juramentum, vel coram Judice Domicilii ipsius creditoris, ad cujus beneficium juratum est, ita *Morel. in prax. tit. de absolut. a juram. cap.8. obser.11. n.1.* ex doctrina *Gennens. d. cap.8. num.*9.

36 Absolutio *habilitativa*, sive *semiplena*, aut *simplex habilitatio* potest concedi a quocumque Iudice Ecclesiastico, etiam loci transeuntis, *Gallup.* ubi sup. ex *Felin. in c.1. col. fin. num.31. de jur. jur.* per *Text. in c. experientia q.11. Anna allegat.*83. *nu.*10.

Quicquid in contrarium dicat *Episcop. Morell. in d. c.8. obser.11. num.*3. ubi concludit Iudicem competentem esse Episcopum originis, vel domicilii jurantis, ac etiam loci contractus, vel ubi lis intentatur, nam in Curia Archiep. Neapolis conceditur absolutio a juramento exteris, etiam si juraverint extra Regnum, ut testatur *Gennens. in cap.*8. ex ratione, quia est actus pœnitentialis, & ubique est locus pœnitentiæ.

Et non solum per quoscumque Episcopos, & Judices Ecclesiasticos, & per Curiam Romanam, sed etiam per Apostolic. Cam. Rev. Fabr. Sancti Petri de Urbe, ut testatur *Ursil. ad Afflict. decis.*220. *num.*14. ex rationibus per nos adductis *in Flosculis de causis compet. ad Trib. Rev. Fabr.*

Hodie tamen Trib. Rev. Fabr. non potest absolvere perjurium, quia hoc privilegium fuit revocatum, & potest etiam concedi ab habente jurisdictionem quasi Episcopalem, *Morel. in prax. tit. de absol. a juram. cap.8. obser. ult. num.*7.

37 Nec potest concedi a Vicario Generali, nisi habeat speciale mandatum ad id agendum, *Sanchez de Matrim. lib.2. disp.40. num.*12. quem allegat, & sequitur *Morel. in prax. dict. tit. de absolut. a juram. cap. 8. obs. ult. num.*3.

38 Imo dicta habilitatio est petenda a Principali, vel a Procuratore cum speciali mandato ad petendam habilitationem a juramento, & juramentis in tali instrumento, vel in quocumque instrumento præstito, & præstitis, *Morell.* ubi supra, prout sunt *decisiones Rotæ* apud *del Bene de juramento in calce operis decis.*44. 45. *&* 46.

Et licet potest concedi absenti, & ignoranti, debet tunc sequi ratificatio intra terminum præfixum ad solvendum, aliàs incurritur in perjurium, *Rom. cons.* 427. *Gagliar. de juramento cap.1. §.4. num.*1. post *Gennens. cap.8. Morell. d. cap.8. in princ. num.* 11. & hoc nota bene, quia non omnes advertunt.

39 Et ex prædictis poteris sumere 4. differentias inter absolutionem plenam, & absolutionem semiplenam.

Prima differentia.

Absolutio *plena* fit ad finem rescindendi contractum,

ctum, & ipsa obtenta nil remanet aliud agendum.

Absolutio vero *semiplena* fit tantum ad finem agendi, vel excipiendi, & remanent jura utriusque partis intacta, & ab ipsa remanet agendum judicium coram Iudice laico, vel Ecclesiastico competente.

Secunda differentia, quia

Absolutio *plena* debet fieri parte citata, & cum caussæ cognitione, sed

Absolutio *semiplena* potest fieri utroque modo, scilicet parte citata, & absque citatione partis. Imo parte invita, & sine caussæ cognitione; & hoc intellige, si petatur ante incursum perjurium, nam post incursum perjurium, secus; tunc enim non conceditur, nisi citata parte.

Tertia differentia, quia

Absolutio *plena* non fit, nisi coram Iudice Ecclesiastico vel competente, sed

Absolutio *semiplena* fit coram quocumque Iudice Ecclesiastico, etiam loci transeuntis. Quod intellige, ante incursum perjurium: quia post incursum perjurium, secus; tunc enim non conceditur, nisi a Summo Pontifice in forma gratiosa, & tam plena, quam semiplena absolutio.

Quarta differentia, quia

Absolutio *plena* tollit prorsus vires juramenti, & qui obtinet dictam absolutionem, dicitur plenè liberatus a vinculo juramenti; sed

Semiplena tantum suspendit, donec visis probationibus sequatur sententia absolutoria, vel condemnatoria.

40 Absolutio *plena* convenit cum *semiplena* in multis.

Primo; quia in utraque tot requiruntur absolutiones, quot sunt juramenta in contractu, *Gallup. p.2. cap.12.num.31.*

Adeo quod absolutus ab uno, non poterit agere alio, *Gallup.* ibidem ex *Cavalc. dec.9.num.25.*

Imo quot sunt pactiones, & Capitula posita in contractu jurato, quia licet sit unum juramentum in contractu, censentur tamen tot juramenta adhibita, *Gallup.* ubi supra ex *Loffred.cons.12.*

Et si fit absolutio a juramentis intelligitur a duobus tantum, & obtenta nimis propere non valet, & non prodest, ubi sunt plura juramenta, *Ursil.ad Affl.dec.220. num.12.* ubi concludit, quod sit inefficax absolutio, si fuerit subreptum vel obreptum in illius impetratione, & exemplificat subreptionem, quando non fuit narratum quod transactio fuerit ratificata; quia licet primus contractus fuerit nullus, tamen ratificatio tollit allegationem nullitatis, & probatur *in l.fin. Cod. ad Macedonianum, & l. licet ff. de judiciis*. Ideo fuit per Consilium votatum in dicto instrumento transactionis jurato non esse procedendum ad ulteriora in dicta caussa, non obstante dicta habilitatione obtenta tanquam subreptitiâ.

Et tot absolutiones requiruntur, quot fuerunt juramenta in instrumento adjecta. Unde cautela traditur, ut fiat decit. absolutionis viso instrumento, vel cum clausula *ab omnibus, & quibuscumque juramentis in mentionato instrumento appositis, & contentis*, quia præsumitur Judicem vidisse instrumenta, & tali modo est sufficiens absolutio, *Riccius collect. 3246. Morel.d.cap.8.obs.7.n.12.& obs.ult.num.11.*

Secundo convenit, quia in utraque absolutione *plena* scilicet, & *semiplena*, petens, debet expressè narrare, si juravit non petere absolutionem a juramento, vel nullas litteras impetrare, aut impetratis non uti, alias non potest agere, nisi prius sit absolutus a dicto juramento de non petenda absolutione.

Nam potest peti absolutio, licet sit promissum non petere, quando de instrumento fuisset facta mentio, *Ursil.ad Affl.dec.220.num 13.* post *Gram. consil.civil 25.& Afflict.ibid.num.12.*

Et petens absolutionem, si non facit mentionem, quod juravit illam non petere, non est habilitatus ad agendum, nisi prius expressè non sit absolutus a juramento de non petendo absolutionem, *Anton. Barra par.prim.obser.2.* quia requiritur specifica mentio, & non sufficit generalis.

Tertio convenit absolutio *plena* cum *semiplena*; quia in utraque debet fieri mentio de lite pendente super absolutione coram Delegato Papæ, vel alio quoquo modo, omnique alia caussa inducente conjecturam, quod si non esset expressa, non fuisset concessa, *Gallup.* ubi supra *num.33.* ex *Thor. in compen. verb.absolutio tom.1.*

Et Iudex laicus cognoscit de subreptione absolutionis præsentatæ coram ipso, *Afflict.decis.220.Gallup.* ubi supra.

Et dicere de subreptione aliud non est, quam dicere, quod illa absolutio non tenet, quia non est absolutus, ex quo non fuit facta mentio de lite pendente, vel quod jam erat perjurus, vel similia ut latè *Afflict.dec.426.nu.12.& seq.& Gram.dec.660.*

Vel quod dies solutionis cesserit, vel quod promissa cum juramento, in tempore minimè impleverit; his, & similibus, non debet Judex Ecclesiasticus habilitationem concedere, & si concesserit illam uti subreptitiam revocare debet, & eo ipso probato, erit habilitatio nulla, adeo quod appellatio ab ejusmodi concessione suspendit effectum habilitationis. Nam licet appellatio non suspendat habilitationem, intelligitur de habilitatione justè facta, secus in habilitatione nulliter concessa, ut in casibus exemplificatis, ut supra, & latè *Morel.de absolut.cap.8.obser.12. & 13. Riccius p.3.resol.162.*

Quarto conveniunt absolutio *plena, & semiplena*, quia licet Iudex laicus cognoscit de subreptione, ut supra; tamen secus, ubi dubitaretur de validitate, & nullitate concessæ absolutionis, quia tunc solus Ecclesiasticus Judex cognoscit; *Pisanell.ad Afflict. dicta decis.220.Ricc.collect.2419. par.4. Borrellus in tit. de juram.absolut.num.61.* quos sequitur, & allegat *Gallup.p.2.c.10.num.33.*

Et ipse articulus remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum, quiescente interim Iudicio coram Iudice laico, *Riccius resolut. 306. Ventrigl.* ibi citatus, quos sequitur *Morell.de absolut. a juram. cap.8. obseru.13. num.7.*

Verum quando incidenter talis articulus emergit coram laico, poterit incidenter laicus Iudex de nullitate, & subreptione habilitationis cognoscere, *Morell.* ubi supra.

Quinto conveniunt, nam neutra conceditur post incursum perjurium, nisi ante omnia perjurus obtineat absolutionem perjurii a Summo Pontifice in forma gratiosa, *Gallup. par.2.c.12.num.35. Molfes.cons. 43.Cavalc.dec.9.Pisanell.ad Affl.decis.220.Carav.ibid. ad Afflict.Motil.de grad.cit.n.214.*

Sexto conveniunt, nam neutra: scilicet, nec absolutio plena, nec semiplena concedi potest ab Episcopo, nec alio Iudice Ecclesiastico, nisi a Papa, quando petitur a perjuro, quia post incursum perjurium prius, & ante omnia per Papam fit absolutio a perjurio, deinde fit absolutio a juramento ab eodem Papa, vel ab alio, prævia ejus commissione, & tunc necessario est citanda pars adversa, antequam concedatur absolutio, etiam ad solum finem agendi, vel excipiendi, ut latè *Motill.de grad.citat.num.214.ex gloss. ard. in c.quanto de jure jur.Ricc.resol.290. in addit.prax. absolut.a juram.*

Hinc nota bene, quod

Vera absolutio a perjurio fit a solo Papa, & post absolutionem perjurii, neque potest ab alio Iudice concedi absolutio a juramento, sive plena, sive semiplena, sed fit solum a Papa.

Ante incursum perjurium, absolutio a juramento po-

potest fieri a Papa, & ab Episcopo, ut supra.

Absolutio interpretativa a perjurio fit quoque tam a Papa, quam ab Episcopo.

41 Ultimo est advertendum, quod absolutio plena duplex est, *vera*, vel *interpretativa*.

Absolutio *vera* est, quando certum est jurantem contravenisse promissioni juratæ, & est, quæ non potest fieri, nisi a Papa in Signatura gratiæ, ut testatur *Sperel. dec. 63. num. 46.*

Absolutio *interpretativa*, seu *declarativa* est, quando quis [illegible] contravenit, non ex malitia, vel dolo, sed citra dolum ex aliqua [illegible] caussa, & tunc potest Episcopus de[illegible] perjurium non esse incursum. Qua declaratione facta potest jurantem habilitare ad effectum agendi.

Et in hunc sensum locutus fuit [illegible] injustè reprehensus a *Campanile ad rit. Arc. ep. Curi. Neap. 23. num. 5. & Sperel. dec. 63. num. 43.*

Et in hunc sensum intelligendus est *rit. Episcop. Curiæ Capuntaquen. 120. tit. 21. in Synodo* [illegible] brato in Terra Laurini anno 1649. [illegible] quod dicta Curia Episcopalis concedat absolutionem a reatu perjurii, scilicet absolutionem in e[illegible] vam, seu declarativam; juxta tradita per *Mo[illegible] de commiss. tom. 3. par. 3.* [illegible] *64. Genuens. cap. 8. num. 3.*

Nam absolutio vera non potest concedi ab Episcopo, sed solum a Papa, ut supra.

Praxis autem in ejusmodi absolutione interpretativa, hæc erit, ut si contra quem fuit perjurium oppositum, compareat coram Judice Ecclesiastico competente, vel ratione originis, vel domicilii; vel credit. opponentis, vel loci contractus, aut loci, ubi lis vertitur, & idem narrando factum cum rationabili caussa ab incursu perjurii excusante, instabit declarari perjurium non fuisse incursum, & pro uberi cautela habilitari jurantem ad effectum agendi coram Judice laico.

Qua petitione porrecta citabitur creditor, qui opposuit dictam perjurii exceptionem ad dicendum adversus petita.

Si enim non opponeret, ut talis exceptio, censeretur perjurium a creditore remissum, & propterea non indigeret absolutione [illegible] perjurioris [illegible].

Postea dabitur terminus [illegible], & receptis ambarum partium probationibus fiet decretum non constare de perjurio, & propterea habilitabit [illegible] torem ad finem agendi, imposita ei salutari pœnitentia ob caussam [illegible] propria auctoritate [illegible] mentr[illegible] ob cujus [illegible] non debebat agere, quin prius obtinuisset habilitationem in foro.

Et hæc est [illegible] ab Ep[illegible] *d. c. 25. p. 4. relata per* [illegible] *de [illegible] Jur. a jurame. cap. 8.* [illegible] *16. num. 22.* ubi [illegible] tradit formulam decreti tenoris, v3.

42 *Formul. habilitat. perjurii interpretativa.*

Reverendissime [illegible] N. [illegible] auditis, &c. [illegible] caussis [illegible] per N. [illegible] oppositum [illegible] N. & [illegible] onem minime [illegible] poenitentiam, ex quo [illegible] manu N. N. [illegible] N. & dictum N. in actis [illegible] & [illegible] vit et m[illegible] N. [illegible] instrumento [illegible] agendi, & de suis juribus ex[illegible] contractum remanente [illegible] contractum suo esse, etiam quoad vim juramenti, & ita, &c. omni meliori, &c.

Notandum [illegible] necessariam [illegible] *contractus* [illegible], quia Episcopus non habet potestatem concedendi veram absolutionem, per quam solvitur con[illegible] & omnis nexus juramenti, cum ea sola Papæ [illegible] vata, sed Episcopus potest [illegible] interpretativam [illegible] declarare ab incursu perjuratus, & sic declaratum [illegible] bilitare, ut agat ad præsidium veritatis, salvis [illegible] bus contractus & juramenti in ex[illegible] caussæ, juxta regulam superius [illegible].

43 Remanet pro fine hujus [illegible] explanationem ut Tyrones sciant caussas a perjurio excusantes, quæ ultra [illegible] superius per nos [illegible] summatim traduntur ab ipso Episcopo [illegible] ubi supra & sunt, [illegible]

P[illegible] excusat, ut *Afflict. in* [illegible]

[illegible] possibilitas, sive sit juris, sive facti, *cap.* [illegible] *n. 6.*

[illegible] adimplendi promissum, *cap. brevi* [illegible], ibi: *nisi difficultas* [illegible] *jur. jur.*, ibi: [illegible] *juxta cansam* [illegible]

N[illegible] tas, ut *in cap. querelam eod. tit.*

V[illegible] tata, *cap. si vero de jurejurand.*

Recursus, vel Authoritas Principis, [illegible] *de jur. jur. Rota dec. 26.* apud del B[illegible]

Nova caussa superveniens, quæ [illegible] ligitur manentibus rebus in eodem statu, *c.* [illegible] *ad nostram il 3.* ubi [illegible] *jur. jur.*

Detectus impedimentum [illegible] promissam, quia ex sui parte, alter non implevit promissum, *c. 3. de jur. jur.*

Dignitas superveniens [illegible] perjurii excusat, ut qui aliquid promisit ante [illegible] quod officium non tenetur post electionem promissa servare, ne fiat præjudicium liberali dignitati, *Suarez de relig. tom.* [illegible] *de juram.* [illegible] *10.*

Et quælibet alia probabilis caussa a perjurio excusat, & in dubio semper pro Reo pro[illegible] nde a[illegible] dum est, *Genuens. cap. 8. num. 8. Ventr[illegible] in prax. annot. 41. num. 17. Tuf.* [illegible] *Juramentum concl. 41. num. 33.*

44 *Formula habilitationis a juramento ad finem agendi.*

Illustrissimo, e Reverendissimo Signore.

T. di T. della Terra T. umilmente [illegible] Il[illegible] lustrissima, come si trova fatto [illegible] rinunciò all'eredità del quondam T. a benefi[illegible] N. di N. mediante istrumento [illegible] tale Notajo con giuramento [illegible] Intendendo perciò ricuperare qualche di ragione gli spetta, non ostante det[illegible] quatenus opus est, far dichiarare nullo, per [illegible] se dedicende in giudizio, [illegible] Il. S. Illustrissima assolvero da tutti, e [illegible] giuramento al detto con[illegible] to [illegible] non petendo absolutionem del giuramenti [illegible] non servila [illegible] acciocchè possa ager[illegible] timore di spergiurare, per la [illegible] ne de fue notorie ragioni [illegible] Deus.

Quoniam juramenta non debent esse vinculum iniquitatis, sed justitiæ, & veritatis [illegible] relaxamus juramentum, & juramentum in [illegible] mentionato instrumento, præstitum, & [illegible] etiam si fuerint de non petenda [illegible] observata non [illegible] ipsumque Oratorem [illegible] habilitamus ad finem tantum agendi [illegible] bus experiendi, citra [illegible] dummodo orator ipse non sit ex hac [illegible] turus. Datum in T. Terra, die, &c.

T. Episcopus.

[illegible] Primo.

Si in instrumento [illegible] esse al[illegible] tis ætatis, cum re[illegible] fuerit minor, debet in specie

cie hoc narrare in supplicatis.

Item si in fine contractus, ut sæpius solent Notarii, fuerit juratus, omnia in dicto instrumento contenta fuisse vera, &c.cum aliis amplissimis clausulis, debet specificè petere absolutionem a dicto juramento, quia dicens esse simulatum, vel aliter contra contenta in dicto instrumento, venit contra dictum juramentum.

Et tot absolutiones requiruntur, quot sunt juramenta, vel capita, ut supra diximus.

Et tutius erit cum supplici libello præsentare quoque instrumentum, ut Judex Ecclesiasticus dicat in decreto.

Viso supplici libello, visoque instrumento præsentato per T.Principalem, vel per T.Procuratorem cum speciali mandato, quia tunc refertur habilitatio ad omnia juramenta in dicto instrumento præstita, ita post *Ricc.par.3.resol.*300.concludit *Morell.obser.9.nu.3.obs.ult.num.*11.

45 *Formula absolutionis ad stylum Curiæ Archiep. Neapol.*

Joannes Andreas Siliquinus U.J.D.S.T. Prot.Apost. Eminen. & Reverendiss.Domini D.Jacobi tit.SS.Petri, & Marcellini S.R.E. Præsbyteris Cardinalis Cantelmi, Archiepiscopi Neapolitani in spiritualibus, & temporalibus Vicarius, & Officialis Generalis. Noverint Universi, & singuli, qualiter infrascripta die fuit coram nobis exhibitum, & præsentatum memoriale tenoris sequentis v3.Illustrissimo, e Reverendissimo Signore: Margarita, Caterina, e Faustina Petrone della Terra di Laurino umilmente espongono a U.S.Illustrissima, come essendo morto il R. D.Francesco Petrone, la dicui eredità ha spettato, e spetta ad esse supplicanti, sono state indotte a fare diverse procure, e scritture, per domandare nella G.C.della Vicaria il Preambolo, e ricuperare li beni ereditarj, ed esiggere, senza esserle state volgarizzato, nè esplicato il tenor di esse che per essere povere femine si trovano ingannate non solo nelle porzioni di detta eredità, ma nella vendita d'alcuni Arrendamenti, si trovano venduti Capitali, e si sono fatte transazioni, e quietanze, cessioni, ed altre scritture pregiudiziali a beneficio così de'Procuratori, che l'hanno ingannate, come d'altre persone con grandissima lesione di esse supplicanti; Intendendo perciò ricuperare quello che di ragione loro spetta, non ostante dette procure, ed altri istromenti, che appariscono fatti, e quelli quatenus opus sit, far dichiarar nullí, per le cause deducende in giudizio, Supplicano U. S, Illustriss. assolverle da tutti, e qualsivogliano giuramenti in dette procure, istrumenti di vendite, ratifiche, quietanze, cessioni, & altri contratti, che apparissero, e dalli giuramenti *de non petendo absolutionem, nec literas impetrando, & illis obtentis non utendo*, acciocchè possano agere in giudizio senza timore di spergiurare per la consecuzione delle loro notorie ragioni, ut Deus. Post cujus originalem præinserti memorialis præsentationem, & receptionem, ordinaria, qua nos in his fungimur authoritate, omnibusque melioribus modo, via, jure, & forma nobis a jure permissis, suprascriptas supplicantes a juramentis omnibus, & quibuscumque, ac etiam a juramentis forsan de non petenda habilitatione a juramentis in mentionatis contractibus per ipsos præstitis, & expressis ad finem agendi, & de eorum Juribus experiendi habilitandas duximus, prout præsentium tenore habilitamus, dummodo non sint perjuræ, aut in perjurium incursæ, in quorum fidem, &c. Datum Neap.ex Palatio Archiepiscopali hac die octava Martii millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, &c.

Joannes Andreas Siliquinus Vic.Gen.

Andreas Bottone per C.Act. Mag.

Adest Sigillum.

CAP. LXXII.

De Exceptione fuisse executum in bonis alienis.

SUMMARIUM.

Exceptio, fuisse executum in bonis alienis quando facit supersedere, & quando non? num.1.

Et quando res est alteri pignorata, proceditur ad vendendum, præstita cautione, ut de pretio satisfiat primo loco illi, qui tenet rem pignoratam, num.2.

Exceptio prædicta locum non habet in bonis existentibus in domo, ubi fit executio pro pensione domus, n.3.

Formula decreti super dicta exceptione, num.4.

Hæreditariis bonis executis impeditur exceptio per oppositionem, quod sunt propria ipsius hæredis materna, vel donata, vel legata, vel aliunde, & datur formula decreti, num.5.

1 Exceptio itaque fuisse executum in bonis alienis facit supersedere, quando non adsunt alia bona, quæ capi possunt. Aliàs si adsint alia bona, quæ sine controversia capi possint, illa capiuntur, & illa cum controversia dimittuntur, *Muscat.par.3.glos.servata num.*48.

Sed si alia bona quoque essent sub aliquo dubio, & non constaret notoriè illa esse sine controversia; tunc Judex judicabit, si, vel ne sint dimittenda bona executa sub controversia, quod prætendantur aliena, *Muscatel.*ubi supra ex *Castrens.*ibi.

2 Et quando executio fit in re alteri pignorata; tunc quia proprietas spectat ad debitorem condemnatum, non erit supersedendum, sed proceditur in executione absque præjudicio opponentis. Et compellitur qui tenet rem pignoratam ostendere, & petere, ut vendatur, præstita cautione idonea, quod de pretio primo loco sibi satisfiat; *Muscat.*ubi supra *nu.*49.

3 Hæc exceptio fuisse executum in bonis alienis, locum non habet in bonis invectis in domo, ubi executio fieret pro pensione illius domus, concurrentibus requisitis *in decis.Afflict.*184.ut *Muscatel.* ubi supra *num.*52.

4 Et formula decreti habetur apud *Dom. Ros.in praxi decret.S.C.cap.4. fol.*511.*num.*15.Capiatur summaria informatio super opposita exceptione fuisse executum in bonis alienis.

Quæ formula orta est ex *text. in l. a Divo Pio §. si super rebus, D.de Judic.*Ibi: *si super rebus, quæ pignoris jure captæ sunt, controversia fiat, &c.* & inferius. ibi: *sed sciendum est, summatim eos cognoscere debere.*

5 Potest quoque debitor condemnatus, uti hæres, contra quem expediri debet executorium, ut executus in bonis hæreditariis, opponere, quod bona executa sunt propria ei obventa ex dotibus maternis; vel ab hæreditate paterna, vel donatione, vel legati, aut aliunde; Tunc formula decreti erit, *capiatur summaria informatio, requisito creditore,* & tunc uterque potest testes producere, quia terminus semper est communis utrique parti, *De Rosa* ubi supra *num.*25.*fol.*115.

CAP. LXXIII.

De Exceptione discussionis rei specialiter obligatæ.

SUMMARIUM.

Hypotheca specialis regulariter non impedit usum generalis, de æquitate tamen moderatur hæc generalitas, num.1.

Clausula ut specialitas generalitati non deroget, vel clau-

su-

ʃula , quod poʃʃit variari , vel clauʃula , quod una via electa , altera non tollatur , facit ceʃʃare æquitatem , cum ampliationibus , & limitationibus, num.2.

Hypotheca generalis comprehendit bona præʃentia , & futura, num.3.

Uxor non agit contra tertium poʃʃeʃʃorem , niʃi excuʃʃis prius bonis viri , tam mortuo viro , quam viro vivo, num.4.

1 HYpotheca ʃpecialis regulariter non impedit uʃum generalis ; nam creditori datur electio adverʃus quam rem ʃpecialiter , vel generaliter obligatam velit ʃuas dirigere actiones , ut apud *Papin. in l. qui generaliter 2. ff. qui potiores in pign. & Modeʃtin. in l. creditoris 8. ff. de diʃtract. pign.*

Tamen de æquitate *l.2.C.de pignor.* moderatur hæc generalitas, ut habens ʃpecialem , & generalem hypothecam , non poʃʃit in præjudicium poʃterioris creditoris ad generalem recurrere , ʃi ʃpecialis ʃibi ʃufficiat:

Limitatur tamen concluʃio *dictæ l.2.* pluribus modis .

2 Primo , quando in contractu illo eʃʃet clauʃula , *ut ʃpecialitas generalitati non deroget*, quia tunc liberum remanet creditori capere res ʃibi generaliter obligatas , omiʃʃa ʃpeciali ; *De Franch.dec.5. Trentacinq.tit. de pignor.reʃol.5.nu.6.Staib.reʃol.70.nu.10. & reʃolut. 121.nu.14.Gait.de credit.cap.4.q.7.nu.806.*

Et clauʃula , *quod poʃʃit variari de bonis , ad alia bona , & de bonis ad perʃonam* , æquiparatur dictæ clauʃulæ , ʃcilicet , *quod generalitas ʃpecialitati non deroget* , & propterea facit quoque ceʃʃare diʃpoʃitionem *d.l.2. Caʃtil. deciʃ.Sicil.98. num.2.* quem ʃequitur *Staib.reʃol.91.num.27.*

Et clauʃula , *quod una via electa , alia non tollatur*, ʃimiliter æquiparatur dictæ clauʃulæ, *quod ʃpecialitas, generalitati non deroget* ; Adeo quod ex clauʃula , *una via electa* , excuʃʃio tollitur , & creditor poterit eligere viam generalis hypothecæ , omiʃʃa ʃpeciali , idem *Staiban. d. reʃol.71.num.21.* per *Tex. in §.ad hoc Auth.de litigioʃ.* ex doctrina *Theʃ.deciʃ.51.num.5. & Soccino*, & aliis ibi.

Imo ampliant DD. ut in inʃtrumento licet non legatur clauʃula prædicta , *quod generalis hypotheca non deroget ʃpeciali , nec è contra* . attamen quia in Regno noʃtro a Notariis paʃʃim adhiberi ʃolita eʃt , ut teʃtatur *Crivellus deciʃ.79.nu.6. & Rodriguez de privil.cred.p.2.art.1. num.5.* & alii relati per doctiʃs. *Reg. Petr.rit.288.num.124.*

Cenʃetur appoʃita: Notarius enim cenʃetur rogatus de apponendo in inʃtrumēto omnes clauʃulas cōʃuetas apponi, ut perbellè concludit *d.Reg.Pet.* ubi ʃup.*n.*125.

Secundo limitatur , quando penès ipʃummet debitorem reperiuntur bona , tunc liberum eʃt etiam creditori capere res ʃibi generaliter obligatas , omiʃʃa ʃpeciali . Illa enim æquitas *l.2. C.hoc tit.* non ʃuffragatur ipʃimet debitori ; nam ceʃʃat præjudicium, de quo ʃupra , *Covar.3.var.reʃol.num.2.Trentacinq.lib.3.var. tit.de pignor.reʃol.5.num.8.*

Et ita intelligendus eʃt *Manʃ. ampl.6. num.63.* ubi dicit *Pragm. de Aʃʃiʃt.* haberi locum , quoad excuʃʃionem contra principalem, non autem contra tertium.

Tertio limitatur diʃpoʃitio *d. l.2.* quando juʃta cauʃa adfuerit omittendi ʃpecialem ; Veluti ʃi res obligata apud perʃonas potentes reperiatur , vel apud ʃanguine conjunctum, aut vinculo amicitiæ adʃtrictum, cum quibus ʃibi non expediat litem habere.

His itaque , & ʃimilibus caʃibus , qui judicantis arbitrio remittuntur , non impeditur uʃus generalis hypothecæ, per ʃpecialem; & hoc

Quia diʃpoʃitio *d.l.2.* eʃt fundata ʃuper æquitate , & æquum non eʃʃet , quem privari fructu ʃuæ prudentiæ , ex qua non aliam ob cauʃam generalis fuit adjuncta , niʃi quia accidere ʃolet , ut ʃpeciali uti non expediret , ita *Molina de primogen. lib.4. cap.7.n.30. Merend.lib.23.contr.37.in princ.*

Et eʃt celebris *Gloʃ.in l.2.ff.qui ʃatiʃdare cogantur*, quod ʃi principalis ʃit difficilis acceʃʃus , fidejuʃʃor prius conveniri poteʃt , & præpoʃteratur ordo juris , ut celeberrimè annuit *Dom. ʃpect. Reg. Petra rit.288. n.135.* ex doctrina *Pyrri Englebermei ad Conʃuetudines Aurelianas tit.de feudis cap.12.in fin. fol.92.*

Et ubicunque debitor ceʃʃus non facilè conveniri poteʃt , & excuʃʃio contra eum difficilis ʃit , neceʃʃaria non eʃt excuʃʃio , *Staib.reʃol.67.num.24.* ex *Perrinch. de fidejuʃ.cap.27.p.1.n.273.*

Tanto magis ʃi conʃtat , debitorem ceʃʃum eʃʃe decoctum , tunc nulla requiritur excuʃʃio , *Staib. d. reʃol.67. num.26.* qui *num.* 30. ʃubiungit , quod judex ʃummariè , & extrajudicialiter poterit ʃe informare , & ʃi comperiat eʃʃe decoctum, poterit procedere contra cedentem , etiam quod eʃʃet obligatus in ʃubʃidium, *Maʃtril.dec.109.Caʃtil.dec.17.Surd.dec.44.*

Quarto limitatur diʃpoʃitio *d.l.2.* ut non habeat locum in contractu guarantigiato , ʃeu in forma Cameræ , quæ in Regno ʃunt inʃtrumenta publica, quod procedit in quocumque inʃtrumento habente executionem paratam , ut eʃt in Regno noʃtro , & ita teʃtatur ʃervari *Staiband.reʃol.71.num.13.* ubi ita deciʃum refert per *Rotam Romanam* poʃt *Caʃtil. dec.98.n.3.Tuʃc. concl.117. v. hypotheca vol.4. nu.13.* ubi advertit, quod licet *Surd.in dec.44.n.18.* dicat, duram hanc concluʃionem aliquibus videri ;

Tamen idem *Surdus* eam confirmat , *& in conʃ. 513.* poʃt *d.dec.* confecto *num.20.* dictam limitationem admittit, & eam approbat *D.Reg.Petr. rit.288.n.134. Prat.obʃ.29.n.13.Andreol.contr.156.n.27.*

Quinto limitatur diʃpoʃitio *d.l.2.* ut non procedat, ubi agitur ʃummariè, de plano , & ʃola facti veritate inʃpecta, ut in Regno noʃtro vigore *Reg.Prag. Diʃpendia litium*, ut fundat *Staib.d.reʃol.67.nu.27. & reʃol. 71.n.14.* ex traditis per *Caʃtil.dec.97.nu.4. & Graʃʃ.de except.excep.10.n.49. Prat.obʃ.29.n.86. Maʃtril.deciʃ. 110.p.2.* & latius diximus ʃupra. Hic nota.

Licet hæc opinio non placeat *Dom. Conʃ. Altim.in rub.13.de nullit.qu.19.num.20.* & rationem aʃʃignat, quia ubi proceditur de bono , & æquo , facilius debet admitti excuʃʃio , quæ de æquitate fuit introducta, *& in deciʃ.de Franch.270.* Sacr.Conʃ.admittit excuʃʃionem contra mulierem pro dote agentem in hypotheca tacita, *& Tap.dec.19.*

Sexto limitatur diʃpoʃitio *d. l. 2.* ut non habeat locum ad beneficium ʃecundi creditoris , cui non eʃt ʃpecialiter hypothecatum , nec ipʃe poʃʃidet pignus ; nam ratio æquitatis , quæ legiʃlatorem movit , fuit , ne liceat creditori anteriori poʃteriorem moleʃtare in pignore eidem poʃteriori ʃpecialiter hypothecato, vel pignus poʃʃidenti , ʃi c[illegible]um ʃit priorem creditorem poʃʃe ʃatisfieri ʃuper [illegible] re dicto priori creditori ʃpecialiter hypothecat[illegible]t ex verbis *d. l.* firmat *Conʃil. Petra d.rit.288.num.128.* ex *Cujac.in comment.ad d. l.lit.D.Faber deʃ.27.*

Unde colligitur, quod tunc ʃecundus creditor non poterit opponere dictam exceptionem , quando nec pignus poʃʃidet , nec illud eʃt ei ʃpecialiter hypothecatum, ʃed uterque ejuʃdem pignoris ʃimplicem, & ʃolam habet generalem hypothecam.

Septimo limitatur *d. l. 2. C. de pignorib.* quando quis, licet poʃʃideat rem generaliter obligatam, tamen non habet creditum , ʃeu obligationem in bonis poʃʃeʃʃis , tunc non poteʃt opponere contra agentem, ut prius agat ʃuper re ei ʃpecialiter obligatæ, antequam deveniat ad bona generaliter obligata , *Staib.obʃerv. 71.n.1.* ex *Covar.reʃol.lib.3.cap.18.nu.2. Grat.diʃcept. 342.n.17.lib.2.* utrumque enim debet habere , creditum, & hypothecam, ut ibi.

Octavo limitatur diʃpoʃitio *d.l.2.* ut procedat in credi-

ditore, cui prius specialis hypotheca, & postmodum generalis fuerit constituta, ut ex verbis ejusdem *Legis* colligitur. Secus ubi prius apposita fuerit generalis hypotheca, & postmodum specialis, nam ex speciali primo apposita videtur addita generalis conditionalis, & subsidiaria, *si & quatenus ex speciali prius apposita non possit satisfieri*; Quando vero præcessit generalis, non potest censeri apposita sub conditione, & in subsidium, & in defectum specialis, sed censetur superaddita specialis ad majorem commodum creditoris, quod non debet retorqueri in ejus damnum, ut *d.Petra rit.288.nu.129.*

Nono limitatur dispositio *d.l.2.* in casu quo quis solus possideat utrumque pignus tam speciale, quam generale; Nam dicta lex loquitur, quando diversæ personæ possident, ut si una possidet pignus speciale, & altera possidet generale, tunc possidenti generale competit exceptio, ut prius agatur super speciale, secus ubi unus possidet utrumque, quia tunc non debet excuti prius pignus speciale existens penes eundem, qui possidet generale, *Staib.d.observ.71.nu.4.ex Ossc.dec.159.n.4.Andreol.contr.187.n.12.*

Decimo limitatur, ut excussionis exceptio, sive discussionis, aut ordinis, tunc non potest per tertium possessorem opponi, quando obligatio continet constitutum, & precarium, ut ex verbis *dicta Pragmatica prima de assistentia*, ut superius dixi, quod intellige vivente principali, secus eo mortuo, de quo vide superius.

3 Hinc fit conclusio, quod hypotheca regulariter comprehendit omnia bona præsentia, & futura debitoris, secus vero si creditor habuerit specialem hypothecam tantum super una re, *Carrab. sing.9.Vivius*, & alii *DD.in com.op.u.tit.de pignor.& hyp.cap.1.tit. de contract. fol.38.*

4 Uxor pro dote non agit contra tertium possessorem, nisi excussis prius bonis viri, etiam si sit ad dictum tertium alienata cum ejus consensu jurato, & renunciatione hypothecæ, & tam mortuo viro pro recuperanda dote, quam vivo viro vergente ad inopiam, *Gallup.p.2.c.9.n.56.Giozar.dec.1.n.42.*

Intellige, si opponatur exceptio discussionis.

C A P. LXXIV.

De Exceptione discussionis principalis.

S U M M A R I U M.

Exceptio discussionis, sive ordinis, tunc habet locum, cum illa opponatur, alias acta erunt valida, num.1.

Discussionis, sive ordinis exceptio in qua parte judicii opponi debeat? tres referuntur opiniones, & conciliantur, num.2.

Excussionis, sive discussionis exceptione opposita statim sunt ligatæ manus Judicis, num.3.

Exceptio prædicta, quando per tertium possessorem opponi non potest, num.4.

Clausula constituti parit effectum, ut creditor possit agere contra tertium, principali non discusso, & contra bona generaliter obligata absque discussione specialis, num.5.

Excussionis exceptio, tunc prohibetur opponi, quando principalis debitor est vivus, & afferuntur decisiones, num.6.

Excussionis exceptio non habet locum, quando proceditur executive, vigore pacti de ingrediendo, num.7.

Excussionis, sive ordinis exceptio in contractu censuali non admittitur, cum agatur judicio assistentiæ. In aliis vero admittitur, si opponatur ante contestationem, num.8.

Prag.1.de assistent.declaratur, num.9.

Discussionis exceptio, sive ordinis in Regno non impedit processum, & datur praxis procedendi, num.10.

Fidejussor non juvatur dicta exceptione discussionis, sive ordinis, quando notorium est principalem non esse solvendo, num.11.

Cautela datur, ut unico judicio agatur contra principalem, & fidejussorem, num.12.

Excussionis, sive ordinis exceptio non facile admittitur in fidejussoribus, & mercatoribus, & datur cautela, num.13.

Excussionis exceptio competit tertiis possessoribus cedentibus, num.14.

Excussionis exceptio competit possessori bonorum in genere obligatorum contra possessorem rei specialiter obligatæ, si adest clausula, & e contra, num.15.

1 EXceptio discussionis, sivè ordinis, tunc locum habet, cum illa opponitur, & ea non opposita acta contra fidejussorem sivè constituentem, sivè tertium possessorem hypothecariè conventum juridica sunt; ita *de Marin.lib.2.resol.cap.26.num.8.* ex *Cyn. & Specul. & Cappell. Tholosan. decis.81. Guid.Pap.decis.94. num.3.& decis.432.nu.9.& Jason in §.iterum si quis, num.81.instit.de action.*

2 Exceptio ordinis, seu discussionis, quando, idest in qua parte judicii opponi possit, de hoc duæ reperiuntur sententiæ inter se invicem repugnantes, & reperitur tertia sententia, quæ in nihilo recepta est.

Prima est existimantium, dilatoriam esse exceptionem, quæ de jure ante litem contestatam opponi debet; *l.ita demum C.de procur.* & proinde, si post litem contestatam opponatur, de ea ratio aliqua haberi non potest, ita *Jacob.de Arat.Cyn.Bald.& Salycet.in l.except.C.de probat. Bald.& Bart.in l.probatum C.de sentent.& interl. omnium Jud. in auth. hoc si debitor C.de pignoribus, & in l.2. ff. de except. Guid. Pap. & Franch.in addit.decis.94.& 570.num.60.* & alii relati per *Reg.de Marin.lib.2.res.cap.26. num.9. Alex. cons.33.num.2.vol.4.Gallup.par.2.c.8.nu.3. Borrell.in sum. dec.tit.48.de except.n.139.Gabriel.concl.1.tit.de fidejuss. num.12. & 59. lib.3.* Hanc opinionem approbat *Motil.de grad.cit.num.196.* & latè *Staib.resolut.71.n.3.Muscat.lib.1.par.3.glos.in similes num.9.& in prax. fidejus.par.2.qu.10.num.35.*

Secunda sententia est, quod exceptio hæc excussionis anomala sit, quæ in quacumque judicii parte opponi possit, juxta *glos.magnam* communiter receptam *in l.exceptionem la 1. ff.de except.Signorol.cons. 150. col.prima, vers.item, & si in vim peremptoria, Anna cons.60.Corn.cons.35.col.1.vol.4.* ubi dicit posse opponi etiam post sententiam, *Calcan. cons.29.num. 12.Cravet.cons.263.num.5.Purpur.cons.277.a num.2. vol.1.Cost.1 cons.47.Gabr.tit.de fidejuss. conclus.prima num.9. & Ferrar.* aliis infinitis omissis *in dicta addit. ad Guid.Pap. decis.94.* ita hæc omnia supradicta concludit *de Marin.*ubi sup.*lib.2.resol.cap.26. nu.ult.*

Tertia sententia est *Par. & Guid. Pap.* tenentium hanc exceptionem esse peremptoriam, quæ communiter reprobatur, ut annuit *Staib. d.resol.71.num.4.*

Sed tam tertia, quam secunda sententia mihi non arridet, & in Regno non est recepta ad evitandos frustratorios circuitus litis, & sola veritate inspecta de plano proceditur, rejectis exceptionibus respicientibus ordinem, prout neque locum habet hæc exceptio in gradu appellationis, *DD.in l.ita demum C.de Procuratorib.Gabriel.*ubi supra, *Guid.Pap. dec.94.Motil. de grad.cit.n.197.* & latius dicimus inferius.

Sed mihi placet conciliatio harum opinionum facta a *Caroc.qu.4.num.3. de excussionibus bonorum part.3.* nempe, quod exceptio discussionis sit duplex, una, quæ ex legis dispositione venit, quæ competit fidejussori, & similibus, & hæc est dilatoria, & debet ante contestationem opponi; & ita procedit prima opinio.

Altera est, quæ venit non ex legis dispositione, sed ex conventione, ut in fidejussiore indemnitatis, de judi-

cio

cio fisti, & similibus conditionaliter obligatis, & procedit secunda opinio, quia isti poterunt opponere, etiam post sententiam, quo tempore est purificata conditio, ita per *Dom. Cons. Altim. in rubrica 23. de nullit. sentent.qu.29.num.62.*

3 Excussionis exceptione opposita statim sunt ligatæ manus Judicis in caussa principali, donec super ea jam fuerit decisum, *l. fin.C.de except.Gallap. part.2.cap.8.num.2.*

Et pendente cognitione super ea, non currit instantia, *Gallap.* ubi supra.

4 Excussionis exceptio, sive discussionis, aut ordinis tunc non potest per tertium possessorem opponi, quando obligatio continet constitutum, & precarium, ut ex verbis supradictis *pragmaticæ primæ de assistentia, & de jure com.* est notum in vulgata *l. fin. C. de acquir. possess.* & si in obligatione deest clausula constituti, & precarii, tunc creditor non potest hypotecaria actione adversus tertium possessorem agere, principali debitore prius non discusso, per *tex. in vulg.auth. sed hodie C.de action.& obligat.& in auth.hoc si debitor C.de pignoribus, de Marin. lib.2.resol. 62.num.1.*

5 Et clausula constituti tantæ est efficaciæ, ut creditor possit agere non solum contra tertium possessorem, principali non discusso, sed etiam quando agitur inter duos creditores ad bona generaliter obligata, nulla prius facta excussione rei specialiter obligatæ; *Staiban. resolut.71.nu.17.* ex doctrina *Paris.cons. 103.num.8.vol.3.Cravet.cons.892.num.4. Surd. decis. 44. num.* 12. quod licet non acquievit ex rationibus hæsitandi ab eo allatis, illis tamen satisfecit *Merlin. qu.21.num.30.* quem sequitur, & probat *Dom. Consil. Petra rit.288.num.135.*

6 Excussionis exceptio, sive discussionis tunc prohibetur opponi per Pragmaticas, & conclusiones supee allatas, quando principalis debitor est vivus, secus eo demortuo; tunc enim nullo modo poterit creditor adversus tertium possessorem agere, hærede principalis debitoris prius non discusso.

Et ratio assignatur, quia constitutum, & precarium per constitutarii mortem extinguitur, ut *in l. cum precaria §. precarii ff. de precariis, cap. fin. extra eodem*, ita *de Marin.lib.2.resol.62. num.3 & observat. 567. ad Revert.* dicens, quod sic sane pro limitatione *dict.l.fin. C.de acquirend. possessione* scripserunt *Romanus cons.169.in fine*, ubi *Mandos.& addent. Jason in §. item si quis num.77. instit.de action. Corneus cons.19. num.5.lib.1.Ruinus cons 125. num 8.lib.5.Gonad.cons. 42.nu.4.& 16.Gratian.cons.67. Alciat. in l.quod meus col.2.in princ.de acq.possess. Negusan. de pignor. primo membro sexta part.num.36. vers.add., Scopp.ad Gratian.dec.25.num.30.& Dom.Cons.Altimar.in rub.15. de nullit.qu.19.num.71.*

Et ex nostratibus pro limitatione *dicta Regia Pragmatica prima de assistentia*, affirmorum *Gramm.in eadem pragm.num.1 & 2. Mart.tract.de remedio possessorio num.61.Trentacinq.cons.33.lib.1.* quem omnino vide, *Vivius decis. 11. nu.7. Rovit.in eadem prag. num.40.Barb.de assistentia glos.7.num.57.* in novissimis adde *Moril.in sua Prax. tit.de gradu cit. num.11. fol. 14. Rodoer. cons.29. num. 39. & in fin.* refert in Sacro Consilio conventum fuisse absolutum ab observatione judicii, *de Luc.ad Reg.de Marin.meliorat.72.tom. 2.num 7.in fine.*

Nota, quod *Gait.de Credit.cap.4.qu.7. ex nu.776.* præsertim ex *num. 783.* auctoritatem *Reg. de Marin.* tradit procedi de jure, non autem in praxi.

Sed quidquid *Gait.* & alii dicant, ego vidi novissimè decisum per M.C.Vic.ad relationem illius doctissimi viri D. Francisci Marciani tunc Judicis, post Reg. Cons.& demum Reg.sub die 28.Maii 1681.esse præstandam assistentiam ad finem vendendi, vel adjudicandi bona super secunda, & tertia rubrica, quæ erant bona possessa per hæredes principalis debitoris pro nunc, & cum debitor petiisset præstari assistentiam etiam super prima rubrica, quæ erat res possessa per tertium possessorem, & erat specialiter obligata, fuit provisum, quod appretio facto bonorum, super quibus fuit præstita assistentia, providebitur.

Quod decretum fuit 29.Novembris 1684.in gradu appellationis per S.C.confirmatum.

Et sic fuit canonizata auctoritas *Reg. de Marinis*, quod sit necessaria discussio, mortuo principali. Processus est in Banco Magnifici Francisci de Rugerio in titulo pro Paladino, & aliis de Mandia cum Vespasiano, & aliis de Alfano, me patrocinante pro Monte illorum de Pica Civitatis Montis Corvini tertio possessore cujusdam Territorii.

7 Exceptio excussionis non habet locum, quando proceditur vigore pacti executivi de ingrediendo bona propria authoritate contra tertium, quia tunc reiicitur, ut ex pluribus adductis firmat *Menoch. de adipiscend possess.remed.5.num.143.& Mansou.* ubi supra *num.64.*

8 Exceptio discussionis principalis in censuali non admittitur, sed dicta exceptione non obstante debet procedi ad ulteriora contra tertium possessorem, dummodo agatur hypothecaria Salviano interdicto, idest judicio assistentiæ.ut *in prag.de censib.n.10.*

In aliis vero exceptio excussionis principalis est admittenda, dummodo opponatur ante litem contestatam, cum sit dilatoria, *Ric.coll.1679. Guidon.Papa decis.570.de Franch.decis.587.Carocc.de executione part. 3. qu. 4.* Et quod non admittatur excussio, quando agitur contra possessorem rei censitæ, *Guid. Papa dec.42. Felician.de censibus lib. 3. cap.4. num.9. Gratian.decis.141.num.5. Surd. decis.30. in fine, & cons.162.num.10.*& Alii, quos citat, & sequitur *Consil.Altim.in rub.13.de nullit.qu.18.n.50.*

9 Adde quod *Pragm.1. de assistentia* mandat, ut contra tertium possessorem concedatur executio absque aliqua bonorum discussione contra principalem facta, tam in causa assistentiæ, quam hypothecariæ. Ideo non solum in censuali, sed etiam in aliis dicta exceptio discussionis est reiicienda, & non videtur tuta opinio *Ricc. Guid. Papa*, & aliorum; cum dicta *Pragmat. de Assistent.* loquatur generaliter, ad cujus ornatum est videndus *Tappia de jure Regni lib. 3. in verbo assistentia, Negusant.de pignor.1.membr.8.part. nu.17. Barbat. sup.dicta Pragm.de assistent.glos.10.nu. 4.limit.8.*

Verum nota, quod *dicta Pragmatica de assistent.* procedit tantum in adjudicatione, non autem quando conceditur assistentia ad finem vendendi, nam tunc cum dominium sit transferendum in alium, quam in creditorem, datur discussio, *Pragm.* prædicta non obstante, ita *de Franch. decis.120. nu.6. Muscatel.in prax. fidejussoria moda 18.& lib.2.par.1.glo. 1.a num.131.*

Minus tuta redditur dicta opinio *Ricc. & Guid. Pap.*& aliorum, ut supra, ex alia ratione, quia in Regno etiam est sublata exceptio discussionis, tanquam exceptio ordinis, quia non impedit processum, sed de ea debet haberi ratio in sententia, ut *Constitutia Regni si civiliter agent*, & ibi *Affl.num.9.* quem sequitur *Ursil.ad decis.189.num.2.Troys.*in propriis terminis super *d.Pragmatica prima de assistentia num.2. & Mascatell. par.3.gloss. similes num.9.* & latius in ejus *additione lit.E. & in par.2. num.10. Anna singul.170. Gallap.p.1.cap.9.num.30.Gattierez cons.40. num.20.* & late *Staib.resol.67.num.27.* quem citat, & sequitur *Dom.Petra rit.288.num.124.*& Nos alia diximus hic inferius.

Ideo excussionis exceptione opposita in Regno, stante quod sola veritate inspecta proceditur; Praxis est,

quod

quod Judex extraordinariè sine figura Judicii se infor-
10 met. an principalis sit solvendo, quo reperto non solvendo, cogit fidejussorem, exceptione non obstante, *Gallup.part.2.cap.9. nu.14.* ex *Ludov. decis.Perus.* 45.*nu.*11.*Thesaur.dec.*116.

11 Item quando notorium est principalem non esse solvendo, fidejussor non juvatur dicta exceptione, *Gallup.*ubi supra, *Afflict.decis.*316.*Anna singul.*178. rejecto *Vasquez quæst.* 40.*num.*3. *lib.*1. qui non loquitur, ubi proceditur sola facti veritate inspecta, *Motill. de grad.cit.nu.*197.*Sanfelic.dec.*204.*nu.*11.*tom.*2. & istud notorium, sufficit fuisse allegatum, licet ex processu Judici non sit notorium, *Affl.d.dec.*316.

12 Ideo cautius agitur unico Judicio contra Principalem, & fidejussorem, ut sine novo processu fidejussor condemnetur. Imo opposita hac exceptione, oportet simul compilare tam contra Reum, quam contra Principalem, & eodem judicio facere discussionem utriusque, secundum *Motill.in grad. citat.num.*197.qui allegat *Musc.gl.fidejuss.p.*2.*q.*20.*Negusan.Gabriel,* & alios.

13 Et ratio assignatur, quia in fidejussoribus, & mercatoribus non de facili admittitur hæc exceptio, *Pratus ad Muscat.in prax.fidejuss. par.*2. *qu.*20. *vers. secundum, circa fin.Motil.loc.cit.nu.*196.

Hinc sumo bonam practicam, ut excussio principalis debeat fieri audito fidejussore, vel tertio possessore, ut deinde absque novo processu condemnetur, *Gallup.par.*2.*cap.*8.*num.*11.*& cap.*6.*num.*28. & diximus *in cap.de citat.*

14 Excussionis exceptio competit tertiis possessoribus, & cedentibus, quibus de æquitate conceditur, *Thes. dec.*51.52.*&* 53.*Motil.de grad.cit. nu.*196. etiamsi cedens promiserit exigibilitatem nominis debitoris, *Hediern.controv.*37.*n.*16.*Andreol.contr.*235. qui *num.*8. reprobat *Montan. controv.* 44. *num.* 2. dicentem non competere cedenti, qui promisit exigibilitatem, & cum *Andreol.* consentit *Motil. de grad. cit.nu.*195.*& eod.supra cit.num.*196.ait eam non de facili competere fidejussoribus, & mercatoribus, & similibus.

15 Exceptio discussionis competit tertio possessori bonorum in genere obligatorum contra alium possessorem rei specialiter obligatæ, puta *Prag.* cum insertione *Bullæ Nicolai V.* mandat, censualia habere executionem paratam super bonis specialiter obligatis, absque excussione Principalis. Unde videtur non denegare dictam exceptionem, quando agitur contra bona in genere obligata, & Doctores loquentes contrarium, debent intelligi, tunc non competere dictam exceptionem, quando in instrumento adest clausula, *quod specialis hypotheca non deroget generali, & è contra, &c. de Franch.decis.*5.*Felician.de cens.lib.*3.*cap.*4. Vel quando est clausula, *quod liceat consequi a quolibet detentore bonorum in specie, & in genere obligatorum insolidum.*

C A P. LXXV.

De Exceptione discussionis Inventarii facti.

S U M M A R I U M.

INventarii exceptio competit hæredi, qui solvit primo venienti, & est modificativa, num.1.

Inventarii discussio facta cum uno nocet aliis creditoribus non citatis, nec auditis, num.2.

Inventarii discussionis exceptio si opponatur per hæredem cum beneficio l. & invent. ut non molestetur, quia bona sunt consumpta, debet ostendere inventarium, & instrumentum solutionum, non per testes in judicio executivo. Et si opponit non ut reus, sed ut actor, datur Curator hæreditati jacenti, num.3.

Hæres cum benef. l. & invent. duobus modis potest se defendere ut reus, & ut actor, & declaratur praxis, n.4.

Inventarii discussione pendente, non potest creditor hypothecaria actione agere contra tertium, nu.5.

Inventarii copia ad instantiam creditoris fieri debet expensis hæreditatis, num.6.

Discussio inventarii opposita non potest impedire executionem, sive opponatur intra 20. dies, sive post, n.7.

Pragm.4.de dilat.*circa executionem sententiæ, declaratur,* num.8.

Executio in bonis propriis hæredis, tunc substinetur, cum probatur per hæredem fuisse consumpta bona hæreditaria, num.9.

Hæres cum beneficio l. & invent. tenetur reddere rationem de fructibus perceptis, num.10.

Hæredem se asserens cum beneficio l. & invent. in principio contractus, si in dispositione non dicit se obligari, ut hæres, an remaneat insolidum obligatus, num.11.

Hæres, qui fecit inventarium, licet se obliget nomine proprio, non tenetur ultrà vires hæreditarias, nisi renunciet beneficio quatuor Rotarum, num.12.

Decretum S.C. ad benef. hæredis, cum declaratione dicti decreti, num.13.

Hæres perdit inventarii beneficium, quando compromittit, vel aliter paciscitur, vel quando petit terminum ad deliberandum, num.14.

Inventarium si hæres non fecit, tenetur ultra vires patrimonii, secus si est Ecclesia, num.15.

Inventarium non conficiens mulier, vel minor, admittitur ad illius confectionem per restitutionem in integrum, num.16.

Inventarium non conficiens hæres, tenetur solvere legata pia ultra vires; Nisi testator jusserit illa ex bonis suis solvi, vel legavit centum de pecunia in tali loco, num.17.

Formula discussionis inventarii cum omnibus actis, num.18.

1 INventarii exceptio competens hæredi, qui solvit primo venienti, impedit litis ingressum, *Sanfel. in prax. sect.*46.*num.*14.*fol.*172.ex *Bal. in l.fin.§.& si præfatam C.de jur.delib.in ult.col.de Franch. dec.*272.

2 Inventarii discussio facta cum uno creditore, cæteris creditoribus nocet, & prodest, adhuc non citatis, nec auditis, taliter quod iterata discussio nullatenus facienda sit, ita resolvit *de Marin. tom.*2. *resol. quot. cap.*12.*in fine, de Ponte cons.*71.*lib.*1. *Faber, defin.*1. *C. res inter alios acta.*

3 Exceptio discussionis inventarii opposita per hæredem cum beneficio *l. & inventarii* incontinenti debet probari, si se opponit hæres, tanquam Reus, contendens se non posse molestari, quia bona sunt consumpta pro Creditoribus primo venientibus, & debet ostendere inventarium, & instrumenta solutionum, & non per testes in judicio executivo, ubi breves sunt dilationes, ita *Carleval.lib.*1.*tit.*3.*disput.*25.*num.*4. & quando hæres se opponit non ut Reus, sed ut Actor, tunc datur Curator hæreditati jacenti; nam

4 Hæres cum beneficio *l. & inventarii* duobus modis potest se defendere super bonis pro suis juribus.

Primo, uti reus impediendo executionem, quia bona sunt consumpta in aliis creditoribus primo venientibus, & eo casu debet probare dictam exceptionem incontinenti in judicio executivo.

Secundo, quando non ut reus, sed ut actor opponit virtute actionis non consulæ, & tunc datur Curator hæreditati, cum quo agatur; & in hoc utilius est hæredi venire ut actor, quia facit supersedere viam executivam, & habebit latiorem dilationem probandi, quia fit eodem modo, quo fieret, si viveret defunctus, & duo creditores agerent via executiva, & contenderent de prælatione, quæ tunc transiret in ordinariam, sed si opponit ut reus, ut primo modo dictum est, non facit cessare viam executivam,

quia non datur Curator, qui fungitur vice Rei, & sic arctabit se termino summario viæ executivæ, intra quem si non probaverit exceptionem, succumbet, ita *Carlev. ubi sup. nu. 8.*

5 Exceptio discussionis inventarii potest per Tertium possessorem opponi contra creditorem hæreditarium, qui pendente discussione inventarii non potest hypothecaria actione agere contra Tertium possessorem bonorum sibi obligatorum; ita *de Marin. lib. 1. resol. 50. num. 5.* ex *Anton. Fab. definit. 40. C. de jure delib.*

6 Copiam inventarii tenetur edere, & exhibere hæres cum beneficio *legis, & inventarii*, expensis hæreditatis ad instantiam Creditoris, *Novar. qu. for. 97. p. 2, num. 16.* & allegat ita decisum apud *Thesaur. qu. foren. lib. 1. cap. 10. num. 36. in fin.*

7 Exceptio discussionis inventarii, sive fuerit opposita infra triginta dies post latam sententiam, sive post, impedire non potest litteras executoriales super bonis hæreditariis, quia nulla injuria infertur hæredi inventarii discussionem opponenti, nam in bonis hæreditariis mandatum executivum relaxatur, & exequitur.

8 Nec obstat *Pragm. 4. de dilation. §. 25.* quæ mandat, ut omnes exceptiones etiam modificativæ non possint opponi ad finem impediendi executionem sententiæ elapsis triginta diebus, a die illius notificationis. Nam in dicta *Pragmatica* non legitur, quod non possit exequi sententia S.C. si infra triginta dies a die latæ sententiæ fuerit opposita exceptio discussionis inventarii.

Et licet una opinio DD. teneat exceptionem discussionis inventarii esse modificativam, ut est opinio *Capyc. Latr. decis. 96. num. 3. & Gizz.* ibidem *num. 6. Prat. discept. 25. lib. 2. num. 16. Jo: Dilect. de arte testandi Tit. 11. caut. 9. in fine, Surd. & Hodiern. dec. 33. Balt. Tomasius tract. 7. tit. 20. Scipion. Rovit. in pragm. 4. de dilation. §.* quæ olim erat 77. *de Offic. S. R. C. Mastril. dec. 23.*

Adest opinio contraria, quod non sit modificativa, ut hæc resolvit *de Marin. lib. 2. resol. 163. num.* 1 a. ubi tandem concludit,

Quod de stylo nunquam creditori deneganda sunt literæ executoriales, super bonis hæreditariis principalis debitoris, sive exceptio discussionis inventarii fuerit opposita intra triginta dies post latam sententiam, sive post, *de Marin.* ubi supra.

Hanc praxim tradit quoque *Carleval. d. lib. 1. tit. 3. disput. 13. num. 6.* Quod si incontinenti non ostendat hæres esse consumpta omnia bona hæreditaria, exceptio discussionis inventarii non proderit, Et interloqui solet, ut executio in bonis hæreditariis, ut jam fieri solet, exequatur, exceptione opposita non obstante.

Et licet contrarium videatur tenere *Capyc. Latr. in decis.* 96. & observavit *Gizz.* ibidem *num.* 6. ibi: *impedit decreti executionem, ex traditis per Dominum meum, qui sic decisum refert.* Cum esset opposita dicta exceptio contra decretum in judicio rescissionis contractus censualis fieri solitum, quod conventi solvant tertias, aliàs providebitur super petita rescissione, in anno 1639. fuit per S.C. communi voto decisum, esse procedendum ad discussionem inventarii, & sic per dictam exceptionem fuit impeditum dictum decretum. Non obstante, quod creditor opposuerat, quod dicta exceptio modificativa non impediebat, dum erat opposita post 30. dies, dum *Pragm. 4. de dilation. §. 25.* mandat non admitti, nisi intra 30. dies.

Quia oppositio non fuit admissa, nam *Pragm.* loquitur infra 30. dies a die intimati decreti diffinitivi, sed dicta præcepta non sunt diffinitiva, licet habeant vim diffinitivi, dum proferuntur ad finem decidendi negotium principale rescissionis solvendi tertias infra tot dies, aliàs providebitur super petita rescissione, ergo restat diffiniendum principale judicium rescissionis. Et ideo fuit admissa exceptio discussionis inventarii ad impediendam executionem dicti decreti interlocutorii.

Quasi infertur ex hoc, quod S. C. aliter judicasset, si esset decretum diffinitivum, & sic, quod bene nota, & tunc recedes a praxi supra tradita.

9 Etsi in caussam judicati creditor exequeretur bona propria hæredis, tunc substinetur executio, cum creditor probaret fuisse per hæredem consumpta alia bona hæreditaria ejusdem, vel majoris valoris.

Quo non probato ad venditionem procedi non potest, sed relinquenda sunt; *Carleval. loc. cit. nu. 6.*

De hoc vide *in Cap. de litteris executorialibus*, quæ dico *num. 19. & 20.* ubi datur praxis exequendi in propriis bonis hæredis, exceptione inventarii non obstante.

10 Hæres cum beneficio *l. & inventarii* obligatur, ut administrator rei alienæ, & tenetur reddere rationem de fructibus perceptis, & de illorum interesse, *Rovit. dec. 41. num. 12. & 13.*

11 Si Titius in instrumento, quo venit in conventionem cum aliquo, in exordio, sive in præfatione instrumenti asserat se esse hæredem cum beneficio *l. & inventarii*, & deinde in dispositione, sive promissione, non dicit se obligari, uti hæres cum beneficio *l. & inventarii*, remanet simpliciter obligatus, & tenetur insolidum, ita *Phanuc. de invent. par. 6. nu. 113.* ex *Corneo cons. 31. lib. 3. Aimon. Cravet. cons. 214. num. 7. & Riminald. cons. 584.*

Sed huic conclusioni obstat decisio quatuor Aularum, quæ mandat hæredem cum beneficio *l. & inventarii*, non teneri ultra vires hæreditarias, etiam si se obligasset nomine proprio pro debito hæreditario, nisi expresse renunciaverit beneficio dictæ decisionis quatuor Aularum; & ita in Regno.

Itaque conclusio *Cornei*, & aliorum non est recepta in Regno nostro Neap.

12 Hæres itaque, qui fecit Inventarium, licet se obligasset nomine proprio, & principali, neque tenetur ultra vires hæreditarias, sed gaudet beneficio inventarii in nostro Regno, ubi expresse, & specialiter fuit decisum, & sublatum hoc dubium junctis omnibus S. C. Rotis, *Sanfelic. dec. 212. n. 18. tom. 2,*

Quod decretum est tenoris sequentis.

13 *Die 16. mensis Martii* 1623. *Provisum, & decretum est, hæredem cum beneficio l. & inv. obligatum pro debito defuncti, etiam principali, & proprio nomine, & insolidum, & sub quibusvis aliis clausulis, non teneri ultra vires hæreditarias, nisi expressa, & specialis renunciatio beneficii inventarii prædicti interveniat, cum obligatione satisfaciendi ultra vires hæreditarias. Verum facta discussione inventarii executio fiat etiam in bonis propriis, & de persona, quatenus ad eum pervenit de bonis hæreditariis, hoc suum, &c.* ut apud *Episc. Verde lib. 2. institut. de petit. hæreditat. nu. 1064. fol. 105.*

Ad limitationem tamen dicti decreti generalis quatuor Aularum S. C. unum singulare notatu dignum refert passim in eodem S.C. servari, & pluries fuisse determinatum, *Staib. observat. ad resolut. 16. num. 5. & 21.* quod quando debitum hæreditarium est reformatum in minus ex nova conventione facta cum hærede, tunc dictus hæres non gaudebit beneficio inventarii: Quia hæredis obligatio fuit voluntaria, ut liberationem consequeretur majoris summæ, nam aliàs deceptus remaneret creditor, qui relaxavit partem debiti, habito respectu ad obligationem hæredis, & tunc non agit contra eum immediate in causa hæreditaria, & est punctualis doctrina *Gratiani discept. 264. num. 2. tom. 2.*

Imo

14 Imo hæres cum beneficio *l. & intent.* qui aliquid agit super hæreditaria obligatione, ut puta compromittendo, contrahendo, pacificendo, addendo, vel mutando ex eo aliquid, perdit inventarii beneficium, *Phanuc. de invent. dicta p.6. num.* 110.

Inventarium non juvat hæredi, qui petiit terminum ad deliberandum, juxta formam legis antiquæ, sed inventario facto non obstante tenebitur insolidum creditoribus, quia sibi imputet, quod pro novo beneficio vetus elegerit, ita *de Franch. decis.* 560. *nu.* 7. *& de Luc.* ibi, & *Petr. in ritu* 94. & est text. expressus *in l. fin. §. fin autem in hoc aliquis fecerit C. de jur. delib.* ex quo *tex. de Franch. in num.* 9. dicit ex *Alber. & Oldr. sum.* illud adagium Lombardorum, *che il troppo saper nuoce*, & ego soleo dicere, *che il saper è buono, ma il sopra saper non vale, &c.*

25 Inventarium si hæres non fecit, ideo ultra vires patrimonii tenetur, quia lex præsumit ipsum subtraxisse, & occultasse res hæreditarias, *ad text. in §. sancimus auth. de hæred. & Falcid.* & si constat alia bona in hæreditate non remansisse, nisi ea, quæ ipse afferit, quia forsan patrimonium in immobilibus tantum consistit, tunc cessat dicta legis præsumptio, & proinde hæres non tenetur ultra vires, prout in dote materna decisum refert *de Marin. lib. 2. resol. cap. 1. num.* 3. *Fontanell. tom. 1. de pactis nupt. claus. 4. gloss. 5. nu.* 47. sed vide *de Luca ad Franch. decis.* 536. ubi latè opiniones invicem repugnantes congerit, & demum cum dicto *de Marin.* inclinat.

Inventarium non conficiens Ecclesia, non tenetur ultra vires, *Bart. in l. 1. C. de Sacrof. Eccles. Tiraqu. de privil. piæ causæ privil.* 88. *Puteus decis.* 279. *Reg. Lotr. dec.* 15. *num.* 24. *Giaz.* ibi, *de Franch. decis.* 536. *& de Luca* ibidem, *num. 4. Rovit. in pragm. 1. de legatis piis num.* 11. *Staib. resol.* 23. *nu.* 18.

16 Inventarium non conficiens mulier, vel minor, per restitutionem in integrum restituitur, & admittitur ad illius confectionem, *de Franch. dec.* 229. *Capyc. Lat. consult.* 57. *tom. 1. & Nicolin. in sua prax. num.* 233. *fol.* 200. *Conf. Rocc. tom. 2. respons.* 97. ex *num.* 1. *Phanuc. de invent. part. 2. qu.* 239. *num.* 21. & ita decisum in S.C. refert *Thor. in supplem. compen. in verb. restitutio in integrum mi rit, &c.*

Minor quoque restituitur ad faciendum inventarium, imo dicta restitutio concessa minori prodest majori collitiganti, ita *Caccer. lib. 3. c. 2. tit. 7. de invent. num.* 119. *Odd. de restit. in integr. qu.* 46. *num.* 21. contra *Hodier. num ad Surd. decis.* 217. *num.* 4. dicentem non juvari majori; & ratio assignatur, quia dum minor restituitur, & jam fit solemne inventarium, & describuntur omnia bona, cessat pro omnibus suspitio occultationis bonorum, & sic factum ab uno hærede prodest omnibus.

17 Inventarium non conficiens hæres, dubitabatur olim an teneretur in legatis piis ultra vires, & propterea *S.P. Clem. VIII. sub die* 17. *Martii* 1598. edidit *Bullam*, & inter cæteras facultates Reverendæ Fabricæ statuit, teneri hæredes ultra vires in legatis piis, & ita passim post dictam *Bullam* servatur in Tribunali Rev. Fabr. ut testatur *Rovit. In pragm. 1. de legatis piis num.* 12. qui *Rovit.* erat Consultor 27. causarum dictæ Rev. Fabr. & testatur *Thor. in summa privil. piæ causæ privil* 203.

Hic adverte; quod *Bulla* supra mentionata non est propriè *Bulla*, sed sunt declarationes, & interpretationes super *Bulla Pii V.* factæ, & super dubiis occurrentibus circa privilegia Rev. Fab. editæ per Deputates, seu Sacram Congregationem Cardinalium dicto anno, ut supra, quæ declarationes sunt penes *Quarantam in Bullario, verbo Fabr. S. Petri, & Novar. par. 2. Bullarii §. tandem.*

Et duæ rationes assignantur *in dicto §. tandem*. Prima, quia videtur quasi contraxisse cum legatariis ille hæres, qui non conficit inventarium; secunda, quia beneficio legis frui non debet, qui legem contemnendam esse censuit.

Ideo non poterit aliter ei subveniri, nisi per restitutionem in integrum a Sanctissimo Domino Nostro adversus lapsum temporis obtinendam ad inventarii confectionem, prout sonant verba ejusdem §. *in dicta Bulla*, seu ut melius dicam, in dictis declarationibus, de quibus latius dicam *in praxi Rev. Fabr.* quamprimum luci emanandam.

Ubi dixi, dictum privilegium fuisse concessum pro legatis piis tantum, & non extendi ad beneficium creditorum.

Hæres non conficiens inventarium non tenetur ad legata, ubi testator jusserit illa ex bonis suis solvi, sic etiam si legavit centum de pecunia in tali loco, ubi non reperitur tanta summa, *Surd. dec.* 30. *num.* 2. *Capyc. Latr. dec.* 44. *nu.* 4. & vide, quæ latius dicimus *in praxi Trib. Rev. Fabr.* ubi te remitto.

18 *Formula discussionis Inventarii.*

Die 5. mensis Novembris 1685. Neap. per Dominum Militem U.J.D.D. Joannem de Dura Reg. Consil. & causæ Commissarium, &c. Auditis partibus, ac stante exhibitione inventarii quondam Alexandri Sanseverini, fuit provisum, & decretum, quod procedatur ad discussionem dicti inventarii coram Domino causæ Commissario, pro qua discussione moneantur partes, hoc suum, & intimetur.

DECRETUM.

Die 17. mensis Novembris 1674. Neap. Visis actis, ac viso inventario bonorum hæreditariorum quondam Alexandri Sanseverini fol 416. per Militem U. J. D. Didacum de Dura Reg. C nsil. & causæ Commiss. &c. fuit provisum, & decretum, quod committatur prout præsenti decreto committimus Scribæ causæ, qui procedat ad confectionem relationis bonorum remansorum in hæreditate dicti quondam Alexandri, & contentorum in dicto inventario, & interim bona stabilia, & annui introitus contenti in dicto inventario sequestrentur, prout præsenti decreto sequestrantur, & debitores dictæ hæreditatis faciant depositum quanti tatum debitarum, & suo tempore debendarum, hoc suum, & intimetur.

REQUISITORIA.

Quoniam subscriptus Scriba S.C. & relator electus intendit procedere ad confectionem retroscriptæ relationis ordinatæ, ideo moneantur partes, quatenus prima die juridica cum continuatione, legitimè comparere debeant coram eo ad dicendum causam, quare, &c. alias, &c. Neap. die 14. mensis Februarii 1676.

Relazione dello Scrivano.

Al Regio Consigliero Signor D. Gio. de Dura Commessario.

Essendosi precedente monizione fatta alle parti, venuto a provvedere avanti di U.S. sopra la discussione dell'inventario delli beni ereditarj del quondam Alessandro Sanseverino fatto per li suoi eredi, lei per Caterina Marzano lor madre, e tutrice alli 22. di Novembre 1633. *fol.* 416. con decreto di U. S. interposto sotto li 17. Novembre del passato anno 1574. *fol.* 425. *partibus auditis*, mi fu ordinato, che li facessi relazione degli effetti, nomi di debitori, e beni stabili descritti in detto inventario, e monite, & intese le parti *fol.* 426. riconosciuto detto inventario, e molte scritture esibitemi dal procuratore del Venerabile Monastero di Santo Arpino, volendo obedire, come devo, riferisco a U.S.

Nel detto inventario si descrissero l'infrascritte annue entrate, nomi di debitori, e stabili oltre certi mo-

mobili, li quali perchè erano consumati per lo spazio di anni 42. che fu fatto detto inventario, nel qual tempo erano anche inventariati, adesso non vi si ritrovano, che però da U. S. oretenus s'ordinò procedersi a detta discussione delle dette annue entrate, nomi di debitori, e beni stabili.

In primis annui ducati 870. per capitale di ducati 13500. sopra li fiscali della Rocca, Gauro, e Sanseverino.

Secondo dalla Gabella del vino annui ducati 94. 4. per capitale di ducati 1334.

Terzo dalla Dogana di Napoli annui ducati 140. per capitale di ducati 2000.

Quarto dalla Dogana di Puglia annui ducati 140. per capitale di ducati 2000.

Dalla Gabella della Farina annui ducati 28. per capitale di ducati 700. *fol.423. proces. Ferdinandi.*

Da Francesco Spina Marchese di Padula annui ducati 70. per capitale di ducati mille.

Questo capitale l'hanno ricevuto li figli di Alessandro mediante strumento a' 12. Marzo 1654. per Notar Pietro Capasso di Napoli, *fol. 427. in hoc processu Ferdinandi Vespasiani.*

Da Aniello Porpora annui ducati 29. per capitale di ducati 380.

Dall'Università di Castelnuovo annui ducati 70. per capitale di ducati mille.

Da Ottavio Raano, & Andrea Galdiani annui ducati 8. per capitale di ducati 120.

Una casa grande alla strada di Santo Agrippino.

Un'altra casa piccola in detta strada.

Per parte delli Creditori si dice, che in questo Inventario vi manca per ora la partita sopra la Gabella di Piazza Maggiore, conforme costa da un'altro inventario fatto da detta quondam Catarina Marzano tutrice, ut supra, *fol.128. processu creditorum Alexandri Sanseverini*, il quale inventario benchè non fusse stato solleune, ad ogni modo detta partita dicono esser vera in detta eredità, mentre stà in parte assegnata per decreto di U. S. alli Barba, in soddisfazione di quelche doveano conseguire da detto quondam Alessandro, come per detto assegnamento *fol.* 108. *processu Jo: Leonardi Barbà*. Dice il Monastero, che questa partita stà compresa nella donazione fatta da Orazio Sanseverino ad Alessandro Sanseverino, *fol.105.*

E per parte del Monastero di S. Arpino, e di detti eredi si dice, che nelli fiscali predetti s'includono ducati 2000. che si doveano sopra l'arrendamento dell'Ova, e capretti fra maggior summa donati *contemplatione certi matrimonii* dal quondam Orazio Sanseverino al detto quondam Alessandro, e figli nascituri, come dalla detta donazione *fol.105. proces. Creditorum*, quali poi colla nuova situazione furono assegnati sopra detti fiscali condizionati in tempo di ricompra, servata la forma del detto istrumento di donazione, come dalla partita del Real Patrimonio *fol.* 310. *processu Ferdinandi Vespasiani*, quali spettano ad esso Monastero, siccome per sentenza del S.C. a relazione di U.S. sta *pro nunc* dichiarato detta donazione spettare a detto Monastero per quattro parti, e riserbata la provista per la quinta parte, come da det. sentenza *fol.397. proc. Ferd. Vespas.*

Però per parte delli creditori si dice, che questa donazione *contemplatione matrimonii* fu fatta da Orazio Sanseverino ad Alessandro, e figli nascituri, li quali figli furono più di quindici, delli quali *ex revolutione chartarum in processu*, ne appariscono dodici per adesso, e che consisteva *in corporibus certis*, di modo che *quatenus, citra veritatis præjudicium*, fosse vero, che in detti fiscali vi fussero ducati 2000. spettanti alla detta donazione *contemplatione matrimonii*, ad ogni modo al detto Monastero spetteriano d'essi quattro porzioni, servata la forma d'essa sentenza del S. C. *ex personis* di alcuni, che furono eredi di detto Alessandro debitore, li quali se non portano il discarico nel detto inventario, resteranno debitori ad essi creditori.

Si dice anche per il Monistero, che in questi fiscali s'includono ducati 4500. delle doti, & antefato della quondam Catarina Marzano, agli eredi della quale sono assegnati, il di più secondo la nova situazione però resta in detta eredità, e dedotta in patrimonio.

A questo replicano li creditori di detto quondam Alessandro, che avendo la medesima quondam Catarina Marzano fatto il suddetto inventario, come madre, e tutrice, *ut supra*. Sin dall'anno 1633. non avendo dato li conti di detta tutela resta la sua eredità tenuta alla discussione di detto inventario, e per quello, che vi mancherà, resterà lei medesima obbligata con l'ipoteca tacita al patrimonio di detto quondam Alessandro, e per conseguenza alli medesimi creditori d'Alessandro del detto anno 1633. anteriori alli creditori della medesima quondam Caterina, e fra tanto pendente la detta discussione li depositi di detti effetti doveano venire *in actis*, e liberarli, intesi tanto li creditori di detto quond. Alessandro, quanto li creditori della detta quondam Caterina.

E per ultimo in quanto la casa piccola, li viene riferito, che fu anco venduta per soddisfare il residuo del prezzo di quella.

Replicano li creditori dalla prima fino all'ultima risposta del Monastero, che molte cose s'asseriscono *gratis*, e che spetta ad esso Monastero giustificarle, & essi creditori hanno la loro intenzione fondata con il detto inventario, e che *juxta posita* per esso Monastero, resta esso debitore in grosse summe.

E finalmente replicano li creditori, che detto Monastero non solo deve restituire li capitali, e corpi, che mancano nell'inventario, ma anco li frutti d'essi capitali esatti si, & anco le quantità liberate all'Avvocato di detto Monastero dagli effetti di detto patrimonio.

E questo è quanto posso riferire a U. S. facendole umilissima riverenza, con pregare il Cielo, che li doni ogni colmo di felicità. Casa, &c. 22. Gennajo 1675.

Di U. S.

Divotissimo Servidore
Nicola Pandolfi.

MONIZIONE.

Quoniam Reg. Cons. D. Joan. de Dura Causæ Com. &c. intendit procedere ad discussionem retroscriptæ relationis, ideo moneantur partes, quatenus prima die juridica cum continuatione, &c. legitime comparere debeant coram præfato causæ Commissario in ejus domo, hora audientiæ, & in S.C. horis solitis ad dicendum, quæ voluerint. Datum Neap. die 22. mensis Januarii 1675.

DECRETO.

In causa creditorum quondam Alexandri Sanseverino cum hæredibus dicti quondam Alexandri, & aliis, prout ex actis.

Die 11. mensis Martii 1675. Neapoli, visis actis, ac partibus auditis, cum eorum Magnificis Advocatis super discussione inventarii bonorum hæreditariorum quondam Alexandri Sanseverini, visaque relatione facta per Scribam causæ, *fol.133. cum sequentibus*, per Militem U. J. D. D. Joannem de Dura Reg. Consiliarium, & causæ Commissarium, fuit provisum, & decretum, omnes partitas annuorum introituum, nomina debitorum, stabilia, & alia bona burgensatica contenta in dictis inventario, & relatione adesse in hæreditate dicti quondam Alexandri, una cum fructibus a die confectionis dicti inventarii, hoc suum, & intimetur, &c. *De Dura.*

De Alexio Actorum Magister.

In

In S.R.C. & penès acta præsentis Causæ comparent creditores quondam Alexandri Sanseverino, & dicunt, per Dominum causæ Commissarium fuisse interpositum decretum, quod bona contenta in inventario hæreditatis dicti quondam Alexandri confecto per Magnif. Catherinam Marzana matrem, & tutricem filiorum, & hæredum dicti quondam Alexandri debeant adesse in dicta hæreditate; Quapropter, tam dicta Catherina, quam dicti hæredes teneantur dictorum bonorum reddere computa; Instant propterea pro redditione dictorum computorum, & exhibitione bonorum, aliàs teneri de proprio dictam tutricem, & hæredes, cum refectione omnium damnorum, expensarum, & interesse, omni meliori modo.

Quoniam Regius Conf. D. Joan. de Dura Causæ Commiss. intendit providere super contentis in supradicta comparitione, ideo moneantur partes, quatenus prima die juridica cum continuatione, legitimè comparere debeant coram præfato Domino causæ Commissario in eius domo, hora audientiæ, & in S. C. horis solitis ad dicendum, quæ voluerint, aliàs, &c. Neap. die 21. mensis Martii 1675.

Die 22. Martii 1675. Visis actis, decreto interposito sub die 21. præsentis mensis, & anni, per Domin. Militem U.J.D.D. Joannem de Dura Consiliarium, & causæ Commissarium fuit provisum, & decretum, quod tam Catherina Manzano, quam hæredes quondam Alexandri Sanseverini reddant computa corporum, & annuorum introituum hæreditariorum dicti quondam Alexandri, una cum fructibus a die confectionis dicti inventarii dictorum bonorum, hoc suum, & intimetur.

Die 2. mensis Maii 1675. Neap. &c. cum effectu servata forma alterius decreti retroscripti Catherina, & hæredes infra alios dies quatuor reddant computa retroscriptorum corporum, & annuorum introituum hæreditariorum quondam Alexandri Sanseverini una cum fructibus a die confectionis dicti inventarii, aliàs providebitur, hoc suum, & intimetur.

Die 31. Maii 1675. reddant computa, aliàs providebitur, quod teneantur de proprio.

Die 21. Junii, reddant computa infra alios dies quatuor, aliàs ipso termino elapso teneantur de proprio, hoc suum, & intimetur.

Die 6. mensis Februarii 1675. Neap. &c. Visis actis, per Militem U.J.D.D. Joan. de Dura Reg. Conf. & causæ Commissarium fuit provisum, & decretum, quod cum effectu procedatur, prout præsenti decreto procedi mandatur ad venditionem omnium bonorum hæreditariorum quondam Alexandri Sanseverini, & Catherinæ Marzani, & fiant banna pro venditione prædicta, & affigantur chartellæ; hoc suum, & intimetur, & in pretio perveniendo audiantur omnes interesse habentes.

In Sacro Regio Consilio.

Hæc formula est sumpta ab originali processu Ferdinandi Vespasiani tutoris Vincentii Sanseverini, cum creditoribus quondam Alexandri Sanseverini.

Magnificus Nicolaus de Alexio Act. Mag.

De Liguoro Scriba.

C A P. LXXVI.

De Exceptione inventarii conficiendi.

S U M M A R I U M.

I Nventarii conficiendi exceptio obstat etiam mulieri agenti pro dote, & impedit ingressum, & progressum litis, num. 1.

Inventarii conficiendi exceptio impedit executionem instrumenti liquidi, etiam post sententiam latam, quando de novo convenitur hæres. Secus quando convenitur ad continuandum judicium, tunc sequestrantur interim fructus hæreditatis, num. 2.

1 I Nventarii conficiendi exceptio, sive exceptio ad conficiendum inventarium obstat etiam mulieri agenti pro dote, ita *Amend. ad Franch. dec. 352. num. 1. ex Pellic. in consuet. Aversana cap. 3. n. 107.*

Et talis exceptio impedit litis ingressum, & progressum, & si talis exceptio non opponitur, non impedit, nec annullat judicium, idem *Amend.* ubi supra, ex *d. Pellic.* & ex *Tholosan. decis. 497.*

2 Et hæc exceptio procedit, etiam si sententia lata sit, & esset liquidum Instrumentum, quia non poterunt mandari executioni, ita *de Franch. decis. 285. nu. 5.* ex *Bar. & Paul. de Castr.* & aliis ibi allegatis, & juxta hanc conclusionem fuit per S. Conf. junctis aulis decisum, teste *Sansel. decis. 111. num. 3.*

Sed quod interim sequestrentur fructus hæreditatis, quibus adde *Cancer. lib. 3. variar. cap. 2. de inventar. nu. 161. & nu. 169,* qui impugnat *Boer. decis. 36. & Grass. in §. invent. qu. 16.* contrarium tenentes, quando hæres convenitur ad continuandum judicium, & quod solum exceptio procedat, cum quis de novo convenitur; ita hæc tradit *de Luca ad Franch. decis. 286. num. 4.*

C A P. LXXVII.

De Separatione bonorum.

S U M M A R I U M.

H Æreditate adita absque inventarii beneficio bona defuncti, & hæredis efficiuntur unum patrimonium, sed ad beneficium creditoris defuncti fuit concessa separatio bonorum infra quinquennium, num. 1.

Concursus creditorum, ubi est formatus in vita defuncti censetur facta separatio in vita debitoris, num. 2.

Creditor defuncti si simul est hæres defuncti, beneficio inventarii reservat se indemnem, num. 3.

Inventarium juvat etiam aliis creditoribus hæreditatis, ut possint quandocunque satisfieri super bonis hæreditariis, & tacite intelligitur facta separatio, num. 4.

Inventarium ad beneficium hæredis fieri debet infra tres menses a die aditæ hæreditatis, num. 5.

Quinquennium non currit, quando fuit factus concursus, & quando fuit adita hæreditas cum beneficio l. & inventar. num. 6.

Hæreditate adita absque inventario, hæres pro suo credito non potest facere separationem, secus alii creditores, qui si non sunt hæredes, infra quinquennium petere possunt separationem, num. 7.

Creditores post petitam separationem, si hæreditas defuncti non reperitur sufficiens, non possunt variare super bonis hæredis, num. 8.

Separatio locum non habet, quando hæres alienavit bona fide, vel quando alienavit ante petitam separationem, secus quando pignus instituit super hæreditarla, n. 9.

Hæres cum beneficio l. & invent. ut possit suum creditum consequi ab hæreditate, debet Curator dari hæreditati prædictæ, num. 10.

Separationem admittunt creditores, qui accipiunt ab hærede cautionem, aut pignora pro securitate eorum creditorum, num. 11.

1 H Æreditate adita absque inventarii beneficio, bona defuncti, & hæredis efficiuntur unum patrimonium ipsius hæredis; & hæreditas adita desinit esse hæreditas, *l. debitor C. de pactis.*

Sed ne creditores defuncti damnum patiantur per dictam confusionem patrimonii, habent beneficium petendi separationem bonorum, quæ sunt Defuncti, & quæ sunt hæredis, per *Tex. in l. 1. §. sciendum ff. de separationibus.*

Fue-

Fuerunt a jure concessa duo beneficia, unum ad beneficium creditorum, qui sunt creditores defuncti, sed non sunt hæredes ejusdem.

Alterum ad beneficium creditorum defuncti, qui simul sunt ejusdem hæredes. Ad beneficium creditoris, qui hæres non est, fuit data facultas petendi separationem, mediante decreto Judicis, bonorum defuncti a bonis hæredis, *Text. in l. 1. §. sciendum D. de separationibus.*

Quæ separatio a creditore, qui non est hæres defuncti debitoris, fieri potest infra quinquennium, *dict. l. 1. D. de separat. §. quod dictum*, ibi. *Post multum temporis separationem impetrari non posse, ita erit accipiendum, ut ultra quinquennium post aditionem numerandum, separatio non postuletur.*

2 Verum si concursus creditorum sit formatus in vita defuncti, tunc non opus est petere separationem intra quinquennium, nam per concursum factum ante mortem debitoris defuncti separatio censetur facta in vita debitoris; quia terminus quinquennii in *dicto Textu* est numerandus contra hæredem post aditionem hæreditatis; ex contrario sensu, non numeratur dictus terminus, quando super bonis defuncti ante aditam hæreditatem in vita defuncti factus fuit concursus.

3 Alterum beneficium a jure concessum, quando quis est creditor defuncti, & simul est hæres, ut adeat hæreditatem cum beneficio *Legis, & inventarii*: nam inventarium reservat indemnem, & tutum hæredem non solum pro suis creditis, quæ contra hæreditatem defuncti habet, sed pro omnibus prætensionibus, quas alii creditores habent super dicta hæreditate, *l. fin. §. in computatione Cod. de Jure deliber.* quia ipsa hæreditas adhuc habetur pro jacente, & per inventarium non fit commistio, *Salgadus in labyrint. part. 1. cap. 9. num. 26.* cum *Mantica*, & aliis citatis ibi.

4 Et licet inventarium introductum sit pro hæredibus, ne de proprio teneantur ultra vires hæreditatis, tamen effectus dicti inventarii juvat etiam aliis creditoribus, ad beneficium quorum censetur per hæredem adita hæreditas cum beneficio separationis bonorum, ut creditores quandocumque possint super bonis hæreditatis tantum sibi satisfieri, ita ut non possit hæres ultra vires molestari, quo casu non opus est intra quinquennium separationem petere, dum separatio fuit petita per hæredem, quando adivit hæreditatem cum beneficio inventarii.

5 Et inventarium ad beneficium hæredis fieri debet infra tres menses a die aditæ hæreditatis.

6 Concluditur ergo, quod duo sunt casus, in quibus terminus quinquennii non currit contra quemcumque creditorem ad petendam separationem.

Primo, quando in vita debitoris defuncti fuit factus concursus.

Secundo quando hæreditas adita fuit cum beneficio inventarii.

7 Cæterum si hæreditas adita fuit absque beneficio inventarii, hæres pro suo credito non potest petere separationem, quia confunduntur actiones.

Verum alii creditores, qui non sunt hæredes, petere possunt separationem infra quinquennium, ut supra.

8 Et si per dictos creditores, qui non sunt hæredes, petita fuerit separatio, & deinde hæreditas defuncti, non reperitur sufficiens, iidem creditores non possunt variare, & concurrere super bonis hæredis, *d. l. 1. §. sciendum, & l. creditores in 1. D. de separat. Capunus de pactis n. 18.* nisi adesset juxta causa ignorantiæ.

9 Et separatio locum non habet, quando hæres alienavit bona fide, *l. 2. ubi Glos. de separat.*

Nec separatio locum habet super re, quæ reperitur alienata ab hærede ante separationem petitam, *l. 2. ubi glos. D. de separationib.*, quod intelligitur, si sit alienatio, vel solvitur creditoribus.

Secus si constituat pignus super re hæreditaria, quia tunc res remanet in suo dominio, suoque nomine possidetur a creditore, *l. prima §. sciendum, D. de separat. Salgad. d. par. 1. cap. 9. num. 25.*

10 Et hæres cum beneficio *legis, & inventarii*, ut possit suum creditum consequi ab hæreditate, debet prius obtinere, ut detur Curator hæreditati prædictæ, qui defendat hæreditatem, & contra eum dirigere libellum, citando etiam alios creditores hæreditatis, ut concludit *Salgad. in labyrint. cred. par. 1. cap. 9. nu. 38.* cum *Trentacinq. lib. 3. resol. 56. nu. 21. Gratian. discept. 932.* & aliis ibi citatis.

11 Separationem amittunt creditores, qui noviter cum hærede contraxerunt, accipientes cautionem, aut pignora pro securitate eorum crediti, *l. 1. §. 8. illud sciendum, & §§. seq. ff. de separat.*

C A P. LXXVIII.

De Collatione bonorum.

S U M M A R I U M.

Collatio quid sit, & quomodo fit, num. 1.

Filius, vel filia petens portionem hæreditatis Paternæ, vel Maternæ tenetur conferre bona ante a parentibus defunctis accepta; sed non conferuntur castrensia, & quasi, num. 2.

Expensæ causa studiorum quando filius tenetur conferre, & quando non, num. 3.

Pecunia impensa causa studii, vel causa Matrimonii, vel causa librorum, an conferenda inter filios, num. 4.

Divisio inter Fratres, an facienda per sortem, an per fratrem majorem, & an si unus possideat longo tempore, bona, alter sciens, et patiens intelligatur hæreditatem repudiasse, num. 5.

Collatio in quibus casibus cessat, & ubi fieri debet, an cogatur bona accepta in collationem ponere, num. 6.

Collatio dotis quando maritus non est solvendo, quomodo fieri debet, num. 7.

1 Collatio nihil aliud est, quam bonorum suorum communicatio, quasi in communi latio.

Et fit re ipsa, conferendo scilicet dotem, & alia data, vel tanto minus, accipiendo de bonis paternis, quanto antea acceptum est.

2 Et fit inter filios, & filias defuncto patre, vel matre, si filius, vel filia petit portionem hæreditatis paternæ, vel maternæ tenetur conferre bona ante a parentibus accepta, ut *toto tit. ff. & Cod. de collat.*

Et hoc intelligitur de dote, & aliis bonis profectitiis a Patre, vel a Matre datis; quia hodie non conferuntur Adventitia, Castrensia, vel quasi Castrensia.

3 Nec filius tenetur conferre expensas, quas pater ipsi studenti caussa studiorum subministravit, quando filius non habuit aliqua bona penes Patrem, *l. quæ pater ff. de collat.*

Quæ regula limitatur, quando filius renunciavit successioni paternæ absque juramento, quæ sine juramento & si non valet, tamen renunciatio operatur, ut dictæ expensæ computentur in ejus partem, *Bald. Salicet. & de Castro in l. pactum 3. ff. de collat.*

4 Et an debet collationari inter filios pecunia impensa a patre causa studii, vel causa matrimonii filii ducentis uxorem, vel causa librorum ad filium scholarem, sicut equi, & Arma filio eunti ad militiam. Et
5 an pro facienda divisione detur optio primogenito, vel divisio fiat per sortem, & an ex diutina possessione præsumatur facta divisio inter fratres, & an si unus possideat omnia bona hæreditaria longo tempore, sciente, & patiente altero fratre, an is intelligatur hæreditatem repudiasse, te remitto *ad Oinot. dicto tit. 6. lib. 4. §. quadam Actiones de action. familiæ*

erci-

ercifcund. num. 50., & feq. fol. 1579.

6 Collatio inter hæredes fit, etiam fi unus heres fit in uno obulo. In duobus tamen cafibus ceffat collatio.

Primo, cum pater eam in teftamento prohibuerit, *Auth.ex Teftam.C.de collat.*

Secundo, quoties ille, a quo petitur collatio, patris heres effe recufat, *l.ex caufa C.famil. ercifc.* Ita hæc omnia concludit *de Marin. lib.2.refol.45.num.35. & 36.* & vide *Decium conf.54. Caffaneum ad Confuet. Burgund.de fucceff.rub.7.num.4.fol.243., e 246.num.* 54. qui tradunt plenè fubjectam collationem, & *Aymon.conf.525.*quæritur, & *textus in leg.ex parte §.teftam. ff. famil.ercifc.*

Collatio bonorum, ubi fieri debet, nemo cogitur fpecificè illa bona in collationem ponere, fed alternativè, vel per æquipollens.

7 Collatio dotis non fit, ubi maritus non eft folvendo, fed debet conferri folum, quod maritus folvere poteft, *l.1.§.cum dos ff.de collat. dotis.*

Sed hodie per *Auth. quo locum C.de collat. verf. his ceffantibus*, debet conferri actio ad dotem, licet inanis, *Afflict.dec.247.*

C A P. LXXIX.

De Praxi Juris offerendi, five prælationis.

S U M M A R I U M.

Creditor pofterior poteft anteriori creditori creditum offerre cum ufuris debitis, compenfatis tamen quantitatibus tempore oblationis perceptis, fed oblatio debet effe realis, non verbalis, & affignatur ratio, num.1.

Creditor anterior fi vendit jure creditoris vigore pacti, vel vigore legis, tunc non competit jus offerendi pofteriori creditori contra emptorem, num.2.

Quæ conclufio novem modis limitatur, & narrantur dicti novem modi, num.3.

Jus offerendi competit etiam debitori adverfus creditorem, etiam poft fententiam, ante tamen appretium, fecus fi debitor effet pupillus, vel minor, num.4.

Tertius poffeffor offerendo totum creditum, etiam fi res minoris valeat, poteft fe tueri adverfus creditorem agentem hypothecaria fuper re, cum limitatione, & diftinctione, & affignatur ratio, num.5.

Tertio poffeffori competit dictum jus offerendi contra creditorem, etiam fi fit injuftus, poffeffor, num 6.

Tertius poffeffor quando eft injuftus, an prætendere poffit jurium ceffionem a creditore, ficut prætendere poteft juftus poffeffor? num.7.

Poffeffor, five emptor, qui caufam habet a primo creditore vendente jure creditoris ex pacto, vel legis authoritate, eft fecurus a jure offerendi, vel ab alia quacumque moleftia; fecus quando debitor voluntarie diftrahit in alium, etiam fi pretium folvatur primo creditori, quia tunc pofteriori creditori competit jus offerendi, num.8.

Debitor, quando rem primo creditori vendiderit, vel infolutum dederit, aut Judex illam primo creditori adjudicaverit, & ufus non fuerit creditor pacto, vel poteftate a lege tributa, tunc aliorum creditorum hypotheca non funt refolutæ, & pofteriori competit jus offerendi, etiam fi creditor fecundus emit a primo creditore, num.9.

Jus offerendi in tantum competit pofteriori creditori, in quantum de pretio non fit fatisfactum primo creditori, five venditio fiat fubhafta, five per partem ad inftantiam fecundi creditoris, num.10.

Creditor anterior quando per fuppofitam perfonam emit rem fubhaftatam ad inftantiam fecundi creditoris, tunc pofteriori creditori competit jus offerendi, quia hypotheca pofteriorum non cenfetur extincta, num.11.

Jus offerendi tunc non competit, quando res fubhaftatur ad inftantiam, five anterioris, five pofterioris creditoris prævia citatione omnium creditorum, & pretium liberatur cum cautione de reftituendo cui, quibus, & quando, quia per dictam cautionem pretium cenfetur extare, num.12.

Primo creditori non competit jus offerendi contra fecundum, quia in pari caufa, melior eft conditio poffidentis, num.13.

Primo creditori tunc competit jus offerendi, quando tertius poffidet rem, etiam fi fecundus creditor ante oblationem primi obtulerit, & depofuerit creditum, & etiam fi fecundus creditor emerit fubhafta ad inftantiam primi creditoris, tunc pofterior creditor habet jus offerendi contra fecundum ementem; dummodò tamen pofteriores non fuerint citati, ut fupra, num.14.

Jus offerendi creditoribus non competit contra mulierem affecuratam fuper bonis viri vergentis ad inopiam, num.15.

Jus offerendi præfcribitur per triginta annos, & infrà 30. annos femper proponi poteft, rejecta opinione, quod poftea proponi poffit, num.16.

Hac praxis Juris offerendi, ubi fundatur, & datur formula decreti, cum advertimentis, num.17.

Formula decretorum, num.18.

Multi funt cafus, quibus creditor pofterior præfertur creditori anteriori per jus offerendi.

1 Primus cafus eft, quando pofterior creditor poteft anteriori creditori offerre creditum cum ufuris debitis, compenfatis tamen quantitatibus tempore obligationis perceptis, *de Franch.decif.*12. fic decifum refert *Dom.Conf.Rofa in prax.civ. decr. cap.1. num.144. fol.49.*

Imo offerre tenetur pretium ex beneficio temporis auctum, *de Rofa* ubi fupra *num.157. Rovit.decif.24. Merlin.centur.1.controv.93.num.11.de Marin.refolut.* 219.*num.2.Maftril.dec.*201.*num.15.& 17.*

Et fic anterior creditor confequitur, quod ei debetur, & pofterior creditor in confolationem amiffi crediti habet rem.

Oblatio tamen non debet effe verbalis, fed realis, mediante pecunia oblata, depofita, & obfignata, & ultrò tradita.

Si vero debitum effet illiquidum, & intricatum, tunc fufficit verbalis oblatio ad finem evitandi moram, pœnam, & aliud præjudicium.

Non autem ex verbali oblatione aliqua actio acquiritur. Conclufio hæc procedit tam in cafu, quo res obligata, data, vel vendita fit per debitorem infolutum anteriori creditori; quam in cafu, quo a Judice adjudicata fit, & in cafu, quo quis rem poffidet titulo adjudicationis, five ipfe creditor poffidet, five alteri vendiderit; nam contra emptorem etiam competit pofteriori creditori ius offerendi, & contra dictum emptorem fufficit offerre primum debitum, nec ad aliud tenetur, *Afflict. dec.10.num.2.* quem citat, & fequitur *de Marin.lib.1.refol.219.num.1.*

2 Quæ conclufio limitatur, quando res effet per anteriorem creditorem jure creditoris vendita, *de Marin.loco cit. nu.1.* ubi dicit hunc effe proprium cafum *tex.in l.1.in princ.C.fi antiq.cred.*

Et rationem affignat, quia facultas vendendi pignus oritur ex licentia, quam habet a lege, quæ facultas præceffit obligationem fecundi creditoris.

Jure creditoris venditio dicitur facta duobus modis, vel ex conventione, & pacto facto cum debitore de vendendo rem hypothecatam credito anterioris creditoris, five ipfe vendiderit, five Judicis authoritate vendi curaverit, obligationes pofteriorum cre-

dit

ditorum resolvuntur, quia dependent ex facto debitoris post constitutum pignus primo creditori, nam venditio fit ex causa antecedenti, unde resoluto jure datoris, scilicet debitoris, resolvitur jus acceptoris, scilicet posterioris creditoris, *tex.* est *in l.lex vectigali ff. de pignoribus*, cum aliis concordantibus, *de Marin. d.l.1.resol.*336. *num.*13.

Altero modo jure creditoris dicitur venditio facta, quando ex pignoris constitutione ex ipsa lege anterior creditor facultatem habet vendendi tamquam Dominus rem, quam si tertio emptori vendit, vel si a Judice vendi curat, dicta venditio dependet ex facto venditoris ex causa antecedenti, unde resolvuntur actiones, hypothecæ, & obligationes posterioris creditoris.

Quo casu posterior creditor agere non potest contra emptorem causam habentem a primo creditore rem vendente jure suo, ex pacto, & legis authoritate, quia hypotheca posterioris creditoris fuit resoluta.

Casus, in quibus jus offerendi, sive prælationis admittitur, non obstante, quod venditio fiat per primum Creditorem.

3 Novem casus enumerat *de Marin.* ad limitationem dictæ conclusionis.

Primo, si primus creditor vendat fidejussori principalis debitoris, emens habet jus offerendi debitum, juxta *gloss.in leg.*1.*in verb.vendidisset*, & juxta *tex. in l.*2. *ff.de distract.pignorum*, ubi *Bart.*

Secundo, quando primus creditor vendit creditori posteriori, tunc alius creditor posterior potest offerre debitum creditori ementi, *l. cum secundus §.fin. cum l.seq. ff. de distract. pignorum*, *Anna cons.* 37. *num.*2.

Tertio, quando ad creditoris instantiam res subhasta adjudicata esset, etiam priori creditori, dummodo posterior creditor non sit præsens, qui potuit licitare, & non licitavit, & ita intelligitur *decis.*69. *de Franch.* & ita decisum refert *Thesaur.decis.*157.*& ibi Filius.*

Quarto si venditio facta per primum creditorem esset invalida, quia venditio fuit facta ante tempus, vel juris ordine non servato, vel simili, hoc casu posterior creditor potest alienationem revocare, debitum offerendo, *Gloss.* ex *l.* 2. *C.si antiquior creditor, verb.recte distrahente, de Franch.dec.*224.

Quinto, in venditione uni ex fratribus debitoris facta, tunc frater habet jus offerendi pretium, ut recuperet dictam rem communem, *l.fin.§.quatuor ff.de legat.*2. *Alex.l.*1 *num.*4.*C.de dolo.*

Sexto, quando venditio fuisset facta hæredi debitoris, tunc secundo creditori jus offerendi competit, etiam si hæres debitoris emerit, antequam hæreditati se immiscuisset, quia hæres personam defuncti repræsentat.

Sed hoc est intelligendum, quando hæres adiisset absque beneficio *legis, & inventarii*, quia cum dicto beneficio extraneus reputatur, & tali casu non competeret jus offerendi, *l. fin. §. & si præfatam C.de jure deliberandi.*

Septimo, quando jure creditoris venditio facta esset, cum pacto, ut debitori liceat rem recuperare pretio restituto.

4 Si debitor, in cujus odium pignus venditum fit, esset pupillus, vel minor, aut juxtâ causa absens, ob quam posset in integrum restitui adversus venditionem jure creditoris factam, per *text. in l. si creditor §.*1. *ff. de distractione pignorum*, *Salyc. in l.*2. *C. si antiq.cred.*

Nono, quando in venditione facta jure creditoris adest læsio ultra sextam, tunc saltem tenetur justum pretium supplere ad beneficium posterioris creditoris, habito respectu tempore emptionis, *de Franch. decis.* 224.*de Marin.loco cit.*

5 Secundus casus juris offerendi, seu secunda conclusio est: quod ipsi debitori dictum jus competit adversus suum creditorem hypothecaria agentem etiam post sententiam, ante tamen appretium, quia post appretium factum translatum dicitur dominium in beneficium creditoris, cui res adiudicatur, & proinde stante dominio translato jus offerendi amplius non competit debitori, *de Marin.lib.*1.*dict.resol.*a 19.*num.*17.*& decis.Afflict.*187. ubi *Ursil.* & *Addentes*, *Capyc. decis.*41.*&* 202.*de Franch.decis.*145.*nu.*4. *Rovit.prag.*1.*de assist.num.*4. Rejecto *Muta dec.*59.*num.*32.

Quæ conclusio limitatur in casu, quo debitor esset pupillus, vel minor, quibus jus offerendi competit etiam post adjudicationem, & appretium factum, *Merlin. contr.* 93. *cent.* 1. quem citat, & approbat *de Marin.loco cit.*

6 Tertius casus, sive tertia conclusio est, ubi res possidetur a tertio possessore, qui si vult rem pro se retinere, & se tueri adversus creditorem agentem hypothecaria, dictus tertius possessor potest, & debet offerre totum creditum, etiam si res minoris valeat, per *Text.in l.Paulus §.*1. *D.quibus modis pignus, & hypotheca solv.* ubi *Bartol. & de Marinis dicta resolut.* 219.*num.*18.

Quæ conclusio limitatur, ubi dictus tertius possessor aliquod jus retinendi haberet, ut si meliorationes in re fecisset, tunc non totum creditum, sed tantum rei valorem offerre tenetur, habito respectu ad tempus oblationis, non autem ad tempus, quo ipse possessor emit rem, quia augmentum ex beneficio temporis factum cedit in beneficium creditoris, & possessor tenetur solvere valorem præsentis temporis, deducto pretio meliorationum.

At si augmentum ex facto, & diligentia possessoris processit, tunc possessor, etiam si minus impendit, deducere potest totum valorem meliorationum.

Non obstante *Tex.in l.fund.ff.de resc.vend.* statuente reficiendum esse, quod impensum est, & non id, quo res melior effecta est.

Ratio est, quia *dictus Text. in l. fundo* habet locum, quando fundus a domino vindicatur, non autem, quando ad instantiam creditoris jure hypothecæ agitur, nam contra creditorem deductio fit totius valoris meliorationum, *de Marin. dict.resolut.*a 19.*num.*26.ubi allegat *de Franc.*qui sic decisum refert *dec.* 38. *num.*1.*&* 2.

7 Dicta conclusio, sive tertius casus ampliatur, ut jus offerendi competat tertio possessori justo, sive injusto contra creditorem agentem hypothecaria, per *Text.in dict.l.Paulus §.*1. *ff quibus modis pignus, vel hypotheca solvatur*, cum hac distinctione tamen, quod

Justus possessor potest petere a creditore jurium cessionem, & creditor tenetur cedere, per *Text. in l. mulier ff. qui potior. in pignore habeantur*, *de Marin. loc.cit.num.*22.

Sed injustus possessor, an hoc prætendere possit, contendunt DD., nam aliqui concludunt non posse creditorem cogi; aliqui, quod sic, *de Marin. loco cit.num.*22.

8 Demum conclusio sit, quod ubi emptor causam habet a primo creditore, vendente jure suo ex pacto, vel legis authoritate sibi tributa, ut supra dictum est, per hujusmodi venditionem resoluta censetur omnis obligatio creditorum, & proinde hoc casu dictus emptor securus est a jure offerendi, & ab alia quacumque molestia, per *Text. in l.cum prior* 3. *ff.de distract. pign.*ibi: *cum prior creditor pignus jure conventionis vendidit, secundo creditori non superesse jus offerendæ pecuniæ convenit.*

Con-

Concordat *Text. in l.1. in princ. & l.2. Cod. si antiquior creditor, & in l. quia creditore, ff. de distract. pignorum*, & decisum refert *Afflict. decis.* 16. ubi *Ursill. num.* 12. *de Franch. decis.* 69. & 224. *Episcopus Ricc. collect.* 67. *Thes. decis.* 157. *num.* 8. *Moretius in tract. de secundo creditore offerente*, impresso post ejus *Consilia num.* 16.

Verum in casu, quo primus creditor non vendit jure creditoris, sed ipse debitor voluntariè distrahit in alium; tunc licet pretium solvatur primo creditori, competit secundo creditori jus offerendi contra dictum emptorem; quia resoluta non fuit hypotheca in præjudicium aliorum creditorum, per eundem *Text. in l. cum prior* 3. *ff. de distract. pign.* ibi: *Si tamen debitor non interveniente creditore pignus vendiderit, ejusque pretium priori creditori solverit, emptori poterit offerri.*

Concordat *Text. in l. res pignori C. de remiss. pign. & l. si debitor C. de distract. pign.*

9 Eadem conclusio viget, quando debitor rem primo creditori vendiderit, vel insolutum dederit, aut Judex illam primo creditori adjudicaverit.

Et ratio est, quia tunc aliorum creditorum hypothecæ resolutæ non fuerunt, cum creditor ea potestate sibi ex pacto, vel a lege tributa usus non fuerit; sed a debitore, vel a Judice rem accepit, potius tuendi pignoris causa, quam dominium obtinendi, *dicta l.1. §. cum autem Cod. si antiquior creditor, de Franch. dec.* 453. *de Marin. lib.1. resol.* 336. *num.* 16. *Afflict. dict. dec.* 16. *nu.* 4. & 5.

Dicta conclusio ampliatur etiam in casu, quo secundus creditor emit a primo creditore, quia emisse censetur potius pignoris causa servandi, quam dominium acquirendi, ideo tam posteriori creditori, quam ipsi debitori competit jus offerendi, per *Text. in l. cum posterior ff. de distract. pign. de Marin. d. lib. 1. resol.* 336. *num.* 6.

10 Infertur hinc, quod sive venditio sit facta subhasta, vel per partem, non dicitur facta jure creditoris, quando fit ad instantiam secundi creditoris, sed facta per modum executionis judicialis, quo casu factum Judicis, factum partis dicitur.

Et in tantum dicitur extincta hypotheca primi creditoris, in quantum de pretio sit satisfactum primò creditori. Per solutionem enim tollitur omnis obligatio, *de Marin. lib.1. resol.* 336. *num.* 28. ubi respondet contrariis, & declarat.

11 Nota, quod si res subhastetur per Judicem ad instantiam secundi creditoris si creditor anterior per suppositam personam rem subhastatam emeret, tunc posteriori creditori jus offerendi competit, quia tunc hypothecæ posteriorum non censentur extinctæ, *de Luca ad Franch. obs.* 456. *num.* 5. & *meliorat. ad Reg. de Marin. resol.* 336. *num.* 5.

12 Verum si ad instantiam cujusvis creditoris, sive anterioris, sive posterioris prævia citatione omnium creditorum; vel prævia graduatione creditorum, per edictum res venditur, & pretium liberatur cum cautione, ut restituatur cui, quibus, & quando; tunc emptor molestari non potest, neque per jus offerendi, *Card. de Luca de credit. discurs.* 142. *nu.* 6. & *D. Carolus de Luca ad Reg. de Marin. resol.* 276. *in fine.* Pretium enim tunc dicitur extare, & super pretio, & non super re datur conversio.

13 Nota etiam, quod possidente secundo creditore, tunc primo creditori non licebit jus offerendi, nam præfertur secundus, ex regula, *quod in pari causa, melior est conditio possidentis.*

14 Nisi possideret tertius, quo casu præfertur primus creditor, etiamsi secundus creditor ante oblationem primi obtulerit, & deposuerit creditum.

Et etiamsi secundus creditor emerit subhasta ad instantiam primi creditoris, quo casu posterior creditor habebit jus offerendi contra secundum creditorem ementem, per rationes, ut supra, & per *D. Carol. de Luca ad de Marinis, resol.* 219. *num.* 6. adductas.

Quæ conclusio semper est intelligenda, data de hoc posterioris creditoris ignorantia; secus, quando posteriores creditores fuerunt citati in actu adjudicationis in beneficium anterioris creditoris faciendæ, & spreto jure offerendi passi sunt, ut adjudicatio ad beneficium anterioris creditoris effectum sortiatur, *de Marinis dicta resolut.* 219. *num.* 8. *in fine, Rodoer. ibi num.* 4.

Vel quando secundus creditor in subhastatione fuisset præsens, *Thesaur. dec.* 157. *de Marin. resol.* 219. *num.* 8. *d. Cons. Rosa in prax. civ. decr. cap.* 1. *num.* 160. *fol.* 49. licèt contrarium concludat *de Franch. dec.* 169. *num.* 12. ex eo quia, licèt sit præsens, scit jus suum offerendi duraturum contra ementem.

15 Demum contra mulierem assecuratam super bonis viri vergentis ad inopiam, non competit creditoribus jus offerendi, *Rodoer. ad de Marin. resol.* 219. *nu.* 12. & *resol.* 20. *cum quatuor limit. ibi.*

16 Jus offerendi proponi potest infra triginta annos, & deinde præscribitur, *Rodoer. in dicta resol. de Marin. resol.* 219. *num.* 14. *de Franch. dec.* 69. *num.* 11. *Thesaur. decis.* 157. rejectis dicentibus, proponi posse post triginta annos.

17 Hæc praxis juris offerendi, *dict. Consiliarius de Rosa in praxi civili decretorum cap.* 1. *num.* 164. *fol.* 28. dicit, quod fundatur *in l.1. & l. prior C. qui potior. in pignor. habeantur, l. secundus C. de pignoribus, l. 1. C. si antiquior Creditor, l. prior §. sciendum, l. quærebatur ff. qui potior. in pignore habeantur, l.3. §.2. ff. de distractione pignorum.*

Formula decreti apud dict. Dom. Cons. de Rosa d. cap. 1. num. 164.

Die, &c.

Visis comparitione per N. creditorem posteriorem præsentata *fol.* Fide depositi pretii domus *fol.* Decreto adjudicationis in beneficium N. creditoris anterioris *fol.* Per S. Cons. provisum, & decretum est, quod supradictum depositum liberetur, & solvatur eidem N. creditori anteriori, præstita cautione de restituendo, cui, quibus, & quando; quia solutione secuta, domus remaneat supradicto N. creditori posteriori, & facta obligatione de non alienando sub pœna nullitatis, &c. absque ordine S. C., sive Domini causæ Commissarii, consignetur possessio per Scribam Causæ.

18 *Formula decreti, quando per oppositiones factas a creditore anteriore fuerit datus terminus.*

N. creditor anterior condemnetur ad relaxandum domum in beneficium N. creditoris posterioris, & depositum liberetur præstita cautione, &c.

Hic advertendum erit, quod si possessio est transitura in personam Ecclesiasticam, debet apponi clausula, *salvo jure cujuslibet.*

Advertendum etiam est, quod sumptus cautionis præstandæ per creditorem anteriorem fieri debent per creditorem posteriorem, ita concludit *dictus Consil. Rosa loco cit. d. cap. 1. in fine, fol. mihi* 28.

C A P. LXXX.

De Testibus nominandis per nomina, & cognomina.

S U M M A R I U M.

PRagm.4. de dilationibus *vulgariter dicta* delli 28. capi *declaratur*, num. 1.

Nomiatio intra Regnum non requirit expressionem nominis, & cognominis testium, rejectis contrarium dicentibus, num. 2.

Neque requirit depositum, sed requirit, ut exprimantur loca, ubi sunt testes recipiendi,

Pragm. 7. de ord. judic. *declaratur*, num. 3.

Conclusio quæstionis declaratur, & assignatur ratio dictæ conclusionis, num. 4.

Scripta per Authorem *in aliis locis declarentur circa nomina, & cognomina testium, exprimenda, vel non*, num. 5.

Testium citatio quando fit separata a requisitoria ad U. J. T. ne divertantur testes ab examine, vel subornationi Adversarii subeant, num. 6.

Decreti formula, ut testes recipiantur, non obstante, quod sit facta publicatio, vel facultat, num. 7.

Testes additi recipiuntur simul cum testibus citatis in termino, num. 8.

Praxis admittendi testes post actum publicationis, & post actum facultatis, unde oritur, & assignatur ratio, num. 9.

POst hæc scripta intertogatus fui ab amico, an in termino summario adversarius potest impedire examen testium, nisi describantur testes per nomina, & cognomina? cum hoc dubium a Practicis nostris non plenè reperiatur enucleatum.

Et ratio dubitandi fuit, quia in Regno habemus
1 *Pragm. 4. de dilationibus*, editam sub die 11. Maii 1612. quæ vulgariter dicitur *Delli 28. capi.*, quæ *nu.* 9. statuit, ibi.

Ordiniamo ancora, che inviolabilmente si osservi la Regia Prammatica circa il fare la nominazione, tanto per dentro, quanto per fuori del Regno, fra cinque giorni, dopo, che sarà dato il termine. Aggiungendo di più, che se per sorte si farà nomina extra Regnum, *e la parte, che la fà, dichiarasse volersi servire di essa, così come fasse fatta nell'ultime parti del Regno, non si debbia ammettere, se non si nomineranno i testimonj per nome, e cognome; e si dichiarino i luoghi, e terre, dove detti testimonj dimorano, osservandosi in tali nominazioni tutto quello, che si osserva nelle nominazioni, che si fanno fuori del Regno, e non servendosi di tale nominazione, s'incorra nella pena istessa, che sta imposta a chi non si serve delle nominazioni fatte fuori di Regno.*

Sed *dicta Pragmatica quarta de dilationib.* loquitur de nominatione extra Regnum facta cum declaratione utendi, ac si esset intra Regnum, tunc enim requiritur expressio loci, nominis, cognominis, & testium, ac si facta esset simpliciter extra Regnum, & tunc fieri debet etiam depositum aureorum quindecim pro quolibet mense, ex dispositione *Pragm. 6. de dilat.* editæ ann. 1509. quæ olim erat *4. de testib.* & incipiebat *Raimundus, &c. Universis, & singulis*, ut dicit *de Franchis decis. 57.*

2 Cujus *Pragmatica* dispositio locum non habet, quando nominatio simpliciter fit intra Regnum, quo casu sufficit exprimere locum, ubi testes degunt, & sunt recipiendi.

Sed non est necessaria nominis, & cognominis expressio, ut aliqui *dictam Pragmaticam quartam de dilationib.* interpretaverunt.

Et *Motillas de gradu citationis num. 3. fol. 64.* dicit v3. *Si intra Regnum fuerit facta nominatio explicare locum debet, ubi testes degunt, absque expressione nominum, & cognominum*, ut *Pragm. 7. de ordine judicior. & stylus inolevit.*

Et *num. 4.* dicit. *Si vero testes sunt extra Regnum, tunc ultra loci explicationem, oportet etiam, ut explicentur eorum nomina, & cognomina*, ut *in dicta Pragm. 4. de dilationib.*

Et *Regens de Marinis ad Reverterium decis. 213. num. 6.* dicit nominationem esse faciendam juxta *Pragmat. 7. de ord. judicior.* quæ tantum mandat, ut manifestentur loca, in quibus testes sunt examinandi.

Unde si quis nominat habere testes Hydrunti, habetur, ac si nominatio facta non esset, dum certa loca, in quibus essent recipiendi testes, non fuerunt manifestata.

3 Verba *dictæ Pragmaticæ 7. de ord. judicior.* sunt, v3 *Quod partes ipsæ responsione manifestare debeant, &c. in quibus locis testes examinare intendunt.*

Et ibi; *quod si partes ipsæ, &c. non manifestaverint loca, in quibus examinare intendant, terminus ipso jure viginti dierum ad probandum statutus intelligitur.*

Et ibi; *quod si fortè ad obtinendam calumniosè majorem dilationem aliqua partium loca distantiora nominaverit, in quibus testes examinare non fecerit, simili pœnæ duarum unciarum subjaceat.*

Quæ pœna est aucta in ducatos quinquaginta per *Pragm. 8. de dilat. §. 5.* editam anno 1666.

4 Concluditur itaque ex *dictis Pragmaticis*, & dictis DD. quod in nominatione facta extra Regnum, etiam ad finem utendi, ac si esset facta intra Regnum requiritur non solum expressio loci, sed expressio nominis, & cognominis testium, ex verbis *dictæ Pragm. 4. in fine*, ibi: *Osservandosi in tali nominazioni tutto quello, che si osserva nelle nominazioni, che si fanno fuori del Regno, e non servendosi di tale nominazione, s'incorra nella stessa pena.*

Sed intra Regnum non requiritur expressio nominis, & cognominis, sed solum expressio loci, ubi sunt testes recipiendi.

5 Et ita intelligenda sunt dicta per me *in Addit. ad Sarnam in prax. civil. nu. 15. fol. 10.*

Et ita intelligenda sunt ea, quæ Ego ipse dixi *in hoc tertio tomo part. 1. cap. 14. de testium præsentium receptione num. 11. fol. 53. verb. Hodie in Regno*, sed melius a me explicata sunt *in cap. 15. num. 11. & sequentibus.*

6 Et Doctores dicentes posse fieri requisitorsam parti ad videndum juramenta testium absque nomine, & cognomine testium per citationem separatam, quando est timor subornationis, vel suspicio, quod testes divertantur, & non examinentur, ut ego dixi *in d. cap. 14. fol. 53. d. num. 11. vers. poterit in uno casu*, & dixi cum *Sarno in mea Additione §. 5. fol. 10. in praxi civil. & de Mari ad Gizzar. decis. 27.* ex *Bald. in l. fin. C. de edendo num. 16. vers. quæritur decis. in cap. 1. n. 158.* post *vers. 8. limit. extra de probat.*

Dicta conclusio intelligenda est in nominatione testium, quæ fit extra Regnum, etiam cum declaratione utendi, ac si esset facta intra Regnum.

At si nominatio testium fieret intra Regnum, tunc non requiritur expressio nominis, & cognominis.

Et tanto minus requiritur expressio nominis, & cognominis in termino summario, ubi non citantur testes, sed summariè producuntur.

Testis enim productus summariè a parte, non spontaneus dicitur, nec suspectus reputatur, *Petr. rit. 175. nu. 4. & Farinac. qu. 80. nu. 11.* post *Castr. in l. qua omnium num. 4. ff. de procuratorib.*

7 Et *Dom. Franciscus Maradei ad singul. patrit 392.*

ad

ad pragm. 3. de testium refrænatione num. 3. fol. 392. dicit, quod facta publicatione, imo facta monitione super expeditione causæ, si testes nominati, & expressi in citatione ad testes, & in termino citati, justo impedimento non sunt examinati, fit decretum, *quod testes in termino citati recipiantur, & habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit*, ita *Caravit. sup. rit.* 69. *nu.* 6. *& in rit.* 174. *nu.* 4.

Et in termino summario, in quo non expeditur citatio ad testes, nec fit publicatio, sed facultas, quando prætenditur fieri examen testium post hunc actum, fit decretum, *quod pars infra tot dies valeat producere testes, de quibus habeatur ea ratio, quæ de jure, &c.*

Hanc praxim docuit etiam *Thorus in supplemento verb terminus ad dicendum, & Dominus Consiliar. Rosa in sua praxi civili decretor.*

Et *Dominus Consiliarius Petra ritu* 78. *num.* 2. *fol.* 407. dicit, quod de hoc in Regno dubitari non amplius licet; & ita docet etiam *Vivius dec.* 170. & alii ibi.

8 Et testibus additis post citationem ad testes elapsu termino practicatur etiam illos recipi insimul cum aliis testibus in termino citatis, & nutatis in citatione ad testes, ut decisum refert *Thorus in compendio decisionum par.* 3. *sess.* 3. *verbo testes additi fol.* 168.

9 Et dicta praxis admittendi testes post factam publicationem in causis ordinariis, & post actum facultatis in causis summariis oritur a dispositione *pragmat. tertiæ de testium refrænatione*, ut ego dixi *in hoc tertio tomo par.* 1. *cap.* 15. *num.* 31. *versic. Quæ praxis*, ubi justo impedimento non fuerunt testes examinati, juris dispositioni reliquit, quæ *Pragmatica* fuit edita anno 1477.

Unde ex universali Praxi in Regno, si testes citati fuerint in mora, tunc fiet decretum, quod recipiantur post terminum.

Ubi dixi, quod laodabilis est dicta praxis, attenta dispositione *Capituli Regni detestante in Rit.* 288. ubi mandatur, quod Judex procedat sola facti veritate inspecta.

Et attenta dispositione *Pragmaticæ primæ de ordin. judicior*, quæ incipit *Dispendia litium*, quæ mandat similiter procedi sine figura judicii, & sola facti veritate inspecta.

Merito *Caravita* concludit *in dict. ritu* 288. *num.* 20. quod legitimæ, & necessariæ probationes non sunt committendæ, per *Clement. sæpe de verborum significatione*.

Et quando citra culpam ligaturis, sed dolo, & arte adversarii, aut ex mora examinatoris testes non sunt recepti, tunc recipi possunt, etiam post publicatum, *de Franch. decis.* 372. *Riccius collect.* 132. *Guidon Pap. decis.* 24. *Rovitus pragm.* 2. *de testium refrænatione*.

Et officium Judicis est indagare veritatem.



IN LEONARDI RICCII PRAXIM,

DE ACTIONIBUS, ET EXCEPTIONIBUS.

ADDITIONES

U.J.D. D. PHIL. FERDINANDI DE CARO.

CUM NOVIS MANTISSIS

R. D. XAVERII GRATIANI.

ADDIT. AD PRÆLUDIUM TOTIUS OPERIS.

ADDIT. DE CARO AD PRÆLUDIUM.

1. *Principiorum præcipua cognitio.*
2. *Scientiæ laboribus comparantur.*
3. *Ariſtotelis dictum.*
4. Riccius *extraxit principia ad praxim convolat.*
5. *Omnis actio utilis eſſe debet.*
6. *Prima frons libri decipit.*
7. *Ovidii dictum.*

Sicuti in ædificiis fundamentum, ſine quo nec parietes, nec conclavia ſtare, nec tecta poſ-
1 ſunt; ita in ſcientiis adipiſcendis, & in qualibet arte præcipua cognitio eſt principiorum, quæ idcirco, & ipſa fundamenta dicuntur: quom enim ſcientiæ natura nobis non inſint, non niſi magna cultura, nec niſi gradatim proveniunt; ideoque præcognitis quæque ſuis, non ſecus
2 ac fundamentis nituntur: Ait enim *Ariſtoteles* in princip. analyticor. poſter.: *Doctrina omnis, omniſque diſciplina, quæ intelligentia, & meditatione conſtat, ex antecedente fit cognitione.* Haud
3 aliter *Riccius* peractis ſummariis judiciis, partimque ex ordinariis ad proceſſum recte inſtruendum concernentibus gradatim ad reliqua prove-
4 nit, velut eorum, quæ ſcribenda ſuperſunt præparatoria, & adjumenta; enucleatis idcirco verborum ſignificationibus, æthimologiis, & definitionibus, ad judiciorum, cauſarumque praxim, & exercitium progreditur.

Sed nos nimium in præludio morari nequa-
5 quam decet, ne inutilia pertractantes, redarguamur a Phædro *lib.3. fab.17.*

Niſi utile eſt quod facimus, ſtulta eſt gloria.

Unum tamen lectori benevolo hortatum, monitumque operæ pretium duximus, ne primo aſpectu contemnat, & inconſulte rejiciat opus, an-
6 tequam latentia ſingula interiora cognoverit; etenim ſcribit cit. Phædr. *lib. 4. fab. 1. Decipit frons prima multos; & rara mens intelligit, quod interiore condidit cura angulo.*

Ne igitur in cardine ſtemus, & in veſtibulo: apte namque cadit in libro, quod de terra ceci-
7 nit Ovid. *de remed. amor. lib.1.*

Terra ſalutiferas herbas, eademque nocentes
Nutrit, & urticæ proxima ſæpe roſa eſt.

ADDIT. DE CARO AD CAP.I.

De Actionibus ad hodiernam praxim aptis.

1. *Continuatio tituli.*
2. *Actionis definitio.*
3. *Actiones quo jure introductæ?*
4. *Nulla gens vixit ſine legibus.*
5. *Rerum dominia, & obligationes, unde actiones ex jure gentium ſunt.*
6. Pomponii *reſponſum expungitur.*
7. *Ante XII. tabulas Romani Reges quoque jura dabant.*

In prioribus libris de perſonis, & de rebus viſum ſit, de obligationibus, quas actio-
1 nes reſpiciunt tertia ſupereſt pertractatio: Actio quidem obligationis effectus eſt, & filia, eſt via & medium per quod ad id, quod noſtrum eſt, aut nobis debetur, niſi ultro præſtetur, perve-
2 nitur, & auſertur invitis. Timæus Fab. *diſp. de action. theſ.1.*

Ex quo jure actiones proficiſcantur, ex jure gentium, an ex jure civili, ſeu utrum cauſa
3 remota actionum jus gentium ſit, an jus civile? quæſtio eſt inter interpretes; ſed certum eſt, nullam gentem vixiſſe, aut vivere potuiſſe abſque legibus, & magiſtratibus, quorum imperia juris gentium eſſe, pro comperto eſt. Ipſa naturalis ratio omnes docet, ſine publica auctorita-
4 te nullam hominum ſocietatem conſiſtere poſſe, quæ publica auctoritas circa judiciales perſecutiones, ſive civiles, ſive criminales quam ma-
5 xime verſatur, & apud omnes conſtat, rerum dominia, atque obligationes, quæ cauſæ ſunt actionum proximæ, originem, ex jura gentium trahere. Caſſiodor. *lib.4. var. epiſt.10.*
6 Neque obſtat *Pomponii* reſponſum in *L. 2. §. his legibus 6. ff. de orig. jur.*, in quo habetur, ex Legibus XII. Tabularum eſſe actiones, quibus inter ſe homines diſceptarent; quia Juriſconſultus de forma actionum accidentali, juriſque Romani propria, quam ſcilicet a Prudentibus acceperunt compoſitis certis, ac ſolemnibus formulis: Anne totis ante tercentis annis nemo cum alio agere in *U*rbe potuit, aut quia
7 regia majeſtate pleraque terminabantur, nulla petitio, nulla imploratio fuit neceſſaria? *L. 6. ff. de juſtit. & jur. L. rerum 25. ff. de act. rer. amot.*

ADDIT. DE CARO AD CAP.II.

De Actionibus Civilibus, & Prætoriis.

1 *Actio valde late patet.*
2 *In foro actio quid ſit?*
3 *Jus civile quid?*
4 *Actiones prætoriæ, & civiles quid?*
5 *Prætor quomodo juris condendi poteſtatem habuit?*

Actionis nomen latiſſime patet, & omnem viventium operationem, quæ paſſioni opponi-
1 tur, comprehendit; quoad uſum vero forenſem, ceteris prætermiſſis, actio eſt, quæ cum alia perſona fit judicio, fit interdicto, quare actio prædicatur de omni lite, & cauſa, ſive civili, ſive criminali, in qua alias fere utimur *accuſationis* verbo *L. ult. de privileg. delict. L. 1. de crim. ſtell. L 8. de accuſat. L.4. C. de edendo.*

Actiones civiles ex jure civili deſcendere, ſcribit *Riccius*; Jus autem civile intelligitur, quod ex legibus, plebiſcitis, Senatus conſultis, decretis Principum, auctoritate Prudentium venit.

Actiones Prætoriæ ex jure Prætorio, quod juris civilis adjuvandi, ſupplendi, corrigendi
4 gratia Magiſtratus introduxerunt. Papinian. in *L. 7 de juſt. & jur.*

Unde

Unde autem juris condendi potestas Prætori
data est, qui tamquam magistratus jus dicendo,
non condendo, quod Majestatis tantum est, præ-
positus, juris civilis custos, non Arbiter fuit?
Nulla quidem lex reperitur, qua hujusmodi po-
testas uspiam Prætori data fuit; Sed existimant
interpretes, Prætores ab initio jure magistratus
edicta tantùm proposuisse, de quibus rebus &
tamquam jusdicturi essent. *L. 2. §. eodem tem-
pore 10. de orig. jur.* Temporis autem progressu,
non obtinente populo, hoc simul usurpasse, ut
edicendo etiam jus constituerent; sed eorum ta-
men edicta minorem vim quam leges habuerant,
nec abrogare jus constitutum, aut receptum pos-
sent, sed tantum adjuvare, supplere, corrigere,
hoc est juris civilis rigorem mitigare. *L. cum
sponsus 22. § 4. de Publ. in rem. ad l. t 2. o. 1. de
bon. poss. L. 7. § 1. de just. & jur.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. III.

De actionibus rei persecutoriæ, pœnalibus,
& mixtis in simplum, vel in duplum,
& de actionibus bonæ fidei,
& stricti juris.

1. *Actiones rei persecutoriæ quænam sunt.*
2. *Dantur heredibus, & in heredes.*
3. *Ex delicto an dentur in heredes?*
4. *Actiones pænales, & mixtæ quænam?*
5. *Actio fam. herciscundæ, communi dividundo, & fi-
nium regundorum sunt mixtæ.*
6. *Ratio adducitur.*
7. *Origine sunt in personam, fine, & effectu sunt
mixtæ.*

PRaxim multarum actionum scripsimus, & i-
dem *Riccius* scripsit in anterioribus partibus,
ubi de assistentia, petitione hereditatis, sive de
præambulis, legatis, legitima, emphyteusi, as-
securatione dotium, & similibus, &c. factus fuit
sermo.

Illæ omnes rei persecutionem continent, quique
1 persequimur, quod ex patrimonio nobis abest,
videlicet, quod est in patrimonio, & ab alio te-
netur, quod esse desiit, sed ex obligatione resti-
tuendum, quod nobis debetur ex contractu, quod
nobis abest, æstimationem continet. *L. 15. de
actionib.*

Omnes istæ actiones rei persecutoriæ, & he-
2 redibus, & in heredes dantur. *L. si in rem 42.
de rei vindic. L. actionum 54. de obl. act.* præcipue
quæ ex contractu descendunt, licet delictum
quoque versetur, in sol dum in heredes dan-
tur. *L. 4. C. de hered. action. L. 7. §. 1. deposit.*
&c.: Quæ vero rei persecutoriæ sunt ex delicto
venientes, prout actio rerum amotarum, & con-
dictio fortiva, licet dubitatum fuerit, an in he-
redes in solidum dentur, attamen affirmativè
3 concludendum est. Arnold. Vinn. *Inst. lib. 4.
tit. 2. §. 1. num. 1. & 2. &c.*

Pænales actiones sunt illæ, quibus persequi-
mur pænam legitimam, non quod ex patrimonio
4 nobis abest. Mixtæ sunt, quibus rem simul, &
pænam persequimur.

Actio familiæ herciscundæ, communi dividun-
do, & finium regundorum dicuntur quoque mi-
5 xtæ, non quia ut ceteræ mixtæ, rei, & pænæ
persecutionem continent, quum persequendæ rei
causa tantum comparatæ sint; sed quia partim
in rem esse videntur, partim in personam; di-
cuntur quoque alio sensu actiones, sive judicia
duplicia, nimirum, quod in his uterque ex li-
tigantibus duplicem personam sustinet, actoris
6 scilicet, & rei. *L. in tribus 13. de jud. L. judi-
cium 10. fin. reg. L. inter coheredes 44. §. qui fami-
liæ 4. fam. herc.*

Ex aliis quoque ratione dici possunt mixtæ,
7 nam licet revera ex earum origine, & essentia
sint actiones in personam, fine, & effectu com-
munes cum actionibus in rem sunt. *L. 1 fin. reg.
§. 1. C. de ann.* Vinn. *lib. 4. tit. §. 1. Just.*

ADDID. DE CARO AD CAP. IV.

De Silva particularium actionum.

1. *Actio redhibitoria quænam?*
2. *Unde veniat, & quid producat?*
3. *Actionis redhibitoriæ ethimologia.*
4. *Actio quanti minoris quid?*
5. *Differentia harum actionum.*
6. *Actio quanti minoris cui, & quando detur?*
7. *Requisita, ut detur actio redhibitoria.*
8. *Venditor scit qualitatem in redhibitoria.*
9. *Quid, quando morbus utrique est ignotus?*
10. *Pæna venditoris, qui vendit scienter, vel ignoranter
rem vitiosam.*
11. *Venditor ad nihil tenetur vitio patente.*
12. *Quid animale vendito decedente?*
13. *Protestatio an, & quænam juvet?*
14. *Si animal convaluerit, pendente hoc judicio, cessat
actio redhibitoria.*
15. *Formula instantiæ actionis redhibitoriæ.*

ACtio redhibitoria versatur circa fraudes, quæ
a venditoribus committuntur. *L. 1. ff. de æ-
1 dilit. edict.* Per hanc succurritur emptoribus, qui-
bus manifestare debent venditores rei venditæ
vitium, excepto quando quis vendat servum fu-
rem, nam emptor scire debet, hoc vitium ser-
vis familiare esse. *L. si furtum ff. de ædilit. edict.*
Sed si venditor asseruisset servum furem non es-
se, tunc hac actione tenebitur. *L. si furtum do-
mino ff de ædilit. edict.*

Edictum prædictum duo tantum enumerat,
2 morbos scilicet & vitia, propter quæ duæ com-
petunt actiones, Redhibitoria, videlicet, & quan-
ti minoris. d. *L. 1. §. sed sciendum ff. eod.*

Actio hæc redibitoria dicitur quasi rehabitio,
seu redditio rei venditæ perinde ac si nec em-
ptio, nec venditio intercessisset, quæ locum ha-
bet, quando res vitiosa, vel morbosa vendita sit.
L. redhibere. L. facta redhibitione ff. eod. Actio vero
quanti minoris coincidit in redhibitoriam, quia
datur in omnibus casibus, in quibus hæc datur,
& tantum differt, quod non resolvit contractum,
4 sed tantum id, quod ultra commune pretium
dediti, propter vitium ignotum repetes; &
etiam differt in tempore, quia hæc anno præ-
scribitur, sed redhibitoria per sex menses. Ca-
bellin. *tract. de evict. ad libellum de ædilitiis action.
cap. 3.* Cæpoll. *de adject. cap. Tempus autem, n. 1.*

Datur igitur actio *quanti minoris* emptori, qui
minori pretio emisset, si rei vitium scivisset,
6 & repetit plus solutum, & hæc datur heredi
contra principalem, sive ejus heredes, sed non
in singularem successorem. *L. si tamen ff. ædili-
tia ff. eod.* Cæpoll. *loc. cit. cap. deinde causa. n. 8*

Actio redhibitoria locum habet in stabilibus,
ut prato herbis pestiferis asperso, mobilibus, ut
7 carne morbosa, leprosa, &c. Et se moven-
tibus. Ad hoc ut competat, quatuor requirun-
tur. Primum, ut interveniat venditio, aut per-
mutatio alicujus animalis. 2. quod animal sit
morbosum. 3. quod morbus latuerit tempore
venditionis. 3. quod emptor verisimiliter non
emisset, si vitium scivisset, quis si vitium tale
esset, ut emisset, datur actio quanti minoris.
Fabian. de Monte *de empt. & vendit. qu. 6. princi-
pal. n. 56.* Ludov. Peguer. *dec. 126. nu. 3.* Megal.
in secunda secundæ lib. 2. cap. 6. n. 151. &c.

Ex quo venditor rerum suarum qualitatem
scire præsumitur, datur hæc actio emptori, et-
8 iam si venditor morbum animalis venditi igno-
rasset. Cæpoll. *de ædilit. edict. cap. causa hujus. n.
8.* Sed si morbus ambobus notus sit, vel emptor
sit peritus animalium, non datur hæc actio. Pe-

3 non coguntur cum vitæ periculo ob aeris mutationem, v.

§. I.

XXXIV. Considerandosi da Noi, che le Ferie, che si chiamano estive, le quali cominciano
4 no da' 14 del mese di Luglio, e per antica consuetudine han soluto durare fino a tutto il mese di Ottobre siano affatto inutili; e che in vece di sollecitare, contribuiscano molto al ritardamento del disbrigo degli affari; Ordiniamo perciò, che restando ferme dette Ferie solamente a riguardo del beneficio, che per le medesime godono i Debitori, e i Rei assenti, ad oggetto, che questi non siano obbligati di presentarsi col pericolo della vita per la mutazione dell' aere: del rimanente i Tribunali debbano reggersi continuamente in tutte le giornate, che non siano feriali, come si prattica negli altri tempi dell' anno, procedendosi anche alle compilazioni de' termini ordinarj. Ed all' incontro, affinchè non meno i Ministri, che gli Avvocati e le Parti litiganti possino avere qualche respiro dalla loro continuate applicazioni, per poterle poi dopo un competente respiro ripigliare con maggior vigore, vogliamo, che la Feria debbano principiare dal primo dì del mese di Ottobre, e durare fino alli 15 del mese di Novembre *inclusivè*, senza che in detto tempo si reggano affatto i Tribunali; e sia lecito a' Ministri di poter andare a villeggiare in quei luoghi, che meglio loro piaceranno: restando però in Città due Giudici Civili, e due Criminali in giro, da destinarsi dal Reggente della G. C. della Vicaria per le cose ordinarie correnti, e premurose, che non patiscono dilazione.

Feriarum tempore nemo compellitur in jus venire *L. 1. ubi ff. de feriis*; Imo etiamsi Par-
5 tes feriis renunciaverint, non compellitur Judex jus dicere, aut testes testificare, quibus nocere non potest Partium renunciatio. Thesaur. *decis.* 39. Rovit. *in Pragm.* 1. *nu.* 6. *de fer.*
6 Testes regulariter examinari non possunt diebus feriatis præter tres casus. Primo si testes juraverint die non feriato, quia tunc possunt examinari etiam die festivo ad honorem Dei,
7 quia tempus juramenti non receptionis attenditur. Mascard. *lib.* 1. *qu. nu.* 92. Viv. *opin.* 992. *nu.* 2. Guid. Pap. *decis.* 125. & 215. *nu.* 3 Menoch. *de arbitr. jud. quæst.* 30. *in fin.*

Secundo si fuissent examinati testes die feriato
8 non festivo in honorem Dei, vel Sanctorum, de consensu ambarum Partium, Corset. *in singul. ver. Testis.*
9 Tertio si adesset periculum perituræ probationis, quia hoc casu possunt examinari Testes etiam diebus feriatis. Abb. *in cap. quoniam frequenter, nu.* 22. *v. unde puta, ut lit. non contest.* Mantic. *in repert. test. rubr. jurare quo die, & tempore debeant, col.* 2. *v.* 4. penes Rodoer. *ad. Reg. de Marin. resol. lib.* 1. *cap.* 18. *nu.* 12. 13., & 14. ubi undecim casus numerantur, in qui-
10 bus etiam feriatis diebus procedi potest.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XLIX.

De Exceptione Cautionis Expensarum.

1. *Cautio expensarum quare introducta?*
2 *Cautionem petit Reus ab Actore, & Actor a Reo in reconventione, & Partium consensu omitti potest.*
3. *Cautione petita, omninò præstanda est.*
4. *In subsidium admittitur juramentum.*
5. *Formula cautionis expensarum præstita in Magna Curia Vic.*
✠ 6. *Fidejussor de judicatum solvendo, an censeatur li-*

liberatus, si principalis fuerit absolutus in prima instantia?

7. *An possit dicere de nullitate sententiæ vel petere discussionem principalis?*

8. *Fidejussor de judicatum solvendo per unum tribunal, an teneatur si causa remittatur ad aliud tribunal? Et quid si causa fuerit evocata per alium Judicem?*

9. *Fidejussor obligatus per instrumentum publicum, an possit agere contra debitorem antequam solvat, & quando dicatur debitor diu stetisse in obligatione?*

10. *Promittens fidejubere, an habeatur ut fidejussor?*

11. *Peremta instantia, an liberetur fidejussor?*

CAutio expensarum requiritur, ut audacia temerè litigantium deprimatur, & ut Reo con-
1 vente consulatur, ne præter innumerabilia incommoda, quæ lites afferunt, etiam expensis gravetur. *Cap. finem litibus* 5. *de dolo, & contum*.

Hanc cautionem non solum Reus ab actore,
2 sed actor quoque a Reo in causa conventionis petere potest, & tacito partium consensu omitti potest, suppleriquc in qualibet parte judicii, sed omissa, processum non reddit nullum. Bald. *in Auth. Generaliter*, *n.* 17. *C. de Episc. & Cleric.*

Petita hac cautione per unam partem omnino
3 præstanda est; aliter enim Judex ad ulteriora procedens, prævia Rei protestatione processum nullum facit; In subsidium hujus cautionis, admittitur juramentum, quod omnem calumniæ
4 præsumptionem excludit propter Dei ultoris testimonium, quod etiam testatur Ricc. *nu.* 19. Novell. 112. §. *ad excludendas* Bocer. *clauf.* 0 *disp.* 17. *de litigant. caution. th.* 74. Farinac. *in repert. judic. qu.* 90. Berlich. *conclu. practicab. tom.* 1. *concl.* 20. *nu.* 52. *de satisdatione, &c.*

Formula cautionis expensarum præstitæ
in M. C. V.

In causa T. de T. cum T. de T. & aliis, ut ex actis, &c.

Die 9. mensis Decembris 1740. Neap. Constitutus penes acta M. C. V. Mag. U.J.D.T. de T. qui sponte expromittendo, & fidejubendo
5 nomine, & pro parte T. de T. &c. expromittit & se obligavit reficere parti adversariæ omnes, & quascumque expensas in præsenti causa erogatas, & erogandas in casu succumbentiæ; & ad majorem cautelam fidejussit pro eis, & insolidum cum eis se obligavit prædictus Mag. U. J. D. T. de T. sponte promittens, fidejubens, & forma prædicta, & proinde obligavit se ipsum, bona ejus præsentia, & futura, ejusque heredes, & successores, cum potestate capiendi, etc. constitutione precarii etc. et sic juravit, et renunciavit, etc.

U. J. D. T. de T. Expromitto, & fidejubeo ut sup. &c.

6 Celebrescit in dies præsens controversia, an fidejussor de judicatum solvendo censeatur liberatus, si principalis fuerit absolutus in prima instantia, & in causa appellationis condemnatus? Affirmantem sententiam tuentur quamplurimi Doctores relati a Gratiano *discept.* 348., modo promissio facta sit de certa persona nominatim expressa, non de certo Judice, sub nomine Judicis. Qua propter cautelam tradunt, ut Notarius talem fidejussionem recipiens de consensu fidejussoria annotet in actis eundem se obligare de stando juri, & judicatum solvendo coram quocumque Judice, & in quacumque instantia. Secus tamen esset si fidejussit absolute fuerit præstita respectu causæ tribunali inferiori, & causa ex remedio appellationis devolveretur ad tribunal superius, ut a curiis Baronum ad regias Audientias, & gradatim ad M. C. V., vel S. R. C., quia cum ista sint tribunalia ad invicem subordinata, Judex appellationis succedit in locum primi, ac proinde fidejussoris promissio ad ejus condemnationem extenditur, cum per appellationem non finiatur judicium, nec actio, nec personæ mutentur; Ursill. ad Affl. *dec.* 202. Thor. in *compend. decis. ver. fidejubens*.

7 Discussio principalis de judicatum solvendo, an possit opponi per fidejussorem, vel saltem dici de nullitate sententiæ, late examinant Vant. de *nullit.*, Rocch. *respons.* 7., Petra *rit.* 217., & Muscatell. *de fidejus. par.* 2. *qu.* 10. *num.* 32.

8 Exinde sequitur, quod si lite pendente in aliquo tribunali non subordinato, in quo præstita fuit fidejussio de judicatum solvendo, remissa fuerit causa ad aliud, ad quod ejus cognitio pertinebat, non tenetur fidejussor, ea ratione, quia fidejussio coram una persona facta, vel propter unam causam, ad aliam non trahitur, *l. si unus §. ante omnia. ff. de pactis*.

Idem dicendum, si Princeps sua authoritate avocet causam, eam delegando Judici particulari, de Marin. *lib.* 1. *res.* 138. *n.* 34. Marth. *de jurisd. par.* 4. *cas.* 278.

Limita si fidejussor sit obligatus in amplissima forma, puta solvere judicatum in quocumque Tribunali, Noguerol. *alleg.* 7. de Franch. *decis.* 602.

9 Notissimi juris est, fidejussorem non posse molestare debitorem principalem, antequam solvat, nisi in certis casibus, puta si debitor diu cessaverit in debiti solutione, aut bona sua dissipare cæperit, vel etiam si casu paupertas debitori supervenerit, vel si fidejussor pro eo condemnatus fuerit, vel aliqua inter eos exorta sit inimicitia, *l. si pro ea C. mandati, & C. si mandatum, §. sed si mandavero ff. eod.* Nec obstat dicere fidejussorem instrumento guarentigiato obligatum haberi pro condemnato, licet adhuc non sit relaxatum mandatum, ac proinde recte petere posse, ut a fidejussione eximatur, vel securitas sibi detur. Cum enim fidejussor prævidere potuerit tempore fidejussionis posse contra eum ab executione incipi, humanitatis ratio non patitur, debitorem a fidejussore molestari, adhuc ipso a creditore non molestato, alias nullum commodum reportaret debitor ex fidejussione, imo potius, quod maxime dedecet, amicus amici beneficio deciperetur; Revert. *decis.* 499., Fontan. *de pact. nupt. part.* 3. *n.* 23. aliique, qui Judicis arbitrio relinquunt, quando dicatur debitor diu stetisse in obligatione. Quod si fidejussor pro fidejussione mercedem acceperit, tunc nunquam agere posse, ut ab obligatione liberetur, quia suscepit mercedem periculorum, tradunt communiter DD. relati a Merend. *lib.* 11. *controver. cap.* 21. *n.* 11.

10 Superiori cohæret quæstio, an is, qui promisit se fidejussurum pro Titio, possit tanquam fidejussor conveniri, etiamsi deinde non fidejusserit; Molfes. in *consuet. neapol. tit. de renunciat. qu.* 11. *num.* 23. Amat. *cons.* 89. *n.* 21., & Merend. *hic*, post rejectas aliorum sententias, distinguendum esse tradunt, utrum quis promittat suscipere obligationem tanquam principalis, vel tanquam fidejussor; dum enim pure promittit quis vendere, donare, veluti quid a se proprio nomine præstandum, si nihil addiderit, quod suam possit retardare obligationem, puta diem, aut conditionem, eam promissionem tunc temporis suscepisse hujusmodi obligationem quoad substantiam, consequenter nihil esse impedimento, quominus virtute ejusdem promissionis conveniatur secundum modum hujusmodi promissioni congruum. Ubi vero quis simpliciter fidejubere promittit, habet respectum ad eas promissiones, quibus debi-

bitores suis fidejussoribus obstringi solent, scilicet ad eas cautiones, quæ hujusmodi fidejussionibus apponi solent pro fidejussorum indemnitate, alias contractus claudicaret; si ergo debitor interim grave æs alienum cum bonorum obligatione contraxerit, res non est amplius integra, & consequenter sibi debet imputare creditor, quod eum non interpellaverit ad fidejubendum. Videsis Fabrum *definit.* 4. C. *de fidejuss.*

11 Peremta instantia liberatur fidejussor, *l.* 2. *ff. judic. solu.* Gratian. *discept.* 860. *n.* 33., Paschal. *de patr. potest par.* 1. *cap.* 8. *num.* 703., nec obstat si instauretur instantia per insufflationem spiritus; cum enim non fiat naturaliter, quia a privatione ad habitum non datur regressus, sed ex gratia Principis, non præsumitur hic velle restituere cum præjudicio tertii.

ADDIT. DE CARO AD CAP. L.

Expensæ in quibus casibus per litigantes reficiuntur.

1. *Expensæ hodiè reficiendæ sunt victori ex ultima Reg. Constit.*
2. *Expensarum hodiè fit calculus.*
3. *Capitulum Reg. Const. transcribitur.*
4. *Praxis calculi faciendi.*
5. *Requisitoria.*
6. *Contra calculum unica revisio, & unicum remedium produci potest.*
7. *Nullo existente impedimento executioni demandatur.*
8. *In causis criminalibus ex officio expensæ non repetuntur.*

✠ 9 *Causæ ab expensis excusantes, enumerantur.*

10. *An teneatur actor ad expensas, si plus petiit, & reus non obtulit summam vere debitam?*
11. *Diætæ Officialibus debitæ pro capiendis informationibus, a quo solvi debeant?*

HOdie expensæ reficiendæ sunt victori per victum, attenta ultima *Regal. Constit. diei* 18. *Martii* 1738. §. 1. *num.* 33. in quocumque Tri-
1 bunali in causis ordinariis, & executivis, eodemque unico decreto condemnandus est ad expensas, aut absolvendus. Pro quibus expensis transacto decreto in rem judicatam, fit calculus
2 per Scribam causæ, contra quem unica revisio admittitur, & nullitatum remedium cum deposito: E. G.

§. I.

XXXIII. *Per raffrenare le tante ingiuste liti, che s' introducono ne' Tribunali senza ponderarsi dalle par-*
3 *ti, se l' assiste, o nò la Giustizia, ma solo per defatigare i litiganti, e ricavarne qualche profitto. Ordiniamo perciò, che quelli, i quali averanno litigato, e soccumbito, debbano in qualunque Tribunale tanto per le cause esecutive, quanto per le ordinarie pagare irremisibilmente le spese di tutti due i giudizj, alle quali nell' istesso decreto diffinitivo, o sentenza debbano essere condennati, o pure dal pagamento delle medesime essere assolute. Per le quali spese, fatto che averà il decreto passaggio in cosa giudicata, dallo Scrivano della causa con tutta la celerità se ne debba formare il calcolo, avverso del quale si debbe ammettere uno sola revisione, senza potersi produrre altro gravame, se non solamente quello delle nullità col deposito.*

Quare praxis est, quod in eodem decreto ordinetur *condemnetur &c. aut solvat &c. una cum*
4 *expensis in utroque judicio erogatis, pro quibus fiat calculus per Scribam causæ, audita parte, hoc suum &c.*

Notificato prædicto decreto, & in rem judicatam transacto, fit requisitoria a Scriba causæ, videlicet.

5 Die 7. *mensis Septembris* 1741. *Neapoli.* Requirantur *partes ad videndum calculum faciendum T. de T. Scriba causæ, & Calculator elect.*

Visa relatione notificationis hujus requisitoriæ fit calculus expensarum, qui parti notificatur,
6 contra quem unica revisio admittitur, & nullitatum remedium cum deposito, ut supra. Nullo autem existente impedimento, aut hoc subla-
7 to ordinantur præcepta de solvendo, & postmodum executoriales literæ emanantur.

In causis criminalibus, quando proceditur ex officio nulla partium existente querimonia, pro
8 earum interesse, non habetur expensarum ratio, nec ad illas partes tenentur. Bajard. *ad Clar.* 64. *num.* 37. *in fin.* Guglielm. *de Benedict. in cap. Raynutius. versi. mortuo testatore* 1. *num.* 169. *de testament. &c.*

✠ 9 Convenit hic adnotare justas causas, quæ ab expensis excusant. Appellatio, vel reclamatio a decreto, vel sententia condemnationis inprimis ab expensis relevare, compertum est; cum enim possit decretum, vel sententia revocari, justum non est, victum in expensis condemnari; quod secus est, si reus in prima instantia nil probaverit, *prag.* 2. *de expens.* Afflict. *decis.* 358. Rovit. *in pragm.* 1. *de expens.* 2 error juris dubii; quapropter si ageretur de interpretando aliquo statuto, vel lege, hinc inde a partibus controversa, immunis erit victus ab expensis. Abb. in *cap. finem litibus de dol. & contumac.* 3 opinio, vel consilium unius, duorumve Doctorum magnæ, & approbatæ fidei, Reg. Sanfelic. in *prax. sect.* 61. *num.* 26. 4 ratione sanguinis, vel amicitiæ non condemnatur victus ad expensas in beneficium victoris consanguinei, Fabr. in C. *tit. de lit. expens. definit.* 63., Afflict. *de jure prothom. num.* 26., Menoch. *de arbitr. cas.* 88. *num.* 6. Demum si quis litem instituerit, testium fiducia, & integritate motus, qui postmodum contrarium fuerint testificati, Menoch. *cas.* 16. *n.* 11. Felin. *in cap. extra de calumniat.*, aliique.

10 Evenit aliquando, ut actor plus petat, quam revera consequi debeat, quo casu, quia in majori summa inest minor, & summam vere debitam reus non obtulit, ad expensas etiam condemnatur, Petra *rit.* 297. *num.* 12.

11. Novissime Rex Carolus sua constitutione edita Kalendis Novembris anni 1737. ad petitionem hujus fidelissimæ Civitatis, hæc statuit quoad diætas solvendas Officialibus de re criminali informationem capientibus, videlicet: *Item acciocchè gl' innocenti non siano dispendiati, supplicano per l' esatta osservanza del cap.* 11. *del Re Carlo II. dell' anno* 1672. *fol.* 206., *che gli Officiali, i quali vanno a prendere informazioni di cause criminali, non possano pretendere diete dagl' inquisiti, se questi non siano condannati, o transatti* Cui supplicationi sic annuit: Placet, *quæ constituta sunt, fideliter executioni mandari.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. LI.

De Exceptione cautionis de judicio sisti, & judicatum solvendo.

1. *Cautio de judicio sisti quando parit effectum?*
2. *Cautio judicatum solvendi quando?*
3. *Cautioni huic Partes renunciare possunt expresse, & tacite, nec nullitas indè oritur.*
5. *Cautio hæc quando præstari debeat?*
6. *Quando non invenitur fidejussor in loco judicii, præstatur in loco domicilii.*
7. *Praxis hujus conclusionis.*
8. *Fidejussores ex necessitate, non ex voluntate potissimum in loco domicilii recipiuntur.*

CAutio de judicio sisti suum parit effectum toto tempore litis, qua finita, expirat; sed cautio judicatum solvendi caventem non ligat, nisi
1 lite finita, & judicato, seu sententia publicata, ad cujus effectum, vel aliquid dando, vel faciendo cavens tenetur, hodie præstatur dicta
2 cautio per viam expromissionis. Boer. *dec.* 314. *num.* 3. Fontanell. *dec.* 230. *&c.*

Huic exceptioni Partes ipsæ tacite, vel expresse

presse renunciare possunt, nec nullitas processus
3 uritur, nisi eo casu, quo petita fuisset, & non
præstita; acta essent nulla, argum. *L. non dubiam*
C. de Legib. Bald. in Auth. Generaliter C. de Episc.
& Cleric. Muscatell. *in prax. glos. expensis part.* 3.
nu. 27.

Cautio de judicio sisti, & de stando juri, vel
judicatum solvendo præstari debet, quando debi-
4 tor est profugus, vel de fuga suspectus, ideoque
procurator adversus mandatum opponere solet
hujus exceptionis implementum.

A contumace quoque præstari debet in hora
judicii cautio de stando juri, & etiam ab illis, qui
5 præventionem aliquem fecerunt, Affl. *dec.* 137.

Verum quando fidejussor non invenitur in lo-
co judicii, permittitur, quod cautio præstetur
6 in loco domicilii. Affl. *cit.* 187. ubi concludit,
quod quando debitor prævenit suum creditorem,
ante citationem impetrare potest a Judice judicii,
ut remittat ad domicilii Judicem fidejussorum
receptionem, & illam captam ad judicem judicii
remittat, dummodo tamen dicti fidejussores sint
7 sub eodem Rege, & ante citationem sint recepti,
& hoc modo intelligi debet decisio in contrarium,
d. Affl. n. 1, *&* 4. *d. dec.* 137. Bartol *in l.* 3. *pen.*
qu. ff. de fidejussor. Alex. *in l.* 1. *ff. qui satisd. cog.*

Quando fidejussores dandi sunt ex necessitate,
non ex voluntate, tunc dubium non est, quin re-
8 mitti possint ad locum domicilii. Ursill. *ad dict.*
decis. Affl. 137. *n.* 1., *&* 2.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LII.

De Exceptione carentiæ, & incompetentiæ actionis, notorii juris agendi defectu, & de jure tertii, & tua non interest.

1. *Exceptiones carentiæ actionis, notorii juris agendi defectus &c. tot sunt diversæ, quot sunt jura, ex quibus descendunt.*
2. *Exceptio tua non interest contra quem opponitur?*
3. *Nomine alieno agens in principio suam tenetur legitimare personam.*
4. *Exceptio tua non interest anomala.*
5. *Sine actione nemo agere potest.*
6. *Constit. Exceptionem filiationis explicatio.*
7. *Decisio S. C. junctis Aulis.*

Hæ exceptiones inter se distinctæ, & diversas
definitiones contineant, quot sunt fontes, &
jura, ex quibus nasci possunt, quæ partim a Ricc.
sub num. 1. *& seqq.*, collecta sunt.

Exceptio *tua non interest* contra illum, qui no-
mine proprio agit, opponi non potest ante litis
2 contestationem. Carav. *in Rit. M. C. V.* 191. n. 7.
Scialoya *de for. compet.* cap. 33. *num.* 438.

Contra illum verò, qui nomine alieno agit, ve-
luti procurator, tutor, Curator &c. optimè op-
poni potest, quia in principio suam tenetur legi-
3 timare personam, alias a Judice uti carens actione
a judicii limine repellitur. Golin. *de procurat. part.*
2. *cap.* 3. Pacion. *de probat. lib.* 1., *cap* 57. *num.*
28., *& seq.* Menoch. *cons.* 1244. *lib* 13. *num.* 59.
Guttier. *de tutel. & cur. par.* 3. *cap.* 8. *&c.*

Exceptio *tua non interest*, inter anomalas exce-
ptiones connumeratur, quæ significant actionem
4 actori non competere, vel sine actione agere, vel
perempta actione: sine actione enim nemo ad agen-
dum, reumque vexandum permittitur. *L. si quid*
34. §. *illud ff. de petit. hered. L. quoties* 10. §. *item*
si temporali ff. de admin. tutor. L. tutores 40. *ff. eod.*
gloss. in cap. Constitutis 57. *v. quo jure, de elect.*

Respectu *Const. Exceptionem filiationis* S. C. sub
die 23. Octobris 1613. junctis duabus Aulis ju-
dicavit, hanc Constitutionem esse intelligendam
6 in exceptionibus exemplificatis in textu, quæ sunt
exclusivæ actionis, in quibus remanet firma dispo-
sitio juris communis, ut videlicet quando in
promptu constat Actori non competere actionem
intentatam, impediatur processus ad ulteriora
7 ex regula textus in *L. si pupil. §. videamus, ff. de*
negot. gest. ubi DD., quos late recenset Menoch.
de arbitr. judic. qu. 16. prout ex testimonio Reg.
Rovit. scribit Petr. *in Rit. M. C. V.* 294. n. 16.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LIII.

De Reconventione.

SUMMARIUM.

1 *Reconventionis materiam tractantes scriptores recensentur.*
2 *Reus conventus dupliciter reconvenire potest.*
3 *Compensationem adhibere potest, quando æquales sunt prætensiones.*
4 *Reconventionem verò quando utriusque jura discrepant.*
5 *Reconventio est actio.*
6 *Reconventio non inducit confessionem principalis debiti.*
7 *Proponitur per modum exceptionis.*
8 *Reconventionis effectus.*
9 *Reconventio quando proponenda sit?*
Distinctio, eod.
10 *Si proponatur in principio litis quid?*
11 *Si post litem, quid?*

De hac materia fusè scripserunt Alexand. Tren-
tacinq *lib.* 2. *var. tit de mutuis petition.* Ma-
resca *de reconventione*, Bernardinus Ursinus, *tract.*
1 *de reconventione*, Gonzalez *ad cap.* 1. *de mutuis*
petition. Medices *de compensat. part.* 2. *cap.* 1. An-
sald. *de jurisdict. part.* 3. *tit. unic. cap.* 9. & alii.

Reus conventus ad aliquid dandum, vel ad-
2 implendum, si ab actore rem aliquam consequi
debet, dupliciter potest hanc juridice repetere:
Etenim aut creditum Rei est æqualis valoris,
sive æque liquidum; & compensationem habet,
qua actoris creditum expungere potest. *L. fin.*
3 ibique Bald. C. *de compensat.* Cancer *de reconvent.*
cap. 13. *num.* 20. Marant. *in prax. part* 4. *dist.* 6.
num. 1., *&* 2. Postius *de manuten. observ.* 65. *nu.*
4., *&* 5.

Aut creditum Rei non est æque liquidum,
4 vel si æque liquidum, non est compensabile,
vz. si est speciei cum quantitate; & hoc casu
mutua actione reus convenire potest Actorem
electo, licet a lite in competenti. *L. fin. C. de*
compensat. L. cum Papinianus, Auth. & consequen-
ter C. de sent. & interlocut. omn. judic. cap. 1. *&* 2.
de mutuis petition.

Reconventio non est exceptio, sed vera actio
per se stans, ita ut non requiratur, ut reus
5 citetur verbis expressis reconventionis, sed suf-
ficit ut actionem suam adversus actorem propo-
nat. Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 21.
Merlin. *centur.* 2. *cap.* 24. *n.* 21. *&c.*

Per reconventionem propositam reus non fa-
6 tetur rem petitam ab actore, quia vere, & rea-
liter duæ res, duæque actiones in uno judicio
sunt, & effective duæ sententiæ proferuntur,
licet unico contextu. Maresca *de reconvent. enar-*
rat. 1. *num.* 159. Ansald. *de jurisd. part.* 3. *tit.* 11.
cap. 9. *num.* 87. *&* 88.

7 Licet reconventio sit actio, attamen dicitur pro-
poni per modum exceptionis, quia deducta in re-
conventione consecutionem liberam rei per acto-
rem deductæ impedit, & idem Judex super utra-
que pronunciare debet. Marcian. *disp.* 73. *num.* 9.
Vivius *decis.* 128. *num.* 23. *&c.*

Effectus reconventionis sunt, ut utraque peti-
8 tio unica eademque tale judiciaria tractetur, &
coram eodem Judice per prorogationem, quia
non debet quis dedignari eum contra se Judicem
habere, quam ipse pro se contra alium elegit.
Gonzalez *ad cit. cap.* 1. *n.* 7. *de mutuis petition.* Mer-
lin. *centur.* 2. *cap.* 23. *&c.*

Reconventio proponenda est in ipsa litis con-
te-

9 testatione, vel immediatè post: Franch. *decis.* 376. *num.* 1. Carleval. *de judic. lib.* 2. *disp.* 7. *num.* 5. Et licet nonnulli putent, in Regno usque ad factam monitionem posse reconventionem proponi, attamen utraque opinio per distinctionem conciliand a est; quia si proponatur in principio, 10 ambæ actiones eodem judicio, termino, & sententia terminantur, & Judex aliter faciens, partibus gravamen inferret: Ansald. *loc. cit. num.* 92. Merlin *cit. cap.* 33. *num.* 2. Cancer. *de reconvent. num.* 9. Sanfel. *dec.* 184. *num.* 11. *&c.*

Si vero proponatur post litem contestatam, prorogatur Judicis jurisdictio, sed amittitur beneficium simultanei concursus, & terminata causa 11 conventionis, lataque sententia, agitur causa reconventionis, Franch. *dec.* 376. Barbos. *in l. qui prior. num.* 26. *de judic.* Ansald. *loc. cit. num.* 80.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LIV.

De Laudatione in Authorem.

SUMMARIUM.

1 *Neapolitani Authores laudati fori privilegii gaudent,*
2 *Fiscus similiter.*
3 *Fisci competens Tribunal est Regia Cam. Summ.*
4 *Fiscalibus instantiis formatis, Actuarius statim asportet acta ad domum Domini Commissarii.*
5 *Transcribitur cap. ultimæ Regalis Constitutionis.*
6 *Reg. Pragm. antiqua adducitur.*
7 *Alia concordans transcribitur.*
8 *Author laudatus potest appellare a sententia lata contra laudantem.*
9 *Clericus laudans laicum in foro Ecclesiastico quid?*
10 *Ecclesia, Clericus, Fiscus laudati foro gaudent.*

Neapolitani sive sint principales Rei, vel actores, sive authores laudati fori privilegio gaudent, ita ut causam ad eorum forum trahant. Anna *singul* 45. Marcell. Casa *de modo artic.* §. 2. *glos.* 1. *num.* 51. Petra *ad Capyc. decis.* 59. *&* *decis.* 197. *add.* 1. *& ad Grammat. dec.* 21. *num.* 6. *&c.*

Hoc fruitur privilegio etiam Fiscus in Au- 2 thorem laudatus, qui trahit causam etiam cœptam, ejusque processum ad suos Judices, avocans ab ordinariis Judicibus. Paul. de Castro *in l. venditor* 44. *num.* 3. *ff. de judic.* Soccin. *conf.* 46. *num.* 1. *vol.* 4. Capyc. *dec.* 197. *num.* 4. *&* 5. Cavalcan. *lib.* 1. *dec.* 8 Franch. *dec.* 117. *num.* 2. Dec. *conf.* 700. *num.* 8. Peregrin. *de jur. Fisci lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 9. Io. Vinc. de Anna *alleg.* 121. *lib.* 2. Cancer. *var. resol. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 44

In nostra Civitate Tribunal competens Regii 3 Fisci est Regia Camera Summariæ, ubi adest Advocatus Fiscalis, qui instantias pro tuendis juribus Regii Fisci format, quibus formatis, Actuarii statim asportare debent acta expedienda ad domum Commissarii, ex dispositione ultimæ Regalis Constitutionis diei 18. Martii 1738. v3.

§. IV.

Per la Regia Camera della Sommaria.

XI. Dopo che dall' Avvocato Fiscale si fa- 5 ranno formate le istanze ne' Processi, non possano gli Attuarj, che li presentano, tenerli presso di loro più che una sola giornata, ma debbano portarli subito a dirittura espedendi in casa de' Presidenti Commessarj sotto pena di privazione di officio, ed altre pene ad arbitrio del Tribunale, per lo di cui effetto l'Avvocato Fiscale debba tenere in sua casa un Registro, in cui gli Attuarj debbano notare di propia mano la giornata, in cui si prendono le istanze fiscali.

Quod Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ sit competens in causis, in quibus Fiscus Au- 6 thor laudatus, adest *Reg. Pragm.* 62. *de offic. Proc. Cæsar. n.* 7. ibi: *Item nelli negozj, che sarà chiamato il Regio Fisco per Autore laudato per cose, che avesse venduto, dato, o obbligato.*

Item statuitur in *Pragm.* 63. *eod. tit.* ibi: *E* 7 *quando alle cause de' parti, nelle quali il Regio Fisco non è Autore principale, nè reo convenuto, nè* Autore laudato *volemo, ed ordinamo, che si osservi detta Prammatica, e che si debbano rimettere dette cause de' parti al Sac. Conseglio, &c.*

Author laudatus potest appellare a sententia 8 lata contra laudantem, & non appellantem, & appellationem prosequi etiamsi transitum in rem judicatam sententia fecisset, & appellatione hac pendente, supersederi debet contra emptorem. Ursill. *ad Afflict decis.* 15. Altimar. *ad Rovit. decis.* 1. *num.* 44.

Clericus laudans laicum in foro Ecclesiastico) 9 laico condemnato per sententiam, an ejus executioni impartiendum sit brachium Regium, latè examinat hanc quæstionem Montan. *controv.* 84. *per tot.*

Author laudatus, Fiscus, Clericus, Ecclesia 10 forum declinant. Capyc. *dec.* 197. Gramat. *decis.* 21. *Pragm.* 13 *Pragm.* 71. *num.* 7. *Pragm.* 61. *num.* 3. *de offic. Proc. Cæsar.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. LV.

De exceptione nominationis in Dominum.

1. *Colonus, Inquilinus &c. per præceptum Judicis solventes, non excusantur o Domino.*
2. *Ut excusentur quid requiritur?*
3. *Contradictio, & appellatio requiritur!*
4. *Denunciatio Domino est primum requisitum.*
5. *Debitor jussus solvere quod alteri debet, protestari debet, & denunciare.*
6. *Dominus nominatus auditur in terminis, in quibus causa reperitur.*
7. *Nominatio hæc quando fieri debeat?*
8. *Nominatus ante terminum forum declinat.*
9. *Fori declinatoria non opposita quid?*

AD *num.* 4. *& sequ.* Ricc. adde quod si colonus, Inquilinus, pensionarius &c. per præceptum 1 Judicis solvat, non potest excusari coram Domino, se coactè solvisse; quia adhuc ut solutio dicatur coacta, requiritur debitoria contradictio, & solutionis recusatio per resificotiam jubenti, cui dicat se non teneri ad solutionem, & quod hac op- 2 positione non obstante Judex solutionem præcipiat Paul. de Castr. *in l.* 2. *num.* 7. *ff. de judic. l. ait. Prætor*, §. *permittitur*, *v. allegans se minorem ff. de minor.* ubi Bartol. *num.* 2. Ruin. *conf.* 147. *num.* 16. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens.* 483. *num.* 5. *&* 6. *vol.* 3. *&* 704. *num.* 7. *tom.* 4. *&* 906. *nu.* 1. *tom.* 5. Afflict. *dec.* 150. *num.* 24. *&c.*

Nonnulli etiam existimant, contradictionem 3 simplicem nequaquam sufficere, ut solvens Judicis mandato præcedente liberetur, sed requiritur quoque ut appellet, reclamet &c. Aym. Cravett. *conf.* 1. *pro Genero num.* 173. Gratian. *discept. forens.* 704. *num.* 38.

Sed inter prædicta requisita; quibus solvens li- 4 berari possit, illud præcipuum omninò est, ut recepto Judicis mandato antequam solvat, denunciet hæc Domino, ad hoc ut possit se defendere, & hac denunciatione præcedente, solutio dicitur spontè facta, nec Judicis mandatum excusat. Menoch. *de arbitr. Judic. cas.* 137. *num.* 18. Ruin. *d. conf.* 147. *num.* 17. *in fin. lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 636. *num.* 2. *tom.* 4. *&* 485. *num.* 8 *tom.* 3. Surd. *conf.* 345 *num.* 6. *in fin. lib.* 3. *&c.*

Debitor debitoris tui, sive debitor jussus solvere alicui, quod alteri debet, tenetur protestari, 5 & priori suo creditori, sive Domino principali denunciare, quæ denunciatio omnino necessaria est aliter non excusatur. Thesaur. *qu. forens.* 34. *nu.* 5. *lib.* De Franch. *dec.* 107. *num.* 9. *&* 10. *v. pro parte*, in impressis ipso vivente. *L. Prætor in princ. ff. de*

ff. de edendo. Tiraquell. *de retract. lignagier.* §. 1. *gl.*
15. Barbos. *de diction. & claus. dict.* 62. *n.* 1. *&c.*
Dominus nominatus, ad judicium veniens, au-
6 ditur in terminis, in quibus causa reperiabatur.
Foller. *ad Marant. part.* 6. *membr.* 5. *nu.* 6. Et si
compareat post litem contestatam, non potest te-
stes denuò producere. *Cap. cum super, de re judic.*
Afflict. *dec.* 15. *in princ.*
Nominatio prædicta fieri debet tempore, quo
7 nominatus haberet legitimum spatium ad pro-
bandum de jure suo, saltem antequam effluat
terminus, licet non fiat ante litis contestatio-
nem; etenim si fiat compilatio processus, lata
sententia, ipsi non nocet, nisi reus probet, sen-
tentiam juste contra se latam fuisse. Affl. *dec.*
48. *dec.* 49. Dec. *cons.* 74. Gratian. *cons.* 157. *lib.*
1. penes Altimar. *ad Rovit. dec.* 1. *num.* 43.
Sub *nu.* 8. Ricc. quod nominatus ante termi-
8 num forum declinet, adde Capyc. *dec.* 197. *nu.*
4. Fontanell. *dec.* 202. *num.* 21. penes Altimar. *d.*
dec. 1. Rovit. *num.* 36.
Sed si fori declinatoria non opponatur ante ter-
9 minum, reus tamquam liti se offerens condemna-
bitur, citrà præjudicium Dom. Altim. *loc. cit.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. LVI.

De Tertio veniente ad causam.

1. *Tertii venientis ad causam Authores remissivè.*
2. *Tertius quinam dicatur?*
3. *Tertius incontinenti probare debet de suo interesse.*
4. *Tertius auditur in terminis, in quibus causa reperitur, & ratio.*
5. *Tertius an appellare possit?*
6. *Affirmativè respondent multi.*
7. *Tertius privilegiatus potest novum terminum petere, & quomodo?*
8. *Potest Judicem recusare.*
9. *Tertius potest in causis criminalibus comparere.*
10. *Publicationem bonorum impedire potest, & quomodo?*
11. *Receptionis banditi pœnam quomodo evitet?*
12. *Excusator audiendus in recusatione Judicis?*
13. *Tertio comparente duplex decretum fit.*
14. *Primum explicatur.*
15. *Secundum pariter.*
✠ 16 *Hactenus dicta breviter restringuntur.*

AUthores de hac materia scribentes videndi sunt
penes Rovit. *dec.* 1. *num.* 1. ubi omnes enu-
1 merantur.
Tertius ad causam veniens hic propriè intel-
ligitur, non qui ab una ex partibus, puta per
nominationem in Dominum, vel per laudatio-
2 nem in Authorem, prout in præcedentibus ca-
pitibus visum est, sed qui spontè ad judicium
inter alios inceptum ultroneus venit: Hic ter-
3 tius debet incontinenti probare de suo interesse,
aliter non auditur, sed probationis qualitas re-
mittitur Judicis arbitrio. Menoch. *de arbitr. Jud.*
lib. 2. *cas.* 18. Cancer. *lib.* 2. *var. res. cap.* 6. *n.* 31.
Tertius in causa audiendus est in iis terminis,
in quibus eadem causa reperitur inter principa-
les litigantes, nec ex integro potest causam in-
choare, quia statim ac tertius ultro comparet,
4 censetur approbare omnia acta facta cum suo prin-
cipali, quem adjuvare vult, perinde ac si essent
cum ipso facta, ita ut una eademque persona
cum eodem principali reputetur; Puteus *dec.* 71.
lib. 3. Cassad. *dec.* 1. *de except.* Surd. *dec.* 173. *nu.*
27. *& decis.* 335. *num.* 21., *&* 22. Rot. Rom. pe-
nes Ludovis. *decis.* 359. *&* 396. penes Farinac. *par.*
2. *dec.* 431. *nu.* 3. *&c.*
An Tertius appellare possit, sive in integrum
restitutionem petere a sententia inter alios lata?
Franc. Marad. *obser. pract.* 6. *num.* 41. affirmati-
5 ve respondet, & si tertius sit persona privile-
giata, poterit etiam in integrum restitutionem
petere cum auctor. DD. *in L. ab executore* 4. §.
alia, & in L. a sententia 5. *ff. de appellat. in cap. cum*
super 17. *de re judic. & cap. super eo* 15. *de offic. De-*
6 *leg. Gloss. in l. si parentes* 20. *ex persona C. de evict.*
Guttierez. *pract. qu.* 66. *lib.* 1. Tapp. *lib.* 3. *Jus*
Regn. tit. de in integr. restit. in Constit. minorum ju-
ra, num. 3. *&c.*
Imo tenet idem Marad. *observ. cit. nu.* 50. Ter-
tium venientem ad causam posse ea vi proprii
7 privilegii rem reducere ad terminos litis conte-
statæ, & petere, ut sibi concedatur terminus
novus ad probandum, etiam post percontatas Ad-
versarii probationes, quotiescumque comparue-
rit intra id tempus, infra quod si ab initio in
causa fuisset, uti posset suo privilegio, & hanc
esse praxim testatur Anna *cons.* 97. *nu.* 6. *& cons.*
98. *num.* 5. Giurb. *dec.* 1. *num.* 24. Cancer. *lib.* 2.
var. resol. cap. 16. *num.* 6. *&c.* De Rosa *prax. civil.*
decret. part. 1. *in* 1. *instant. ord. jud. cap.* 6. *num.* 39.
& 40. *&c.*
In Judicis recusatione etiam Tertius audien-
dus est pro suo interesse, & pluries ita fuisse
8 decisum per S.C. testantur Reg. Sanfelic. *decis.*
90. *lib.* 1. Capyc. latr. *decis.* 88. *ubi Gypt. &c.*
Tertius potest etiam in causis criminalibus pro
9 suo interesse comparere; sic Tertius comparet
in R.C. Sommariæ, & opponit nullitates sen-
tentiæ forjudicationis per M.C.V. in crimina-
10 libus prolatæ, ad effectum impediendi bono-
rum publicationem, quamvis criminalis causa,
ex qua hæc publicatio procedit, ad eandem M.
C.V. pertineat, & Receptator banditi ad evi-
tandam pœnam receptationis potest etiam nulli-
11 tates præsentare adversus forjudicationis sen-
tentiam. Cons. Manian. *cons.* 17. *lib.* 2. Gram-
mat. *dec.* 29 *&c.*
Tertius quoque est excusator, qui per nostras
municipales leges admittitur post citationem ad
12 forjudicandum emanatam contra delinquentem,
recusationem Judicis Commissarii proponens, au-
diendus est. Novar. *in Pragm.* 1. *collect.* 1 *num.* 3.
de suscipien. official. Merlin. *contr.* 2. *cap.* 28. *lib.* 1.
Thor. *part.* 2. *compend. decis. v. suspicio.* Petra *su-*
per Rit. M. C. V. 265. *num.* 26.
Habes praxim, quod quando tertius venit ad
causam tempore, quo jam instructus est proces-
13 sus, & non aliud, nisi sententiæ prolatio ex-
pectatur, duplex decretum interponi solet, vel
dicitur, quod *liceat assistere*, vel dicitur, *quod non*
audiatur, verum liceat assistere: Primo casu citan-
dus in omnibus actibus, omnes scripturæ sunt
14 dicto tertio notificandæ in civilibus, & potest
Judicem recusare. *L. si pariter ff. de liber. caus.* Gaill.
observ. 71. *lib.* 1. *nu.* 7. Anna *alleg.* 76. *nu.* 2.
Secundo casu non potest Judicem recusare,
quia audientia ei denegata est. Panormit. *in cap.*
15 *cum super, num.* 1. *de offic. Delegat.* Reg. Sanfel.
decis. 90 *num.* 21. Capyc. latr. *decis.* 164. *num.* 3.
ubi Gypt. &c.
Cetera ad materiam Tertii venientis ad cau-
sam vide Reg. Rovit. *cum addit. Altimar. in dec.* 1.
per totum, ubi omnes conclusiones ejusdem ma-
teriæ sunt luculenter dilucidatæ.
✠ 16 Ex hactenus dictis breviter colligitur, quod
si tertius se opponens non doceat in promtu de suo
interesse, interponitur decretum, quod non au-
diatur simpliciter; verum si habeat unum, idem-
que interesse cum uno ex collitigantibus, & ad
eundem primo spectet actio, vel defensio rei in
judicio deductæ, comparendo ante litem conte-
statam, removebit actorem, sive reum, in se
onus judicii assumendo. Lite vero contestata a-
ctorem, duntaxat poterit adjuvare, proindeque
auditur in terminis, in quibus causa reperitur.
Quod si inscius fuerit litis, seu contestationis,
vel

vel justam habeat suspicionis causam de collusione, ex integro tunc audietur.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LVII.

De declaratione circa usum.

1. *Declaratio circa usum sublata est per ultimam Reg. Constit.*
2. *Actio criminalis acquiritur per simplicem præsentationem scripturarum.*
3. *Præsentato facienda est in qualibet scriptura.*
4. *Transcribitur capitulum ultimæ Regalis Constitutionis.*

PEr ultimam Regalem Constitutionem publicatum sub die 18. *Martii* 1738. *in* §.1. *n.*xxs15.
omnino sublata est declaratio *circa usum*, quæ
1 deinceps peti non potest, quia actio, quæ parti
acquireretur per hanc declarationem *circa usum*,
2 immediatè acquiritur ex præsentatione scripturæ
a Procuratore, etiam facultatem declarandi non
habente, facta; ideoque cautum est, in qualibet
3 scriptura scribendum esse præsentationis actum
sub poena privationis officii, aliarumque, v3.

§. I.

XXIII. Per estinguere affatto anche le dilazioni,
4 che derivano dalle tante domande, che si
fanno delle dichiarazioni *circa usum* vogliamo, che da oggi avanti non si possa più domandare detta dichiarazione, mentre quell'azione, che si potrebbe acquistare alla parte contraria con detta dichiarazione *circa usum*; vogliamo, che s'intenda immediatamente acquistata colla presentata della scrittora medesima, ancorchè la presentata si faccia dal Procuratore, che non abbia mandato a far detta dichiaraziona *circa usum*; per lo di cui effetto dagli Scrivani di qualsisia Tribonale non si debba ricevere alcuna Scrittora senza farvisi la presentata sotto pena di privazione di officio, ed altre ad arbitrio del Tribonale.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LVIII.

De Exceptionibus altiorem indaginem requirentibus, ad merita causæ, vel in fine causæ reservandis.

1. *Exceptio ad merita causæ reservata quando explicari debeat?*
2. *Decisio olim* R. *Coll. Consilii.*
3. *Exceptio altiorem indaginem requirens quaenam sit?*
4. *Quare reservetur?*
5. *Formula decreti reservationis.*
6. *Formulo decreti reservationis in calculo ferendæ sententiæ.*
7. *Quando de eo cognosci possit, & acta an sint valida.*
8. *Aliquando eodem tempore cognosci potest.*
9. *Exceptiones declarandæ sunt parte instante.*
10. *Judex supplere an debeat exceptiones non oppositas.*

EXceptio altiorem requirens indaginem ad merita causæ reservata, explicari debet statim
facta publicatione usque ad causæ expeditionem
1 exclusive. Sanfel. *decis.*88. *num.*15. *&* 16. *& allegat.* Francisc. Andr. *relat.* a Marad. *in addit. ad Gallupp. par.*2. *c.*10.

Idem facto verbo decisum fuisse in olim Re-
2 gio Collaterali Consilio testatur Aitna *allegat.* 48. *num.* 27. *& in singul.* 445. Masull. *ad Capyc. dec.* 20. *n.* 8. *&c.*

Exceptio altiorem requirens indaginem dicitur
quando est dubia, & intricata juris, vel facti al-
3 tercationem continens. De Franch. *dec.* 289. *in fin.* Rev. Ricc. *collect. dec.* 1228. & Merlin. *controv.* 96. *num.* 15. *&c.*

Ideo ejus cognitio, & discussio reservatur, &
ut plenior cognitio de ea haberi possit, & ne
4 tempus in ea discutienda frustra teratur: duplex
autem decretum in hac reservatione fieri solet.

Formula decreti.

Die . . . . . Per Militem &c. Visis &c. provisum, & decretum est, quod procedatur ad ea,
5 quæ incumbunt pro expeditione causæ, proposita exceptione compensationis ad merita causæ reservata, hoc suum &c.

Quo decreto interposito, vigent conclusiones superius transcriptæ, quod reservatio explicari debeat ante sententiam.

Aut dicitur.

Die &c. Per Militem &c. Visis &c. partibusque auditis &c. provisum, & decretum est, quod
6 infra quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis, exceptione . . . . . opposita per T. de T. in calculo ferendæ sententiæ reservata, hoc suum, &c.

Hoc casu usque ad sententiam inclusivè de ea
cognosci potest, quæ exceptio similiter omnia
acta reddit nulla. *Gloss. in cap. cum contingat de offic. Deleg.* Jasen *in* §. *præterea num.* 58. *v. &*
7 *circa id. Instit. de action. Hippolyt. singul.* 365. Sanfelic. *decis.* 78. *lib.* 1. *num.* 15. Carleval. *de judic. lib.*1. *tit.*2. *disp.*5. *num.*28.

Aliquando uno eodemque tempore insimul cum
principali causa de exceptione cognoscitur, & in
8 principali sententia hujusmodi exceptionis ratio
habetur, si res ita ferat. Reg. Rovit. *dec.* 21. ubi *Altimar.*

Si quis habeat exceptiones in facto consisten-
9 tes, instante parte illas in scriptis declarare tenetur, Marta *de jurisd. part.* 4. *cas.* 47. *num.*10.

Judex supplere potest exceptionem parti competentem, & non oppositam, licet non teneatur.
10 *L. non quicquid* 40. *ff. de judic.* Boer. *decis.*344. *num.*8. Guid. Pap. *dec.*222. Osasc. *dec* 51. Cancer. *lib.*1. *cap.*18. *num.*14 Salgad. *de Reg. Protect. part.*3. *cap.*13. *num.*56. Faber. *in Codice suo lib.*8. *tit.*24. *defin.*39. ibi: *Non malè a Judice suppleri.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. LIX.

De Hostici Exceptione.

1. *Exceptio hostica quæ sit?*
2. *Cui non competat?*
3. *Limitatio.*
4. *Alia limitatio.*
5. *Adversus executionem sententiæ an opponi possit?*
6. *Quid si instrumento huic exceptioni fuerit renunciatum?*
7. *Post sententiam non opponitur.*
8. Ricc. *scribit hanc exceptionem esse incognitam juri civili.*
9. *Sed refellitur.*

EXceptio hostica est dilatoria, & opponitur a Milite, contra quem per quindecim dies antequam discedat, & per totidem quindecim dies
1 post regressum a bello procedi non potest in ejus causa, sed supersederi debet. *Const. Regn. Hominis exceptionem, ubi Isern. & Tapp.*

Hæc exceptio non competit illi, qui spontè ad
bellum pergit, etiamsi a Regia Curia stipendia
habuerit, præsertim si suis expensis, & cum di-
2 gnitate pergat, præcipue si Procuratorem, & Advocatum reliquerit. Staib. 1. *resol. forens.*66. Novar. *qu. forens.*58. *num.*3.

Limitatur si stipendium debeatur propter ejus
3 eximiam virtutem. De Franch. *decis.* 286. n 6.

Similiter non competit illi, qui proprio Prin-
4 cipi non servit, sed alieno. De Luca *ad Gratian. discept. forens. cap.*868. *n.*7.

Insuper non potest opponi adversus litem sententia expressa, de cujus executione agitur, &
5 sic pluries per S. C. fuit decisum. Masull. *ad Capyc. dec.* 76. Mastill. *de Magistrat. lib.*5. *cap.*6. *num.*451. Giurb. *dec.*118. *num.*19. *&c.* Idem dicendum, si in instrumento huic exceptioni renun-
6 ciatum fuerit, prout Ricc. quoque notat.

Post sententiam opponi non potest, quia ea lata non agitur de Reo conveniendo, sed tantum
7 de sententia executioni demandanda; sed tantum

conclusio in causa facta. De Franch. *d. dec.* 286. *num* 7. *& seqq.* Anna *allegat.* 75. Sed Ricc. *n.* 6. hujus *cap.* contrarium scribit.

Contra pariter sententiam Ricc. *d. num.* 6. ubi
8 notat, esse incognitam juri civili hostici exceptionem, animadvertendum est, aut verum non esse hanc conclusionem, aut respectu nominis tantum; de jure etenim civili statuitur, ut Comites, & Barones dum sunt in exercitu, non possint con-
9 veniri, nec ejus Officiales, ex notatis per Bartol. in *L. qui collegio num.* 1. *ff. de excusat. tutor.* Anna *allegat.* 5. *num.* 4. *&c.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. LX.

De Exceptione novæ conventionis, & satisfactionis

1. *Nova conventio, vel satisfactio allegari debet cum denotatione loci, diei, horæ, & testium.*
2. *Transcribitur cap. Reg. Pragmat. diei* 21. *Junii* 1728.
3. *Hodie ex ultima Reg. Constit. diei* 18. *Martii* 1738. *requiritur scriptura publica, vel privata a creditore subscripta.*
4. *Debitor non excusatur a solutione, si desint hujusmodi circumstantiæ.*
5. *Transcribitur cap ultimæ Regalis Constitutionis.*

SUb *num.* 5. Ricc. observa, quod ex Regia Pragm. diei 21. *mensis Junii* 1728. num. VII. statuitur, ut actorum Magistri non teneantur recipere li-
1 bellos novæ conventionis, & satisfactionis, nisi exprimatur in illis locus dies, hora, & testes per nomina, & cognomina, coram quibus fuit nova conventio, sive satisfactio, v3.

Conviene dichiararsi la *Pram.* 44. §. *item volumus, de offic. Mag. Just.* acciocchè quello, ch'è determinato intorno alle nuove convenzioni, che s'allegano, abbia pur luogo, siccome espressamente abbia luogo, e che si osserva rispetto alle sodisfazioni; e che allora s'intenda adempito alle
2 circostanze ricercate dallo Statuto, che determina doversi allegare, *lucidè, & clarè*, quando nel libello s'esprimono, il luogo, il giorno, l'ora, ed i testimonj per nome, e cognome, in presenza de' quali sia seguita la nuova convenzione, o sia sodisfazione; altrimenti facendosi, i Mastrod'atti delle cause non possano riceverle, e ricevendole incorrono nella pena nella medesima Prammatica stabilita.

Hodiè verò per novissimam Regalem Constitutionem diei 18. *Martii* 1738. §. 1. *nu. xv.* provisum est, pro enunciatæ Pragmaticæ majori ex-
3 plicatione, allegari non posse novam conventionem, vel satisfactionem, nisi a debitore exhibeatur scriptura publica, partita Banci, sive alia scriptura privata Creditoris, autenticata per Regium Notarium, in qua dicta nova conventio exprimatur; aliter debitor si absque his circum-
4 stantiis illam allegat, prius debitum solvere debet, & postea terminus super allegatis impartiri, & creditor pecuniam recipiens, cautionem, aut aliam idoneam cautelam Judicis arbitrio præstare debet, exactum rest tuendi, viso exitu termini, v3.

§. I.

XV. Per quanto poi tocca le Convenzioni, e Soddisfazioni, confermando quelche intorno a
5 quella materia si trova disposto nella Prammatica del 1728., per maggior chiarezza, e spiega della medesima ordiniamo, che non si possa allegare qualsisia convenzione, o soddisfazione per qualsisia causa, senza presentarsi dal Debitore, o una Scrittura pubblica, o una Partita di Banco, o altra Scrittura privata del Creditore, autenticata da pubblico Notajo, nelle quali si esprima, e si contenga chiaramente la Convenzione passata col Debitore; ed allegandosi senza dette circostanze, debba il Debitore prima pagare alocchè deve, e seguito che sarà il pagamento, si possa poi dare il termine a provare la detta Eccezione; nel qual caso il Creditore nell'atto di ricevere il danaro, debba dar pleggiaria, o altra idonea cautela ad arbitrio del Giudice, di restituire l'esatto, visto l'esito del termine.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXI.

De Exceptione solutionis.

1. *Satisfactio ex ultima Regali Constit. quomodo probanda?*
2. *Solutio censetur facta prius in causam tertiarum, & postea sortis.*
3. *Quid, quando interesse non est liquidum, sed indubiè debetur?*
4. *Solutio quando præsumatur?*
5. *Solutionis præsumptiones recensentur.*
6. *Solutio, seu satisfactio quando non præsumatur?*
7. *Confessio in civilibus an scindi possit?*
✠ 8. *Chirographi redditio, vel cancellatio quid operetur?*
9. *Solutio facta intelligitur pro causa a debitore volita.*

QUomodo admittenda, & probanda sit exceptio satisfactionis attento jure novissimo Reg. Con-
1 stit. diei 18. *Martii* 1738., supra diximus in *observat. ad Cap. LX. praced.*

Solutio facta intelligitur prius in causam tertiarum, quam sortis, quando tertiæ sunt liquidæ, quæ potius videntur satisfactæ, quam sors,
2 text. *in l. cum & sortis* 35. *de pignor. act.* ibi: *Primum usuris, quas iam tunc deberi constat, deinde si quid superest, sorti accepto ferendum est. L. in his §. apud Marcellum ff. de solut.* Bachov. *de pignor., & hypoth. lib.* 3. *cap.* 3n. *num.* 1. Anna *cons.* 30. *num.* 8. Capyc. latr. *decis.* 11. Gallup. *in prax. S. C. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 6.

Idem dicendum est, si interesse licet non sit certum, liquidum, & inter Partes conventum, sed
3 indubiè debeatur, quamquam per Judicem non adhuc sit declaratum, imo quando ex consuetudine judicandi redditur certa quantitas liquidari solita, interesse censetur liquidum, nec eget alia liquidatione, sed potius calculo, Bald. in *L Mævius ff. famil hercisc.* Capyc. Galeota *lib.* 2. *controv.* 16. *in fin* Capyc. latr. *dec.* 42. Hodiern. *ad Sard. decis.* 186. *num.* 21. Thor. *compend. dec. tom.* 3. *v. solutio* Altimar. *ad Rovit. cons.* 55. *num.* 15. *&* 17. *tom.* 2., qui ita pluries refert decisum per S. R. C.

Solutio quando præsumatur, sive debitum quando præsumatur satisfactum, plures sunt conje-
4 cturæ, scilicet temporis taciturnitas in non petendo creditum. Conditio debitoris, vel creditoris, si iste egenus, & non petiit, quando debitor erat solvendo. Tertia, si debitor in ultimo testamento de prætenso credito verbum nullum fecisset, ubi alia solvi jusserit. Quarta, si
5 in vitæ longo spatio creditor debitum non petierit. Quinta si mortuo debitore cum herede pro alio credito conventionem inierit., & non pro prætenso. Sexta si creditur pro minori summa pignus recepit. Septima si solverit creditori creditoris sui, & aliæ, quas brevitatis ergo non annumerantur, quas videre poteris penes Carol. Anton. de Rosa *in prax. civil. decret. cap.* 1. *num.* 117., *& seqq.* Adde sanguinis conjunctionem, & sæpius calculatam rationem, vide *DD. in L. Procula, de Probation.*

Conjecturæ, ex quibus postea solutio non præ-
6 sumitur, quoque plures sunt, quas vide penes eumdem De Rosa *cit. cap.* 1. *num.* 133. *& seqq.*

Sub *num.* 4. *Ricc.* an confessio in civilibus scin-
7 di possit? Adde quæ scripsimus *in observat. ad par.* 2 *spec.* 3. *tit.* 4. *cap. unic. num.* 13., *& seqq.*, & Ricc. *coll. dec.* 125n.

✠ 8 Si vero dubitetur, an solutum sit, necne; creditor

ditor probare non tenetur obligationem durare, sed debitori asseveranti solutum esse, onus probationis incumbit; Probatur autem non solum testibus, sed & conjecturis, veluti si chirographum debitori redditum sit, nisi creditor contra voluntatem suam ad eum pervenisse chirographum doceat, vel alio modo constet & probetur non esse solutum, *l.* 15. C. *de solut.* Ceterum licet chirographum cancellatum præsumtionem inducat solutum fuisse debitum, non tamen excludit probationem contrariam creditoris, videsis de Luca ad *dec.* 36. *de Franchis*.

9 Cum in solventis arbitrio sit dicere, quod potius debitum voluerit solutum; exinde sequitur eam duntaxat obligationem tolli, in quam expressit debitum solutum; alioquin eo tacente in arbitrio creditoris erit, cui potius debito acceptum ferat, *l.* 1. C. *de solut.* Si vero solutionis tempore neuter expresserit voluntatem suam, idest in quam causam solutum, vel acceptum debitum vellet, tunc ea duntaxat intelligitur, ex qua debitor jam ad solvendum compelli possit *l.* 3. *C.h.t.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXII.

De Exceptione compensationis.

1. *Compensationis exceptio est modificativa.*
2. *Compensatio est debiti confessio.*
3. *Quando opponi possit.*
4. *Opponitur contra instrumenti liquidationem.*
5. *Compensatio est facta solutio.*
6. *Ex Partis confessione compensatio admittitur.*
7. *Compensatio an opponatur creditori obligato aliis creditoribus in eorum præjudicium?*
8. *Affirmative Carleval.*
9 *& 10. Ratio.*
✠ 11. *Compensationis exceptio etiam cessionario obiici potest.*
12. *Quoties compensationi non datur locus, competit retentio.*
13. *Procurator constitutus ad exigendum, compensare valet.*
14. *In compensatione debitum, & creditum in eadem persona simul concurrere debent.*
15 *Compensatio adversus eum, qui duas repræsentat personas obiici nequit.*
16 *Debitor an possit compensare suum creditum in præjudicium creditorum anteriorum?*
17 *Sententia transacta in rem judicatam adhuc compensatio valet opponi.*

COmpensationis exceptio est modificativa, non peremptoria, prout Ricc. scribit, quia judi-
1 catum vel debitum non impugnat, imo potius illud approbat, sed modum tantum solutionis mutat. Ricc. *collect. decis.* 228. penes De Rosa *prax. civil. decret. par.* 2. *inst. jud. ord. cap.* 4. *num* 3

Compensationem opponens videtur debitum si-
2 ne dubio fateri. Cyn Bald & Salycet. in *L exceptio C. de compens.* Vexde *lib.* 4. *Instit. civil. nu.* 121.

Compensatio potest opponi, quando debitum est liquidum, vel de proximo liquidandum. Affl. *dec.* 43. *num.* 5.

3 Opponi potest etiam contra instrumenti liquidationem, si de compensatione confestim constet
4 ejusdem creditoris confessione. Tholos. *dec* 1. Affl. *dec.* 121. *& dec.* 381. Etenim licet ex Proem.
5 8. §. 8. *de liquid. instrum.* requiratur realis solutio, & compensatio non sit vera; sed ficta solutio, & vicem habeat solutionis. De Grass. *de except.* 16. *num.* 9. Osasc. *dec.* 92. *num.* 12. Attamen quando accedit Partis confessio, tunc ex æquitate non est vexandus debitor, qui compensationem opponens, non est amplius debitor,

6 quia compensatio ipso jure liberat à debito *tit. ff. & C. de compensat.* Affl. *dec.* 21. Capyc. *dec.* 187. *num* 6.

An debitor possit opponere compensationis exceptionem creditori suo obligato aliis creditori-
7 bus in eorum præjudicium? Carleval. *de judic. tit.* 3. *disp.* 27. fuse examinat hunc articulum, & post hinc inde discrepantes a doctis sententias, concludit affirmative, posse scilicet debitorem
8 hanc exceptionem opponere creditori obligato aliis creditoribus, cum authoritate Angel. con. 259. *num.* 1. Ricc. *collect. dec.* 118. Gait. *de credit cap.* 4. *quæst.* 7. *num.* 354. Rovit. *cons.* 64. *n.* 5 *lib.* 2. *&c.*

9 Ratio est, quia compensatio fit ipso jure absque hominis facto, & ministerio, & credito compensato extinguitur, & evanescit nomen illius debitoris, & per consequens alii creditores etsi anteriores nihil ab ipso exigere possunt. *L verum* 4. *L. si ambo* 10. *in principio ff de compensat.* Tindarus *de compensat. art* 6 *n* 47 51 *&* 74. *& art.* 7 *n.* 27. *tom.* 6. *par.* 2. Affl. *dec.* 121. *n.* 1. Cujac. *lib.* 8. *observ. cap.* 16. *& ad Jul. Paul. lib.* 2. *sentent. tit.* 5.

10 Alia ratio est, quia quando compensans pateretur damnum, & pœnam, ut sunt usuræ &c. ipso jure fit compensatio. Theodor. *alleg* 59 *n.* 6. Gamma *dec.* 91. *num* 2. Canill. *quot. controv. lib.* 4 *cap.* 40. *num.* 112. *& seqq.*

✠ 11 Cum iniquum sit, ut is, qui aliquid debet, ab alio postea actionem suscipiat, exinde sequitur, perinde cessionario, ac ipsi cedenti obiici posse compensationem, cum in rem sit, non in personam; ad rem facit Juliani responsum in *l. exceptiones* 7. D. *de except*, ubi J. C. docet, quod *exceptiones, quæ personæ cohærent, non transeunt ad alios, rei autem cohærentes exceptiones, etiam successoribus competunt.* Pro cujus intelligentia distinguendum puto, num debitum, quod compensari petitur sit contractum ante, vel post cessionem factam, ut priori casu compensatio procul dubio adversus cessionarium opponi possit, posteriori vero denegetur; discriminis ratio in eo consistit, quia ideo compensationis exceptio, quæ contra cedentem opponi poterat, etiam contra cessionarium opponi potest, quia dum ante factam cessionem aderat simul debitum & creditum, quia invicem contributio fieri poterat, in potestate creditoris cedentis non est tollere jus quæsitum suo debitori, ac simul creditori; proinde creditum illud cessum transit in cessionarium cum sua causa, & compensationis exceptione, ac onere affectum, alias notissima fraus fieri posset debitori cesso, eique simul creditori, si per cessionem jus suum compensandi amitteret. At in altero casu tempore cessionis nondum competebat facultas, & exceptio compensandi, quia tunc non erat creditor sui creditoris, dum post factam cessionem creditum supervenit, ac proinde compensare nequit adversus cessionarium, cessante tunc ratione juris quæsiti non tollendi, & fraudis ex parte cedentis qui libere potuit creditum suum in cessionarium transferre; Rovit *cons.* 64. *n.* 1. Salgad. in *labyr. cred. par.* 3. *cap.* 6. *n.* 20. Thesaur. *decis.* 221.

Nec obstat compensationem non fieri ipso jure, sed parte opponente; ac proinde cum ante cessionem non fuerit opposita, adversus cessionarium tanquam re non integra, opponi non posse. Nam contra est, quia uti exceptio rei cohærens, exemplo aliarum exceptionum, quæ in rem sunt, non in personam, sicuti cedenti, ita pariter cessionario proculdubio obiici potest. Videsis Ant. Faber. *lib.* 12. *conject. cap.* 9., qui pluribus JC. responsis, & Imperatorum rescriptis hanc tuetur sen-

tentiam in supremis Tribunalibus communiter receptam.

12 Hæc sane omnia procedere debent, si ex parte debitoris nedum opposita fuerit compensatio, sed etiam retentio, ac proinde si circa compensationem aliqua forsan oriretur dubitatio, competeret nihilominus ipsi retentio; facilius namque admittitur retentio quam compensatio; imo cum non habet locum compensatio, eo casu fieri locum retentioni probat Capyc. L. *decis.* 35. *nu.* 24., cum Steph. Gratiano *lib.* 2. *discept. forens. cap.* 356., *n.* 26.

13 Procurator constitutus nedum in judicio ad comparendum, sed insuper ad exigendum, potest compensare creditum, quod uti procurator ab aliquo consequi debet, cum eo, quod ipse suo proprio, & privato nomine eidem debet; perinde etenim est, ac si pecunia nomine mandantis accepta debitum suum illi solveret, cum nihil referat brevi ne, an longa manu id fiat; qui enim compensationem patitur, hoc ipso solvisse intelligitur, cum compensatio pro solutione habeatur, *C. si ombo ff. de compens.*, proindeque compensare valet, qui solutionem petere, & accipere potest, *l. amplius* 15 *ff. rem ratam haberi*, Faber. *lib.* 4. *Codic. tit.* 23. *de compensat.*

Compensatio cum nihil aliud sit, quam debiti, & crediti invicem inter se contributio, ad
14 opponendam compensationem proculdubio requiritur ut debitum simul & creditum in eadem persona concurrat *l.* 1. *ff. de compens.* Frustra igitur ejus, quod non debetur ei, qui convenitur, sed alii, obiicitur compensatio; nec si creditoris creditor pro eo qui convenitur ob debitum proprium, velit compensare, Faber *lib.* 4. C. *tit. definit.* 8.

Notissimi juris est, compensationis exceptionem
15 opponi non posse adversus eum, qui duas repræsentat personas, unam scilicet tanquam creditor agens, & aliam tanquam debitor, v. g. si esset creditor nomine proprio, & debitor hereditario nomine. Ex hac enim diversitate, quæ ex inventarii beneficio inter heredem & hereditatem fuit inducta, proprium creditum cum debito hereditario heres compensare non cogitur, cum passim reiiciatur compensatio, & retentio de credito unius personæ ad creditum alterius. Foret sane iniquissimum, & a Justiniani providentia circa inventarii beneficium ab eo introductum satis alienum, ea honorum hereditariorum defectu, compensationem admittere cum credito certo, & proprio heredis. Gratian. *discept. forens. lib.* 5. *cap.* 448. Gait. de *credit. cap.* 4. *qu.* 7. *n.* 359. aliique.

46 Creditor habens nomen debitoris expresse hypothecatum præfertur alteri compensare volenti, etiam apud se, quando ille instetit super eo nomine debitoris sibi satisfieri; quod eo magis procedit, si denunciatio præcesserit, & solvendi inhibitio ex sequestro; quare sicuti debitor post inhibitionem solvere non potest, ita nec pariter compensare, de Franchis *dec.* 53., Marcian. *lib.* 2. *disp.* 95. *num.* 21.

47 Pro coronide advertas velim, compensationem opponi posse post sententiam transactam in rem judicatam, etiamsi debitum non sit liquidum, sed de brevi possit liquidari, Afflict. *dec.* 121. Anna *allegat.* 80., Capyc. *dec.* 119. *n.* 1.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXIII.

DE Exceptione retentionis,

1. *Creditor possessor etiam ex vi nulliter confecti processus retinere potest.*
2. & 3. *Retinet quoque mulier, pro concurrente quantitate, & possideat.*
4. *Si constante matrimonio possideat jure familiaritatis, viro extincto adhuc retinet, mutata causa possessionis.*
5. *Etiamsi res possessa sit majoris quantitatis, & quomodo compensetur?*
6. *Retentio datur pro meliorationibus.*
7. *Pro alieno debito non datur.*
8. *Retentio adversus dotem prætextu computorum, & adversus vitam, & militiam, & alimenta non opponitur.*
9. *A dote valet argumentum ad alimenta.*
10. *Carcererio datur retentio carcerati pro expensis.*
11. *Scriptori pro mercede.*
12. *Bonæ fidei possessori datur retentio, nec compensare tenetur.*
✠ 13. *Heres cum beneficio legis, & inventarii, an possit retinere bona hereditatis?*
✠ 14 *Marito competit retentio pro expensis funerum & ultimæ infirmitatis.*

CReditor potest retinere pro suis creditis sibi satisfaciendis, imo quando quis ex inordinato processu, aut nulliter instructo in alicujus rei possessionem immissus fuerit, poterit illam
1 retinere, donec, & quousque creditum, pro quo rem illam obligatam habet, solutum fuerit. De Marin. *observat.* 359. *nu.* 2. *ad Revert.*, Ric. *respons.* 45. *nu.* 25. *&c.*

Mulier habens instrumentum dotale cum clausula constituti, & precarii, potest se defendere
2 exceptione retentionis bonorum viri pro concurrente quantitate dotalis crediti. Bald Novell. *de dot. part.* 7. *privil.* 18., & 24. Quando videlicet pendente assecurationis judicio in pos-
3 sessione dictorum bonorum reperiretur. Capyc. latr. *decis.* 52. *nu.* 4. *tom.* 1, *&c.*

Si constante matrimonio mulier jure familiaritatis, tanquam viri socia ejus fundum, aut
4 aliquam rem stabilem possideret, soluto matrimonio, potest eam retinere jure generalis hypothecæ, mutata tantum possessionis causa, donec de dote sibi fuerit satisfactum, *tex. in L.* 1. *ff. uti possidetis*, *Cap. licet causam*, *de probat.* Andreol. *controv.* 12. *num.* 1. Signorel. *cons.* 259.

Nec impedit, se res prædicta majoris æstimetur, quam dotis creditum, quia compensa-
5 tur cum sorte, & quanti plusis valet, eo citius sibi de dote satisfacit. Carocc. *dec.* 21. *nu.* 46. & 41.

De retentione rei et causa meliorationum
6 in re factarum vide *in observat. ad cap.* 64 *seq.* & Capyc. *decisione* 17. De Franch. *decisione* 112.

7 Retentionem pro alieno debito dari jura non permittunt. Joseph de Rosa *consult.* 43. *num.* 5.

Sicut adversus dotem retentio sub prætextu computorum opponi non potest, ex unanimi DD. consensu, ita & adversus legatum alimentorum
8 seu vitæ, & militiæ, quæ alimenta important, Reg. Galeot. *controv* 60. *nu.* 15. *lib.* 2., quia a dote argumentum valet ad alimenta, & eadem privilegia utrique competunt. DD *post*
9 *gloss. in* L. *ob æs*, *de præd. minor.*, Jas. *in* L. *cum his* §. *si mulier*, *nu.* 1. *ff. de condict. indeb.* Ruin. *cons.* 94. Tiraquel. *de Primogen. qu.* 62. *nu.* 4. & *in tract. de privileg. piæ causæ in præfat. col.* 12. *&c.*

10 Commentariensi, vulgò dicto Carcererio datur retentio carcerati pro expensis. Guid. Pap. *dec.* 448.

Scriptor pro mercede potest retinere quinter-
11 nos. Surd. *dec.* 50. Accurs. *in* L. *si non inducta C. in quib. pign. vel hypoth. com.* & *in* L. *si non sortem* §. *centum eod.*

Bonæ fidei possessori datur retentio, nec fru-
12 ctus cum meliorammentis, sive expensis compen-

penſare tenetur. Affl. dec. 87. nu. 6. De Franch. dec. 191. nu. 11. Surd. 181 Caſſad. dec. 1. de cauſ. poſſ. & propr. Caput. dec. 27. par. 2.

✠ 13 Hetra cum beneficio legis & inventarii repræſentans credita liquida, & certa ſuper hereditate defuncti, ſi opponat exceptionem diſcuſſionis inventarii adverſus creditorem poſteriorem, aut legatarium defuncti, qui arat in poſſeſſione exigendi, pendente diſcuſſione inventarii ſolamniter facti poteſt retinere bona hereditatis, abſque eo quod ſuper eis decernatur ſequeſtrum, prout deciſum refert Sorge tom. 3. juriſpr. forenſ. cap. 44. num. 27.

✠ 14 Hæc itidem retentio competit marito pro expenſis ultimæ infirmitatis, ſi mulier longo tempore infirmata, ad obſequia, & ſervitia matrimonialia inhabilis effecta foret, dotiſque fructus nequaquam ſufficerent pro expenſis, quo caſu omne id, quod ultra dotis fructus expendidit, ex dote reſtituenda retinere valet; non ſecus ac pro expenſis funerum; onus enim ſepeliendi uxorem non reperitur a jure injunctum marito, ſed potius iis, quibus dos recepta reſtituenda eſt, l. Celſus 22. ff. de religionis, & expenſ. funerum, Theſaur. qu. forenſ. 33. par. 2. Rodoer. conſ. 3., n. 37. aliique.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXIV.

De Exceptione Meliorationum.

1. *Meliorationes illiquidæ non dant retentionem.*
2. *Probatæ quando dicantur?*
3. , & 4. *Qui melioravit quid probare teneatur?*
5. *Indicia indubitata non ſufficiunt?*
7. *Feuda devoluto ad Dominum, an heres Baronis in burgenſaticis repetat meliorationes a Domino?*
8. *Utile dominium feudi eſt Baronis.*
9. *Ædificia an verè ſint melioramenta?*
✠ 10. *Poſſeſſor nequit impedire venditionem propter meliorationes.*
11. *Secundus venditor qualiter petat aſſiſtentiam ſuper bonis poſſeſſis per anteriorem.*
12. *An præſtetur aſſiſtentia ſuper augmenta temporis?*

1 Meliorationes non probatæ, nec liquidatæ, retentionem non parturiunt, quia licet ſint ſolvendæ, ſunt illiquidæ, & proinde concedenda aſt executio ſententiæ, oblata cautione, &c. Galeot. lib. 2. controverſ. 47. num. 32. Dec. conſ. 424., qui ait tunc intelligi probatas pro reo meliorationes, quando præ manibus haberet,
2 aut exhiberet publica inſtrumenta. d. Galeot. num. 34. Menoch. remed. 15. num. 369.

Qui melioravit probare tenetur a ſe, vel ab alio, a quo cauſam habet, factas eſſe, Menoch. cit. remed. 15. num. 567. ibi: Erit propterea ani-
3 madvertendum, poſſeſſorem ipſum, vel Dominum, qui meliorationes has fecit, debere probare a ſe factas, vel ab altero, cui ip ſe ſucceſſit. Caſtrenſ. conſ. 268. Maſcard. concl. 1039. nu. 6., & ſeqq.

In meliorationum probatione. Primo probandum eſt quid ſit impenſum. Secundo, quod tan-
4 ti ſit meliorata, & effecta pretioſior res DD. & Gloſſ. in l. in fundo ff. de rei vindicat. Neguſant. de pignor. in 4. membr. 5. part. num. 11. in concl. 4. Garzias de meliorat. cap. 24.; Nec indicia licet
5 indubitata ſufficiunt. Caſtrenſ. lib. 2. conſ. 336.

Teſtes in cauſis meliorationum deponentes debent eſſe periti, & experti, aliter non probant,
6 quia de rerum æſtimatione agitur, tex. in. §. quod autem, ibique Gloſſ. Auth. de non alienand. Maſcard. de probat. concl. 1039.

Devoluto feudo ad Dominum directum ob mortem feudatarii abſque filiis, & heredibus in
7 gradu ſuccedibili, an heres Baronis ex teſtamento, vel ab inteſtato in aliis bonis liberis petat pretium meliorationum factarum in feudo?

Et licet nonnulli diſtinctione uſi ſint, an ſit melioratio perpetua, vel temporanea, & an ſit res ſeparabilis a feudo, vel non, præſertim in ædificiis, quæ Dominus aut patiatur auferri, aut meliorationis pretium ſolvat: attamen communior opinio eſt, ad pretium Dominum teneri, quia locupletari non debet cum aliena jactura; & jura in contrarium loquuntur de melioratio-
8 nibus factis in re prorſus aliena, non vero ubi utile dominium eſt meliorantis, veluti ſunt feudi. Andr. de Iſern. in c. 1. §. ſi Vaſſallus, tit. hic finitur lex. Jacob Mendoll. de Alba conſ. 103. 104. & 303. De Ponte deciſ. 12. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. par. 1. qu. 11. num. 5. De Marin. reſol. cap. 134. lib., qui eod. loc. num. 2. in dubium re-
9 vocat, an ædificia melioramenta vere dici poſſint?

✠ Quamvis poſſeſſori rei hypothecatæ competat
10 retentio pro melioramentis, nequit tamen poſſeſſor ejuſdem rei venditionem evitare, inſtantibus creditoribus hypothecariis; creditores enim jus habent in re pro valore ipſius rei deductis melioramentis; poſſeſſor vero ſolum habet jus deducendi meliorationes, & pro eiſdem retentionem; ac proinde poſtulantibus creditoribus ipſius rei conditionem impedire non poteſt, ut ex pretio tam ipſi, quam iſti ſatisfiant, Cenc. de cenſib. qu. 98. nu. 81.

Praxis præſtandi aſſiſtentiam ad finem venden-
11 di tantum, & non adjudicandi ſervatur inſuper, quando ſecundus creditor agit ſuper re in ſolutum data per debitorem creditori anteriori, vel contra extraneum emtorem ſolventem pretium creditori, in quibus caſibus non extinguitur hypotheca ſecundi creditoris per dationem in ſolutum factam creditori anteriori, aut venditionem factam extraneo, ut de pretio ſatisfiat priori creditori; At ſi per rei venditionem ſecundus creditor nullum adſequatur emolumentum, res e manibus prioris creditoris, ſive alterius emtoris, cujus pecunia dimiſſus fuit primus creditor, auferri non poteſt, duntaxat pro omnium indemnitate ſubhaſtabitur res, ut ſciatur illius valor, de Marinis obſer. 20. Quinitus ſi res fuerit ſubhaſtata, & diſtracta, & creditor expreſſe fuerit uti extraneus ad licitandum admiſſus, adhuc contra eum locum habebit jus offerendi, licet enim in contrarium urgeat non eſſe denegandum creditori id, quod extraneo conceditur, ſcilicet, ut contra eum locum non habeat jus offerendi; nihilominus ſtrictius urget, quod pretium illius rei remanſit apud ipſum creditorem emtorem, qui licitando uti extraneus non deſinit eſſe creditor, Merend. lib. 2. cap. 40. num. 33.

Ex hucuſque dictis conſequitur creditori po-
12 ſteriori præſtari aſſiſtentiam etiam ſuper augumento temporis, ſi ex eo res facta ſit pretioſior, contra poſſeſſorem, ex cujus pecunia ſolutum ſit creditum anteriori creditori; cum enim reſoluta non ſit hypotheca ſecundi creditoris, res vendita tranſit in emtorem cum hypotheca radicata ſuper illa & ejus augumento; ſecus tamen eſt contra creditorem anteriorem poſſidentem pro ejus credito propter adjudicationem ſibi factam, Marin. lib. 1. reſol 210. nu. 2. Maſtrill. deciſ. 201. Staib. reſol. 115. num 8.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXV.

De Exceptione adulterii.

1. *Adultera mulier privatur dote.*
2. *Adulteram mulierem accuſare non poſſunt heredes viri.*
3. *Viri diſſimulatio ſupponit adulterii remiſſionem.*
4. *Quid quando conqueſtus fuit?*
5. *Adulter vir punitur civiliter, & quomodo?*

6. Re-

6. *Ratio.*
7. *Nuptiæ factæ cum adultero crimen non extinguunt.*
✠ 8. *Maritus, in quibus casibus dotem non lucretur?*
✠ 9. *Exceptiones, quæ adultero, & adulteræ competunt, enucleantur.*

PRæter antiquas pœnas atrociores, ac recentiores magis mites mulier adultera privatur dote. *L. consensu C. de repud. Cap. plerumque, extra,*
1 *de donat. inter vir. & uxor.* De Franch *dec.* 338. *num* 2. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 16. *num.* 20. Campan. *in Cap. Regni* 165. *num.* 36 *&c.*

Sed si uxor accusata per virum non fuerit, neque de adulterio conquestus, non possunt heredes viri exceptionem adulterii opponere, quia
2 morum correctio cum hereditate non transit, neque jus querelandi, *L. rei judicatæ §. morum ff. solut. matrim.* Marad. *animadvers. ad Staib. cent.* 2. *resol.* 105. *num* 27.

Quæ conclusio præcipuè vera est, si vir ea viveote dissimulavit, quia hoc casu per tacitam
3 reconciliationem habitando cum uxore, & adultero, crimen hoc censetur remissum. Marad. *loc. cit. num.* 26. Niger, *in cap. Regni, mulier quæ dotarium.* De Franch. *dec.* 184. *num.* 5 Grammat. *dec.* 234 *num.* 4 & 6. post Clar. *in §. adulterium, v caveat etiam maritus, ubi* Bajard. *num.* 115. De Luca *ad Franch. dec.* 240. *num.* 1. Sed aliter res
4 se habebit, quando vir ejus vita constante de uxoris adulterio conquestus fuerit. Præf. de Franch. *d. dec.* 240. *num.* 2.

Vir adulter accusatus ab uxore, non erit puniendus criminaliter, sed civiliter, ad thori sci-
5 licet separationem cum dotis restitutione. Viv. *comm. opin.* 533. *num.* 19. Covarruv. *de sponsalib. num.* 5. Bajard. *ad Clar. §. adulterium num.* 18. De Rosa *in prax. crim. p.* 2. *cap.* 4. *de adulterio num.* 14. & 17.

Ratio diversitatis est, nam licet matrimonium utriusque conjugis fide fulciatur, cujus violatio
6 utrumque faciat Reum; attamen in muliere major requiritur pudicitia, per quam familia servatur, & a qua prolis certitudo, vel dubitatio dependet. *Gloss in L. quæ in adulterio ff. ad L. Juliam, & Gloss. in L. palam, de Rit. nupt.* Ursill. *ad Affl. dec.* 179. *in fin.*

Nuptiæ cum adultero factæ, viro mortuo,
7 adulterii crimen, & maculam nequaquam extinguunt. L. 27. *C. ad L. Juliam.* De Rosa *prax. crim. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 14.

✠ 8 Quanquam omnibus innotescat legis provisione cautum esse, maritum lucrari dotem propter adulterium ab uxore commissum, cessat nihilominus hujusmodi lucrum, quando extraneus repetit dotem ex pacto reversionis, in tabulis nuptialib. apposito, vel si eam in adulterio deprehensam vir illico occiderit, de Luca ad de Franchis *observ.* 240. Fontan *num.* 18. Porro dolorem justè hinc conceptum temperare marito difficillimum est, vix similem invenire licet Paolo illi eremitæ, qui cum uxorem valde pulcram in adulterio deprehenderit, tacite subridens, jurato adfirmavit, se nunquam cum ea rem habiturum, ad adulterum vero, tibi, ait, eam habeto, Tiraquell. *l. connub.* [illegible] *n* 14. [illegible] rarissime evenit, ut adultero partes misericordiæ largiatur maritus, sicuti Byzantius ille, qui cum adulterum cum uxore sua deformi deprehenderit, dixisse fertur: *O miser! quæ necessitas te huc adegit?* teste Plutarcho *de cupiditate divitiarum circa medium.* Hinc pleroque in adulterio prehensos a maritis occidi experientia compertum est; hujus rei plurima refert exempla Romulus Amasæus in *interpret. Pausaniæ*; sic in adulterio occisus est Rodoaldus Rex Longobardorum, teste Paulo Diacono *hist. Longobard. lib.* 4. *cap.* 50. Otho

Dux Moraviæ ultimus frustra a marito nobili vitam sibi donari petiit, Gracchus a Numerio, Barnimus Dux Pomeraniæ secundus, Heratosthenes a Lysia, Marianus ab Antonio Savio, aliique.

✠ 9 Competit nihilominus tam adultero, quam adulteræ exceptio quinquennii, reconciliationis, patientiæ, & lenocinii; æquum enim est, ut turpis turpem accusare non possit, quinimo, ut ait Accursius, censetur maritus uxori adulteræ consensisse, vel post adulterium, ipsius factum adprobasse. Consonat regni *constitutio* a Rege Rogerio condita, cujus hæc sont verba: *Qui coram se spectante, vel alio permittit suam conjugem lascivire, non facile poterit eam in judicio accusare; viam quippe machinandi aperit, qui cum possit prohibere consensit*, qua consilit. correcta est dispositio *text. in l.* 1. *§. si publico ff. ad l. Juliam*; ubi uxor virum ab accusatione noo repellit exceptione lenocinii, ibi: *Lenocinium igitur mariti ipsum onerat, non mulierem excusat*, Perbelle Syra apud Plautum cecinit:

Ecastor lege dura vivunt mulieres,
Multoque iniquiore miseræ, quam viri:
Nam si vir scortum duxit clam uxorem suam,
Id si rescivit uxor, impune est viro,
Uxor, viro si clam domo egressa est foras,
Viro fit causa, exigitur matrimonio.
Utinam lex esset eadem, quæ uxori est, viro.
Nam uxor contenta est, quæ bona est, uno viro,
Qui minus vir una uxore contentus fiet?
Ecastor faxim, si ibidem plectantur viri,
Si quis clam uxorem duxerit scortum suam,
Ut illæ exiguntur, quæ in se culpam commerent.
Plures viri sint vidui, quam nunc mulieres.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXVI.

De Exceptione non numeratæ pecuniæ, vel rei non traditæ.

1. *Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium ex se ipsa probatur.*
2. *Proponitur etiam per præventionem.*
3. *Quid quando fuerit renunciatum cum juramento?*
4. *Est exceptio peremptoria.*
5. *Actio quoque ex non numerata pecunia est biennalis.*
6. *Post biennium etiam probari potest.*
7. *Qui debitum agnovit, non opponit.*
8. *Mercator, campsor. &c. non opponunt hanc exceptionem.*
9. *Geminata confessio excludit hanc exceptionem.*
10. *Item renunciatio cum juramento.*

✠ 11 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opposita infra biennium adversus apocam banci, an impediat ejus executionem?*

EXceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium proposita ex se ipsa comprobatur, nec probatione indiget, quia actori numerationem
1 pecuniæ probandi onus incumbit, *text. in L. in contractibus, C. de non numerat. pecun. cum concordant. ubi DD. &c.* Grat. *dec.* 165. Ricc. *coll.* 250.

Hæc exceptio proponi potest etiam per præventionem, præveniendo videlicet scripturam, licet præventioni renonciaverit, quæ non ob-
2 stat, quia eadem facilitate; qua debitor ad promittendum, & se obligandum movetur, ad renunciandum etiam tunc temporis debitor inducitur. Mascard. *de probat. concl.* 659 *num.* 14. & 15. Grass *de except.* 43. *nu.* 6. *ad* 9. Gratian. *disc. forens.* 879. *num.* 30. *tom.* 5.

Et licet Gratian. *d. discept.* 879. *num.* 31. limitaverit hanc conclusionem, si juramentum re-
3 nunciationi additum fuerit, attamen hæc sententia non plane arridet, quia eadem supradicta facilitate ad jurandum allicitur debitor; juramentum enim non dat robur contractui, quod

non

non habet, sed ejus naturam sequitur. Arias
de Mesa *lib.* 3. *cap.* 33. *nu.* 4. Staib. *in observat.*
ad resolut. 31. *num.* 49.
Exceptio hæc non numeratæ pecuniæ est pe-
remptoria, quæ perimit, & interficit omne jus
4 actoris. §. *appellatur Inst. de except.* Marant. *in prax.*
tit. de except. num. 12. Carleval. *de judic. tit.* 2. *disp.*
5. *num.* 3.
Non tantum exceptio, sed actio etiam, quæ
5 oritur ob numeratam pecuniam est biennalis.
Fab. *dec.* 4 *hoc tit.* Ricc. *coll. decis.* 250.
Post lapsum bienninm licet non obstet exceptio
hæc, potest tamen debitor probare, pecuniam
non fuisse numeratam, etiamsi bis se obligave-
6 rit, puta si facta fuisset prorogatio primæ obli-
gationis, quia secunda obligatio intelligitur fa-
cta juxta qualitatem primæ; & ita decisum fuit
per S. C., a quo executio facta contra debito-
rem fuit retractata, ex eo quia etiam elapso
biennio non numerationem pecuniæ probavit con-
tra binas confessiones, prout refert Affl. *decis.*
21. *cum* Ursill. *ibid.* omnino videndus.
Hanc exceptionem pecuniæ non numeratæ op-
7 ponere non potest qui debitum agnoscit, sol-
vendo scilicet partem debiti, præcipue si ex in-
tervallo hoc fecerit. *Put. dec.* 428. *lib.* 2. *Mogon.*
dec. Lucan. 24. *&* 143. Ricc. *coll. dec.* 1177. *&c.*
Licet omnes hanc exceptionem opponere pos-
sint, limitatur tamen in mercatoribus campso-
8 ribus, qui hoc facere nequeunt contra eorum
apocam mutui, in qua confitentur, eos pecu-
niam recepisse. Ursill. *ad Affl. obser. ad d. dec.* 110.
num. 6.
Cessat quoque prædicta exceptio in geminata
9 confessione, quia confessio geminata arguit actum,
qui fit, ad validitatem. Affl *d. decis.* 110. Cappell.
Tholos. *decis.* 375. Grammat. *decis.* 113. Ofasc.
decis. 39. *&c.*
Cessat pariter, quando huic exceptioni cum
juramento renunciatum fuit, sed quomodo fieri
10 debeat hæc renunciatio? vide Ricc. *in coll. dec.*
1177. Cappell Tholos. *dec.* 6. Ofasc. *decis.* 134.
Affl. *decis.* 94. Rot. Genuæ *decis.* 21. *&c.*
✠ 11 Exceptio non numeratæ pecuniæ opposita in-
fra biennium adversus apocam banci, quamvis
specifice ei renunciatum proponatur, an impediat
executionem demandatam in *pragmat.* 63. *de of-*
fic. proc. Cæsar. late examinat Sorge, qui mul-
tis congestis rationibus, sententiam affirmantem
tuetur *tom.* 8. *jurispr. forens. cap.* 74. *num.* 6.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXVII.

De Præscriptione.

1 *Articulos quatuor singulis annis decidendos mandat ultima Reg. Const.*
2 *Præscriptionis est primus.*
3 *Usquequo non fuerit decisus quid servandum attenta d. Reg. Const.?*
4 *Præscriptionis causa post mensem a die monitionis terminando.*
5 *Transcribuntur capitulo ultimæ Reg. Constitutionis.*
6 *Decisio vigore ejusdem Reg. Const.*
7 *Præscriptionis exceptio ad merita causæ reservatur, & ratio.*
✠ 8 *Transcribitur decisio S. R. C. ejusque Regalis approbatio.*
✠ 9 *In quibus causis cesset præscriptio longi temporis?*
✠ 10 *Quibus modis fiat interruptio præscriptionis?*
✠ 11 *Petitio generalis plurium rerum, vel summarum interrumpit omnium possessionem.*
✠ 12 *Effectus interruptionis.*

Ultima Regalis Constitutio diei 18. *Martii*
1738. *num.* 1. *&* 2. mandat, quatuor vici-
bus anni uniri debere quatuor Aulas S. R. C.,
1 & definiri juris dubia, inter quæ primum est
illud *Præscriptionis*, & quousque hic articulus
non decisus fuerit, mandatur, quod in lite,
2 quæ movetur ex actione acquisita triginta an-
3 nos ante, terminus dari non potest, nisi post
duos menses a die notificationis primæ petitio-
nis parti adversæ, & compilato termino, fa-
4 ctaque monitione ad sententiam causa determi-
nari nequit, nisi post elapsum mensem a die
notificationis enunciatæ monitionis ad senten-
tiam, prout clarius ex prædictis numeris pate-
bit. v3.

§. III.

Per lo Sagro Regio Consiglio.

I. Come che si considera, che la lunghezza
delle liti in buona parte deriva dalle discussio-
5 ni delle controvertite opinioni d' infiniti Arti-
coli, non meno della legge comune, che anche
delle leggi municipali di questo Regno; Ordi-
niamo perciò, che quattro volte in ogni anno
si debbano unire tutte le quattro Ruote del S.
C. nella giornata, che per tal' effetto si desti-
nerà dal Presidente del medesimo, ove si deb-
ba da uno de' Capi di Ruota in giro pro-
porre un' Articolo come sopra controvertito,
quale dall' intiero S. C. debba decidersi; e deci-
so che farà, se ne debba far rappresentazione
a Noi, affinchè, se altrimenti non ci sembrerà,
possiamo approvare una tal decisione; ed appro-
vata che sarà, si debba secondo una tale deci-
sione giudicare ne' casi simili in tutt' i Tribu-
nali del Regno.
II. E perchè la più importante determinazio-
ne si è quella, se in Regno debba ammettersi
la prescrizzione, ed in quali casi; Per tanto
nella prima unione delle quattro Ruote del S.
C., vogliamo, che debba trattarsi quella mate-
ria, determinandosi la maniera, colla quale si
debbano avere in Regno per prescritte le azzio-
ni: E fino a tanto, che non sarà stabilito que-
sto punto generale, vogliamo, che da oggi avan-
ti, se l'Attore muove lite contro di alcuno, e
l'azzione di muover la lite l' abbia acquistata
trent' anni prima di proponerla; in questo caso
non si possa dar il termine, se non dopo che
saranno elassi due mesi dal giorno, che sarà no-
tificata la prima petizione alla Parte avversa,
affinchè la medesima possa prepararsi alla dife-
sa, ed instruirsi di quelle cose, delle quali ve-
risimilmente non può esser consapevole per il
lasso del tempo; e che dopo saranno scorsi due
mesi, si proceda alla compilazione del giudizio
nella forma prescritta di sopra. E compilato
che sarà il termine, e fatta la Monizione *ad*
sententiam non si possa decidere la causa, se non
dopo che sarà passato un mese dal giorno, che
sarà notificata la Monizione.
Pro executione præcitatæ Regalis Constitutio-
nis S. R. C. junctis Aulis præscriptionis articu-
6 lum jam decidit, sed decisio adhuc publica ne-
quaquam facta fuit, & per consequens hanc le-
gem non adhuc habemus, sed expectamus.
Ex eo quia præscriptionis requisita ut pluri-
mum in facto consistunt, nempe tituli non vi-
7 tiosi, bonæ fidei, aliorumque probationes, ideo
præscriptionis exceptio ad merita causæ reserva-
ri solet. Joseph de Ros. *consult.* 23. & Carol.
Ant. de Ros. *in prax. civil. decret. p.* 1. *in* 1. *inst.*
ord. Jud. cap. 5. *num.* 11. *&* 12.

Pro

8 *Pro Præscriptione fuit emanata sequens Pragmatica sub die 22. mensis Decembris 1741., & est, v3.*

CAROLUS DEI GRATIA REX
Utriusque Siciliæ, Hyerusalem, &c. Infans Hispaniarum, Parmensium, Placentinorum, Castrensium Dux, Magnus Etruscorum Princeps.

DECISIO UNIVERSI S.R.C. A S.R.M. APPROBATA.

Die 23. Mensis Decembris 1738.

Junctis quatuor Aulis pro exequutione §. III. *num.* 2. *&* 3. *Regalis Constitutionis editæ sub die* 14. *mensis Martii* 1738.

Sacrum Consilium censet.

PRæscriptioni, qua actiones extinguuntur in quocumque Regni Foro locum esse oportere, modo conditionibus ab Jure Civili, Pontificio, ac Lege Municipali præscriptis planè sit confirmata. Propterea neque debitorem, qui ob conscientiam debiti semper est in mala fide; neque heredem, licet bonæ fidei, qui possessori malæ fidei successerit, præscriptione juvari unquam posse. Ceterum in tertio possessore bonam fidem præsumendam esse, ideoque lapso triginta annorum a die natæ actionis, ac deductis temporibus de jure deducendis, legitima præscriptione eum rectè uti posse. Ad hanc tamen excludendam, licere Actori apertis argumentis probare illum possessorem, sivè ab initio, sive intra præscriptionis spatium verè in mala fide fuisse, probationibus præsumtæ malæ fidei prorsus rejectis.

Præterea in quæstionibus infra notatis, ubi nullæ a litigatoribus scripturæ productæ sunt, sive publicæ, sive privatæ, non præscriptionis ope, sed vi præsumtæ solutionis ita decernendum putat:

Caussidicos, sive Advocatos, & Procuratores litium, ex quo vel patrocinium reliquere, vel mandato sunt defecti, pro honorario, aut palmario, sive laboribus, intra biennium agere posse; post id tempus repellendos.

Notariis a die confectarum scripturarum quousque earum exemplum, sive Copiam non tradiderint, meritarum mercedum causa non ultra biennium, agere licere; traditis verò quandocumque Copiis quidquam petendi jus non esse.

Pharmacopolis ob vendita medicamenta, si adversus eum, qui ea acceperit, acturi sint, biennium concedi; si verò post ipsius obitum ab herede repetere instituant, intra duos menses agendum; post ab judicio removendos.

Fabros omnes, atque Artifices de pretio rerum manufactarum, laborumque mercede recuperanda, intra annum experiri debere; post annum a die operis expleti actionem penitus negandam.

Denique famulis, ceterisque, qui operas suas locant, postquam a famulatu, ministeriove discesserint intra duos menses dumtaxat petendi salarium facultatem esse tribuendam.

Quæ tamen omnia robur, ac firmitatem capient in posterum a die promulgationis, si Regis Majestas annuerit: quamobrem ad eam de omnibus referatur. Vincentius de Ipolito Præs. Horatius Rocca. Antonius Magiocco. Franciscus Ventura. Carolus Danza. Hieronymus Arena. Franciscus Crivelli. Cæsar Invitti. Joannes Antonius Castagnola. Dominicus Bruni. Carolus Gaeta. Vitalis de Vitale. Joseph Casimirus Capuazutus. Thomas Xaverius Caravita. Franciscus Guerrasius. Balthasar Cito. Didacus Zapata. Cæsar Bosco Simon Salazar. Franciscus Perrelli. Donatus Antonius de Asti. Tiberius de Fiore. Franciscus Porcellius a Secretis.

HA visto el Rey las dos Decisiones de las quatro Ruedas del Consejo, hecas en execucion del §. III., num. 1., & 2. do su Constitucion de 14. de Marzo del año de 1738. y represantadas por V. S. con su Carta de 2. de Enero de este año; una de las quales pertenece a las Prescriptiones, y otra a los Alimentos, que los Padres deven a los hijos en vigor de la Consuetud Napolitana, copia de las quales es la adjunta firmada de mi mano; Y haviendo Su Magestad aprovado ambas Decisiones en la forma, en la qual las quatro Ruedas las han formado, me ha mandado dezir a V S., que se observen como ley en todos los Tribunales del Reyno, y que V.S. disponga, que se trasmita noticia autentica de estas decisiones, y de la aprovacion de Su Magestad a todos los Tribunales Colegiados del Reyno, encarcando a estos, que hagan lo mismo a todas las Cortes inferiores, y respectivamente subordinadas a los mismos. Dio guarde a V S. muchos años como desseo. Palacio y Diziembre 15. de 1742.

D. Bernardo Tanucci.

Señor Presidente del S.C.

Supradictæ Decisiones S. R. C., ac Regalis earumdem Approbatio fuerunt per me publicè lectæ in Aula majori S.R.C., congregatis ibidem, ac pro Tribunali sedentibus Ill. Marchiona Spectabili Domino Præside ejusdem, ac omnibus Dominis Regiis Consiliariis quatuor Aularum, præsentibus quamplurimis Magnificis Advocatis, & Procuratoribus, aliisque personis in numero copioso. Die 22. Decembris 1742.

Franciscus Porcellius a Secretis.

9 ✠ Præscriptionis exceptio cessat aliquando propter naturam actionis atque judicii, aliquando propter rei qualitatem, aliquando ratione personarum. Propter naturam actionis cessat in actionibus personalibus, & omnibus judiciis mixtis, v. g. familiæ erciscundæ, communi dividundo, & hereditatis petitione, quæ sine justo titulo possidetur. Propter rei qualitatem, si res v. g. sit vitiosa. Cessat postremo ratione personarum in re conducta a colono, qui nec diuturnitate possessionis se tueri potest contra dominum, cum non sibi, sed domino civiliter possideat, *l.* 1. *C. h. t.*

10 Præscriptioni adversatur interruptio, quæ vel naturaliter evenit per amissionem possessionis ante legitimum tempus, vel civiliter per litis contestationem, quæ actionem perpetuat usque ad quadraginta annos ab eo die computandos, quo partes in judicio fuerint. Interdum per solam libelli oblationem præscriptionis interruptio effici potest, maxime eo casu, quo possessor præscribens in judicio conveniri non potest propter ejus absentiam, insaniam, furorem, vel potentiam.

11 Quod si creditor, cui ex diversis causis plures summæ debentur ejusdem quantitatis ab eodem, v. g. decem ex causa mutui, ex vendito decem, ac totidem ex testamento, decem petierit non adiecta causa debendi, vel generaliter quod sibi debetur, intelligitur omnes causas, & actiones in judicium deduxisse, quoad interruptionem temporis; quod secus est, si creditor ex certa causa certam quantitatem, vel summam petierit; nam una instituta actione, non fiet interruptio temporis ceterarum nomine, *l.* 3. *C. h.* 6. Hujus vero interruptionis effectus est, cur-
12 sum usucapionis sistere, etiam naturalis, donec nova inchoetur possessio ex nova causa *l.* 1. *ff. de usucap.*

AD-

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXVIII.

De Exceptione rei judicatæ.

1 *Exceptio rei judicatæ dubia reservatur ad merita causæ.*
2 *Resultans ex judicia summario, non opponitur in ordinario.*
3 *Quanda hoc verum sit?*
4 *Ut opponi possit, quid concurrere debet?*
5 *Non obstat in eo, quod non fuit deductum.*
6 *Judicis verba debent esse expressa, ut dici possit judicatum.*
7 *Res judicato non oritur ex eo, quod fuit deductum, sed non discussum.*
8 *Post rem judicatam nil quærendum.*
9 *Principis rescripta nec admittuntur contra.*
10 *Exceptio rei judicatæ quando locum habeat.*
11 *Requisita.*
12 *Primuro requisitum longè interpretandum.*
13 *Alia requisita interpretativè intelligenda sunt.*
14 *Omnia requisito large interpretanda.*
15 *Doctrina Reg. de Ponte transcribitur.*
16 *Formula circa praxim rei judicatæ, & quando talis dicatur.*
17 *Formula instantiæ.*
18 *Formula monitionis.*
19 *Relationis notificationis.*
20 *Decreti facto verbo.*
21 *Relationis notificationis.*
22 *Farmula alterius instantiæ pro executione decreti definitivi.*
23 *Formula decreti.*
24 *Relationis notificationis.*
25 *Formula ultimi decreti.*
26 *Si Pars non appellet, elapsis decem diebus quid sit?*
✠ 27 *Pronunciatio Judicis ecclesiastici super incidenti spirituali, an pariat exceptionem rei judicatæ?*
28 *Exceptio rei judicatæ, ut locum habeat, debet de ea legitime constare.*

EXceptio rei judicatæ quando elara non est, sed dubia, & obscura, ad merito causæ re-
1 servatur. Anna *cons.* 99. Morad. *in adnot. & observ. ad singul.* 132. *jus Patris.*

Sub *num.* 3. & 6. Ricc. observandum est, Exceptionem rei judicatæ eo judicio summario resultantem non posse opponi in judicio plena-
2 rio, si in summario dictum fuerit: *citra præjudicium jurium ambarum Partium*: Et per S. C. fuisse decisum, esse procedendum in causa ad ea, quæ incumbunt pro expeditione causæ non obstante exceptione rei judicatæ opposita, testa-
3 tur de Franch. *decis.* 289. Capyc. Galeot. *controv. forens. fol.* 2. *contr.* 35. *nu.* 23. Marta *cons. num.* 31. *&c.*

Rei judicatæ exceptio ut obstet copulativè con-
4 currere debet identitas personarum, & actio, agendique modus *DD. in l.* 1. *ff. de except. rei judic.* Et in eo, quod non fuit deductum, &
5 determinatum, non obstat exceptio rei judicatæ: Theodor. *alleg.* 63. *num.* 25. Reg. Galeot. *in addn. ad Camill. de Medicis cons.* 6. *num.* 44. *vol.* 1.

Judicium ut decisum dici, reique judicatæ
6 effectum producere possit, verba debent esse expressa, & necessariam consequentiam venire, nec satis est, quod per necessarium antecedens inferant, nisi plene in judicio fuerint cognita, & discussa, Cravett. *conf.* 166. *num* 3. 1. Hyeronim. de Palma *cons.* 49. *num.* 7. Fab. de Anna *cons.* 19. *nu.* 17. *tom.* 1. Affl. *controv. jur. cap.* 50. *num.* 2. *& seq.*

Ex eo quod fuit deductum, sed discussum non
7 apparet, res judicata non oritur. Franch. *dec.* 178. *num.* 6. & *dec.* 510. *num.* 8. Fab. de Anna *conf.* 19. *n.* 1. & 6. *tom.* 1.

8 Post rem judicatam nihil aliud quæri potest *l. Post rem ff. de re judic. l. cum prolatis ff. eod. l. verbum* 1 *C. de re judic. l.* 2. *unicam judicatam C. sententiam nasc. non posse.* Imo contra res judicatas, nec etiam Principis rescripta admitti
9 posse decernitur *in l.* 3. *C. eod.* & Hugo Donellus *in commentar. jur. civil. lib.* 41. *tit. de re judic.* hæc scribit; *Quod ita habui in primis conveniebat: nam nisi hoc fit, duo magna incommoda consequentur in Republica. Unum quod nemo unquam ad jus suum pervenire poterit, quam unam tamen ob causam judicia quæsita sunt. Quid enim sperandum est ei, qui aget ubi is, cum quo agetur semper hoc causabitur, se debuisse, eoque se immerito condemnatum. Alterum isto modo, quod nullus erit litium finis, quo nihil eo pacis, & concordiæ Civium, quibus rebus maximè stant Republicæ magis contrarium, ut si aliis in rebus omnibus propter utilitatem publicam finiendis litibus maximè studuerunt legislatores, his præcipuè in judiciis, qua dirimendarum litium causa constituta sunt, ei res fuerit consulendum. Quam aperè id caverint Juris Auctores, ut aliquis finis litium esset hi loci declarabunt l. ultra ff. prò suo L. fratris C. de transaction. l. quidam ff. si cert. peta.*

Rei judicatæ exceptio semper locum habet
Per M. C. V. visis actis, fuit provisum, & decretum, exceptionem propositam prò parte Catherinæ ...... militare, ac proindè exequutio facta restituatur prò causa in actis deducta hoc suum &c. -- Barnaba De Onofrio -- Bologninus Act. Mag. -- Barberius Scriba.

OBSER. DE CARO AD CAP. LXXIII.

De exceptione discussionis rei specialiter obligatæ.

1 *Generalis obligatio minus afficit rem, quàm specialis.*

2 *Hypotheca an contrahatur in mercibus venalibus?*

3 Cre-

3 *Creditor alienatis bonis debitoris, an habeat electionem?*
4 *L. 2. de pignor. explicatur.*
5 *Hypothecam specialem habens an possit agere contra tertium possessorem rem hypothecatam possidentem?*
6 *Exceptio discussionis contra quam actionem competat?*
7 *Exceptio hæc quando opponenda est?*
8 *Diversæ sententiæ DD.*
9 *Opponi potest ante, & post litem contestatam.*
✠ 10 *Creditor, cui pignus tradidit debitor, an cogi possit ad ejus venditionem?*
11 *Quid in muliere vergente viro ad inopiam?*
12 *Creditor posterior specialem habens hypothecam præfertur aliquando anteriori generalem habenti.*
13 *Et quid in muliere favore dotis?*

GEneralis obligatio minùs afficit rem, quam
specialis, & tunc res dicitur obligata, &
obnoxia censibus, & oneribus, quando sunt in
1 specie super eadem re, *Gratian. discept. forens.*
cap. 546. *num.* 30. *&* 31. *Negusant. de pignor.*
memb. 1. *par.* 2. *num.* 10. *Merlin. controv. forens. cap.* 45. *num.* 8. *cent.* 1.
Hypotheca an contrahatur in mercibus venalibus? Licet nonnulli negent; affirmativa ta-
2 men sententia est communior. *Bald. dec.* 322.
Merlin. decis. 655. *lib.* 3. *diverf. Ricc. coll.*
dec. 1251.
Sub *num.* 1. Ricc. observa, quod licet creditor possit agendo contra debitorem eligere su-
3 per qua re velit; attamen alienatis omnibus
bonis debitoris amittit hanc electionem, sed
tenetur contra posteriorem experiri sua jura.
Amend. ad Franch. decis. 53. *num.* 4.
L. 2. C. *de pignor.* procedit nondum super
4 re specialiter hypothecata, sed etiam super
ejusdem fructibus. *Magon. dec. Rot. Florent.*
124. *Ricc. coll dec.* 73. *in fin.*
Si quis habeat hypothecam specialem super
aliqua re, quæ debitoris fuerat, non potest
5 contra tertium possessorem agere, nisi prius
contrà principalem debitorem, vel ejus heredem egerit. *Thesaur. dec.* 51. *Cujac. lib.* 3. *respons. Papin. ad l. qui generaliter.* 2. *C. qui pot. in pignor.*
Excussionis exceptio contra hypothecam solam
competit, non contra dominii vindicationem.
6 *Auth. hoc si debitor. C. de pignor. Casanat. conf.*
7. *n.* 10. *penes Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 13.
num. 104.
Quando opponenda sit hæc exceptio, ante, vel
post litem contestatam? Diversæ sunt DD.sen-
7 tentiæ; multi etenim tenent, esse exceptionem
dilatoriam, & sic ante litis contestationem op-
poni debere. *Bartol. post gloss. in l.* 3. *ff. de except.*
Anchar. cons. 294. *&* 317. *Guid. Pap. dec.* 94. *&*
570. *Boer. dec.* 221. *Ufasc. dec.* 44. *n.* 25. *&c.*
Alii tenent, esse anomalam, & ante, & post
litem contestatam opponi posse. *Gloss. in L. ex-*
8 *ceptionis* 5. *ff. de except. Cancer. var. resol. jur.*
par 2. *cap.* 5 *num.* 175; ideoque hæc exceptio
opponi potest ante litem contestatam, ad pro-
cessum impediendum, & ea opposita, ligatæ
sunt manus Judicis, *L. fin. C. de except. Alex.*
conf. 32. *vol.* 4. *&c.* Et post litem contestatam,
in vim peremptoriæ, non ad impediendum pro-
9 cessum, sed ad evitandam sententiam; & hoc
casu non sunt ligatæ manus Judicis, sed in causa proceditur; sententiam tamen obtinere non
potest actor, nisi de inopia debitoris doceat.
Bald. conf. 150. *n.* 1. *vol.* 2. *Anton. Gabriel. de fidejuss. concl* 1. *n.* 13., *& alii penes cit. Cancer. var.*
resol. jur. par. 2. *cap.* 5. *n.* 177.
Tom. IV.

✠ 10 Notissimi juris est, creditorem, cui pro securitate ejus crediti pignus a debitore traditum fuit, ad ejus exhibitionem, & venditionem ab aliis creditoribus compelli posse, quo facilius per debitorem vendi possit, & ei, ac aliis satisfieri; en verba *l. a Divo Pio §. quod si res ff. de re judic. Quod si res sit pignorata, quæ pignori capta est, videndum est, an sic distrahi possit, ut dimisso creditore, superfluum in causam judicati convertatur, & quanquam non cogatur creditor, rem, quam pignori accepit, distrahere, tamen in judicati extensione servatur, ut si emtorem invenerit res, quæ capta est, qui dimisso priori creditore, superfluum solvere paratus sit, admittenda sit hujusmodi quoque rei distractio, nec videtur deterior conditio creditorum fieri, suum consequuturi, nec prius jus pignoris dimissuri, quam si ei fuerit satisfactum.*

11 Hinc sequitur, quod si vergente viro ad inopiam uxori bona sua tradiderit, vel in solutum dederit, si plus valeant, quam esset uxoris creditum dotis, instantibus creditoribus cogi potest ipsa mulier, ut exhibeat, & relaxet bona juris dispositione pignorata, ut distracta sibi, & aliis satisfiat, solvaturque juxta uniuscujusque prælationem, privilegium, & anterioritatem. Rationem assignat Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gl.* 3. *par.* 8., quia per hanc exhibitionem, & venditionem nullum damnum dicitur sentire creditor, cum ordinetur ad ejus, & aliorum utilitatem, & satisfactionem.

12 Quamvis anterior creditor generalem habens hypothecam in omnibus bonis, præferatur posteriori specialem habenti super re certa, nihilominus si ei ita res generatim sint obligatæ, ut conventum etiam sit, ne certa quædam bona illi hypothecata intelligantur, nisi in subsidium, hoc est, si pecunia ex reliquis bonis redigi non possit; tunc in his bonis melior erit causa posterioris creditoris, cui speciatim obligata fuerunt, quoties anterior in aliis potest sibi facere satis, Mynf. *obser.* 94., Covarr. 4. *variar.* 18. Excipe, cum creditor, qui specialem, & generalem habet hypothecam, non concurrit cum alio creditore, sed ipse solus agit, tunc ei electio non denegatur, cum amplius locum non habeat æquitas *d. l.* 2. *C. de pign.*

13 Quæstio tamen est, an mulieri liceat pro dote eligere aliqua ex multis bonis obligatis, in quibus sibi satis faciat, quando mulier sibi providit speciali hypotheca. Contrariam sententiam tuentur Covarr. *variar. resol. l.* 3. *&* 18. Gabriel *conf.* 41., aliique, etiamsi in instrumento dotis adesset clausula illa *pro majori securitate*, quoniam inde non infertur ex necessitate, quod generalis hypotheca possit absolute exerceri, cum sint hæc compatibilia, quod major sit cautio; nec ullum pro dote reperitur speciale privilegium in toto juris corpore expressum. Verior tamen sententia, quæ in praxi servatur, est, ut locum non habeat dispositio *d. l.* 2., quæ in æquitate nititur; hæc etenim locum habere nequit, quoties agitur de præjudicio dotis, ob cujus favorem lex multa induxit, quæ videri possent alioquin iniqua, nisi adesset Reipublicæ favor, cui expedit dotes mulieribus conservari, *l.* 1. *ff. solut. matrim.* ut est privilegium, quod præferatur creditoribus anterioribus etiam expressam hypothecam habentibus, ex *l. assiduis, ff. qui pot. in pign.* Revera si mulier tunc demum posset ad generalem hypothecam se convertere, cum ex re specialiter obligata pecuniam suam redigere non posset, utique eo casu assumeret sibi obligationem excutiendi pignus ipsum speciale; id quod absque dispendiis, temporis mo-

ra, & molestiis perfici nequit, ut recte monet Corneus *cons.* 246. *lib.* 1.

ADD. DE CARO AD CAP. LXXIV.

De Exceptione discussionis principalis.

1. *Nullitates ordinem concernentes recipi debent cum deposito, & ante sententiam ex ult. Regal. Const.*
2. *Transcribitur Capitulum dictæ Regalis Const.*
3. *Paupertatis memorialia pro evitando deposito non recipiuntur ex ead. R. Const.*
4. *Transcribitur cap dictæ R. Const.*
5. *Agens contra tertium possessorem non obtinet, nisi egerit contra principalem.*
6. *Excussio quando dicatur facta?*
7. *Excussio non requiritur, quando principalis est absens.*
8. *Absens quinam dicatur?*
9. *Debitore possidente nomine Creditoris precario bona hypothecata, an creditor agat contra tertium possessorem nulla facta discussione?*
10. *Assistentia an, & quomodo concedatur contra tertium possessorem non discusso principali?*
11. ✠ *Excussio semel facta ad instantiam unius creditoris, prodest aliis Creditoribus.*
12. *Nudo detentori, vel malæ fidei possessori non competit.*
13. *Quid si conveniatur unus ex heredibus?*
14. *Adhuc excussio competit, quamvis creditor ei renunciaverit.*
15. *Fidejussor solvens creditori, an uti cessionarius possit agere hypothecaria?*

De exceptione circa ordinem loquente hoc in loco Ricc., observamus, hodie ex ultima *Reg.*
Const. diei 18 *Martii* 1738. § 1. *num.* 19. san-
1 citum esse, nullitates ordinem concernentes recipi non posse, nisi cum deposito carolenorum
15. in M. C. Vicariæ, & ducatorum sex in S. C. ante sententiam, & in R. C., neque nullitatibus non subsistentibus potest restitui depositum *ex causis*, v3.

§. I.

XIX. Ordiniamo, che le nullità, che si presentano riguardo all' ordine avanti il Decreto
2 diffinitivo, o sentenza, non si possano ricevere, se non precedente il deposito di carlini quindici in Vicaria, e di ducati sei nel S. R. C., e Regia Camera della Sommaria, qual deposito, qualora la nullità regge, si debba restituire alla Parte, ma non reggendo, debba liberarsi in beneficio del Regio Fisco, senza che per lo medesimo possa dirsi dalla Camera di S. Chiara, oè dal S. R. C. o dalla Regia Camera della Sommaria; *Ex causis restituatur depositum.*

Et attenta eadem ultima *Reg. Const.* §. 2. *nu.* 2. memoralia paupertatis non amplius exhiberi
3 posse, nec decerni ad finem nullitates præsentandi absque deposito, v3.

§. II.

Per la Real Camera di S. Chiara.

II. Occorre il più delle volte, che persone notoriamente opulenti volendo presentare le nul-
4 lità, le presentano col Memoriale di povertà; non ad altro oggetto, che per godere del beneficio di quel tempo, che vi bisogna per far dire, *stante notoria opulentia non recipiantur nullitates absque deposito*; Perciò per ovviare ad un tal disordine proibiamo espressamente, che dalla Regal Camera di S. Chiara non si debbano decretar Memoriali di povertà ad istanza di coloro che notoriamente non siano poveri, e decretandosi dagl' Attitanti della medesima, incorrano ogni volta nella pena di ducati cinquanta.

Ad rem devenientes dicimus, quod agens actione hypothecaria contra tertium possessorem, ob-
5 tinere non potest, nisi prius egerit contra principalem debitorem, sibi bona obligantem, vel ejus heredes. *Auth. hodiè C. de pignor.* Negusant. *de pignor. part.* 8. *num.* 9. & 10. Gabriel. *comm. conclus.* 1. *num.* 21. *tit. de fidejuss.* Roland. a Valle *cons.* 9. *num.* 5. *lib.* 1.

Excussio non dicitur facta, nisi facta sit in bo-
6 nis Rei, & fidejussorum. *Auth. hoc si debitor, C. de pignor. Gloss.* in *L. mulier, qui pot. in pignor.* Bened. de Plum. *tract. discuss. num.* 15.

Excussio non est necessaria, ubi Principalis est
7 absens. *Auth. hoc si debitor. v. actum sit. C. de pignor.* Alex. *cons.* 84. *lib.* 3. & *cons.* 100. *nu.* 11. *lib.* 6. Roman. *cons.* 99. Aym. *cons.* 201. *num.* 45. & *cons.* 272. Ludovis. *decis. Perus.* 45. *num.* 16. *part.* 1.

Absens dicitur, quum extra territorium judi-
8 dicii reperitur. Dec. *in L. fin. nu.* 26. *ff. si cert. pet.*

Si debitor constituerit, se possidere nomine precario creditoris bona specialiter hypothecata, an
9 creditor possit agere hypothecaria contra tertium possidentem dicta bona, nulla excussione facta adversus principalem debitorem? Affirmativam sententiam esse magis communem tenet Guid. Pap. *dec* 432. *nu.* 12. Viv. *dec.* 177. *lib.* 1. Cancer. *var. resol. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 187.

Assistentia licet concedatur contra tertium pos-
10 sessorem pro tertiis decursis, non conceditur tamen pro capitali, quod non est liquidum, nisi facta liquidatione cum principali debitore. Rovit. *Pragm.* 1. *de assistent. n.* 4.

Et licet contrarium sentiat Sanfel. *decis.* 115. *tom.* 1. *cum* Alex. *cons.* 85. *vol.* 6., attamen nostrorum Tribunalium praxis, & observantia est in contrarium. Reg. Petr. *in Rit.* 259. *num.* 31.

✠ 11 Excussio semel facta ad instantiam unius creditoris cum inducat notoriom, prodest etiam aliis creditoribus agere volentibus contra alios possessores, & sententia tanquam in causa status, inter alios probat; modo cesset suspicio fraudis, & collusionis, prout esset inter virum, & uxorem, Scacc. de *sentent. & re judic. gl.* 14. *q.* 12. *n.* 6., Rot. Rom. *par.* 12. *recent. dec.* 10. *num.* 7. aliique.

12 Exceptionem discussionis nudo detentori, non competere, neque malæ fidei possessori convento hypothecaria, docet Faber. *def.* 3. *C. de except. Quæ tertiis possessoribus hypothecaria conventis datur non factæ excussionis exceptio, sicuti non juvat nudum detentorem, qui aut nullo modo alii, non sibi possidet, qualis est conductor, & depositarius, commodatarius, & siqui sunt similes, ita nec nudum possessorem, idest qui aliam possessionis, sive causam dicere nullam possit, quam quia possidet; neque enim in hujusmodi personis locum habet is æquitatis favor, qui hanc exceptionem induxit, ille nimirum, quod justo possessori succurrendum sit, cujus sane interest non solvere potius, quam solutum repetere, cum ne fiant de lite lites condemnato possessore, qui mox adversus debitorem, a quo causam habuit regressum habiturus sit, quæ res ad publicam quoque utilitatem pertinet, ita Senatus.*

13 Evenit aliquando, ut possessor, qui convenitur sit unus ex heredibus debitoris, quo casu hujusmodi excussio non requiritur. Nec obstat quod heredes sint ad instar plurium debitorum ad invicem, & quilibet teneatur pro rata, & pro altera parte reputatur extraneus, ideoque videatur, quod unus ex heredibus conventus opponat excussionem respectu alterius; etenim hoc non procedit, quando unus ex heredibus debitoris possidet rem illam, quæ est hypothecæ affecta, quia tunc heres convenitur ut possessor, & ratione possessionis tota obligatio discurrit in ipsum. Merlin. de *pignor. lib.* 5. *q.* 64. *n.* 19.

14 Cum publicæ utilitatis intersit, ut judicium prius promoveatur contra principalem debitorem,

rum, vel eius heredes, & interceflores, exinde fequitur hujufmodi exceptionem competere, quamvis creditor eum de pignore convenerit, pactus fit, ne bonorum debitoris excuffionem ullo casu facere teneatur; etenim illa conventio tertio poffeffori poftea cum debitore contrahenti nocere nequit, ut fi hypothecaria conveniatur, juvari eo minus poffit exceptione non factæ difcuffionis, Faber. Cod. de except. def. 6. Quod fi fidejuffor
15 creditori folverit, eo cafu, uti ceffionarius ex ceffis actionibus agere poterit contra poffefforem, itaut actiones, quæ inutiles erant penes ceffionarium, erunt utiles penes cedentem, ficuti fol quamvis colores non habeat, format nihilominus colores, quos non habet, Fontanel. de pact. nupt. n. 69., Monter. dec. 25.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXXV.

De Exceptione difcuffionis Inventarii facti.

1. *Inventarii difcuffio cum uno facta ceteris nocet, vel prodeft, nec iterum facienda eft.*
2. *Inventarii difcuffionis exceptio non impedit exequutionem poft literas exequutoriales.*
3. *Exceptio hæc quando opponi poffit?*
4. *Inventarii effectus quinam fint.*
5. *Heres nomine proprio obligatus tenetur de proprio.*
6. *Per confectionem Inventarii quis non dicitur adire.*
7. *Inventarii exceptio opponitur in exequutione fententiæ.*
8. *Inventarii beneficio heres non gaudet dolo occultans bona.*
9. *Item quando non fervatur ejus forma.*
10. *Forma Inventarii quænam fit remiffivè?*
11. *Heres oftendens Inventarium habet intentionem fundatam, & contrarium ab alia parte probandam eft.*
12. *Inventarii difcuffione pendente non moleftatur heres, nec tertius poffeffor, nec Creditores, nec legatarii.*
✠ 13 *Effectus, & utilitates inventarii recenfentur.*
14. *Pœna neglecti inventarii.*
15. *Filius an legitimam perdat non conficiens inventarium?*
16. *An ut falcidiam, ita & Trebellianicum amittat heres non conficiens inventarium?*
17. *Si fponte res aliquas omiferit, qua pœna puniatur?*

AD num. 2. Ricc. quod difcuffio inventarii, fivo bonorum hereditariorum cum uno ex creditoribus facta, ceteris nocet, & prodeft, ita ut ite-
1 rum difcuffio nullimodo facenda fit, adde Reg. Petr. in Rit. M. C. V. 24. n. 10. tom. 1.

Ad num. 7. Ricc., quod exceptio difcuffionis inventarii non impedit executionem poft relaxa-
2 tas literas executoriales, fed impedit, fi opponatur adverfus decreta de folvendo tertias etiamfi elapfi fint 30. dies a Reg. Pragm. ftatuti, adde Thor. compen. dec. v. exceptio inventarii, par. 3. Capyc. latr. dec. 96. penes De Rofa prax. civil. decret.
3 par. 2. in 2. inft. ord. jud. cap. 4. num. 31. Quando currat dictus terminus dierum 30.? vide Ricc. add. ad De Rofa loc. cit.

Inventarii effectus funt, ut heres non tenetur de proprio, fed tantum fecundum vires heredita-
4 rias; Ut poffit detrahere quartam Trebellianicam, & Falcidiam ex legatis, & fideicommiffis; Atque ut poffit deducere expenfas a fe factas pro teftamento, ultima infirmitate, funere, & inventario. Verd. inft. civil. lib. 2. tit. 19. lem. 19. De Franch. decif. 556. Si verò confecto inventa-
5 rio heres nomine proprio fe obligaverit, tenetur, De Franch. 323.

Per folam inventarii confectionem non dicitur
6 quis hereditatem adire, nec fe pro herede gerere. Franc. Marc. decif. 29. par. 1.

Exceptio inventarii opponi poteft etiam in exe-
7 cutione fententiæ. Maftrill. decif. Rot. Sici. 24.

Beneficiis ea inventario provenientibus quis non gaudet, quando heres dolose omifit in inven-
8 tario ponere unam, vel plures res, quia licet inventarium fubftineatur, heres tamen punitur pœna dupli, fed non tenetur in folidum legatariis. Rot. Gen. dec. 35. Card. Put. dec. 379. lib. 1. Guid. Pap. dec. 571. De Franch. dec. 281.

Privatur etiam heres inventarii commodis,
9 quando ejus forma fervata non fuit. Bellamer. dec. 279.

Forma inventarii in quo confiftat? Vide Velafc. dec. 52. Rot. Lufitan. Thef. fil. dec. 29. Rot. Pede-
10 mont. Veral. dec. 119. par. 2. Achill. de Groff. dec. 3. de teftam. Capyc. dec. 101. Ofafc. dec. 181. Guid. Pap. 57., & noftras Obfervationes ad Ricc. par. 1. Tit. 5. cap. 2. per tot.

Heres oftendens inventarium, dicens nil aliud effe in hereditate præter contenta in inventario,
11 habet intentionem fundatam, & onus probandi contrarium transfert in adverfarium. Camer. var. refol. jur. par 1. cap. 9. de dote fub n. 174.

Pendente difcuffione inventarii non poteft moleftari heres, nec tertius poffeffor ab eo caufam
12 habens, nec pofteriores creditores, aut legatarii, qui habuerunt pecuniam ab herede. Jofeph De Rofa confult. jur. 57. num 33.

✠ 13 Effectus inventarii legitime confecti plures funt: 1. quod heres creditoribus hereditariis non teneatur ultra vires hereditatis, tollaturque iniqua illa juris præfumtio, qua heres non conficiens inventarium res fubtraxiffe videtur. 2. quod non teneatur heres legatariis, & fideicommiffariis ultra dodrantem, quia poteft adverfus eos deducere falcidiam, quam amitteret non confecto inventario. 3. quod fi quam obligationem, & actionem habuerit heres contra defunctum, tanquam debitorem fuum, ea obligatio & actio integra & falva ipfi maneat, & confervetur beneficio inventarii, nec extingnatur confufione per aditionem, qua alias idem fit debitor, idemque creditor. Sic vice verfa, fi heres obligatus fuerit defuncto, eique aliquid debuerit, hæc obligatio confecto inventario falva manet, ut poffit a creditoribus hereditariis conveniri. 4. non cogitur heres de ordine creditorum, vel legatariorum effe follicitus, fed poteft cuicumque primo venienti folvere. Non ideo præjudicatur ordini fingulorum, quoniam poffunt creditores legatariis, & potiores creditores ab aliis, illa, quæ acceperunt, quoties bona non fufficiant, avocare inftituta actione competente. 5. nequit heres ullo judicio conveniri in rem, vel in perfonam, a creditoribus, legatariis, vel aliis quibufcumque intra tempus a lege datum ad confectionem inventarii, vel ipfo jure ad deliberandum a lege conceffum. Ipfe tamen heres contra debitores hereditarios agere non prohibetur, quia ejus, quod favore introductum eft, non debet in ejufdem præjudicium detorqueri. 6. in poteftate heredis erit rem, vel ejus pretium folvere creditoribus; quo fit, ut aliquando creditoribus invitis aliud pro alio folvatur; quod fi in hereditate onerata pecunia non catet, fed tantum res quædam, quæ tamen nullum inveniant emtorem, & creditores folutionem urgeant, poteft heres illis invitis res hereditarias in folutum dare, quas hoc cafu recipere coguntur, fi fuum confequi velint. 7. fi nec pecunia catet, & res hereditariæ poft mortem teftatoris interierint abfque culpa heredis, creditorum, vel legatariorum damno cedit. 8. poterit heres jure retentionis confequi quidquid in funus, teftamenti infinuationem, inventarii confectionem, aliafve neceffarias hereditatis caufas impenderit; item detrahere fumtus, quos pro hereditatis defenfione fecerit. Videfis Fachin. lib. 6. contrav. cap. 20.

14 Hactenus de utilitate heredis conficientis inventarium; fequitur de pœna negligentis id face-

re. Prima est, quod creditoribus hereditariis summe æs alienum de proprio suo patrimonio solvere teneatur; indignus enim est beneficio legis, qui requisita per legem negligit; itaut non audiatur probare volens amplius in hereditate non fuisse; excipe si constet defunctum, de cujus hereditate agitur, dum viveret, bonis cessisse. Secunda est, quod licet olim heres legatariis, & fideicommissariis, nonnisi usque ad vires hereditatis, teneretur, hodie tamen etiam ultra vires legata, & fideicommissa complere debet, frustra allegans in hereditate tantum non esse, quantum faciunt vel debita, vel legata. Debet enim heres sibi imputare, quod ejusmodi oneri se subjecerit, omittendo inventarium; nec præsumitur testator gravasse heredem relictis ultra quam ferret bonorum quantitas, quæ præsumtio juris est, & de jure, *Novel.* 1. §. *hinc nobis verf. si vero non fecerit*,

15 Filius heres institutus, inventarii beneficium negligens, an amittat legitimam, non abs re erit hic enucleare. Plorique volunt propter inventarii omissionem legitimam amittere, cum eam integram habere præsumatur, nec tam supinus existimari velit, ut hereditatem damnosam amplectatur. Accedit, quod lex magis favet creditoribus ad recuperandum, quod ipsis per defunctum debetur, quam legitimæ filii; quod exinde apparet, quia prius æs alienum solvi debet, quam legitima, quæ aliquando ære alieno absorbetur. Communior tamen sententia in praxi recepta contrarium tuetur penes clarif. Sorge *enucl. forens. tom.* 6. *cap.* 28.

16 Quanquam jure sit cautum heredem Falcidiæ detractionem amittere adversus legatarios, si vel omnino inventarium non fecerit, vel id facere neglexerit intra tempus a jure statutum; nequit tamen Trebellianica privari; illa enim ideo amittitur non confecto inventario, quia præsumitur testatorem habere in bonis legata certa, quæ reliquit; unde oritur præsumtio, heredem in bonis esse negantem, res hereditarias subtraxisse; cujusmodi suspicio non est quoad Trebellianicam, cum non detrahatur ex certa quantitate, sed ex universis, ut proinde cesset occasio quid sinistre suspicandi de herede gravato. Gomez *cons.* 1. *var. ref. cap.* nu. 12.

17 Quod si probetur majorem fuisse bonorum modum, vel heredem dolose res aliquas suppressisse, inventarii beneficio indignum haberi tradit Fachin. *lib.* 5. *controv. cap.* 37.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXXVI.

De Exceptione Inventarii faciendi.

1 *Inventarii faciendi exceptio quid sit?*
2 *In quibus causis locum habeat hæc exceptio?*
3 *Inventarii faciendi tempus quando currat?*
4 *Effectus hujus exceptionis quinam sint?*
5 *Decreti interlocutorii quoad ordinem unicum remedium in Aula produci potest?*
6 *Transcribitur cap. R. Prag.* 21. *Junii* 1728.
7 *&* 8 *Restrictio per ult. Reg. Const.*
9 *Exceptio hæc quando non competat?*
10 *Casus quatuor enumerantur.*
11 *Heres an privari possit Inventarii beneficio, ejusque confectio remitti?*
12 *Petens tempus ad deliberandum non privatur hoc beneficio.*
13 *Fideicommissarius cogit heredem, ut Inventarium conficiat.*
14 *Minor restituitur in integrum omittens Inventarium.*
15 *Ecclesia, Loca Pia, & Fiscus non subeunt pœnas omittentium Inventarium.*
16 *Hac exceptione non impeditur executio sententiæ ad finem vendendi.*
17 *Exceptio hæc non prodest contra Creditorem existentem in possessione, vel quasi exigendi.*
18 *Inventarii conficiendi forma.*
19 *Intra quod tempus absolvi debeat?*
20 *Quæ res in eo describantur, & quis ejus usus?*
21 *An heres cogatur inventarium facere?*
22 *Inventarii confectio an possit a testatore remitti?*
23 *Mulier adiens hereditatem absque inventario, an juvetur Vellejano?*
24 *Conficiens mulier post trimestre, vel non perficiens intra trimestre, an restituatur in integrum?*
25 *Uxor heres instituta a viro, & gravata fideicommisso universali adiens hereditatem absque inventario, an deducat dotes?*
26 *Major adversus confectionem omissionis inventarii quando restituatur?*

IN causa cœpta cum defuncto locum non habet
exceptio inventarii faciendi, quæ nihil aliud
est, nisi beneficium heredibus concessum, ut in-
1 fra tempus datum pro confectione inventarii,
non possint a creditoribus, vel legatariis conve-
niri *L. fin. §. donec C. de jure deliberan. Fab. dec.*
8. *C. eod.*

Locum igitur sibi vindicat hæc exceptio in
judicio noviter moto contra heredes, qui exci-
2 pere possunt, se ipsos non molestari debere, do-
nec Inventarium conficiatur, quod infra spatium
trium mensium confici debet, Bart. *in d. L. num.*
1. *Roland. a Valle tract. de inventar. diverf. qu.* 141.
n. 1. *Carleval. de judic. tit.* 3. *disp.* 9. n. 9.

Tempus autem conficiendi inventarium currit
3 a die aditæ hæreditatis, etiamsi dolo malo di-
lata sit, *Fab. dec.* 9. *&* 10. *Cancer. var. resol. p.* 1.
c. 2. *num.* 3.

Effectus hujus exceptionis inventarii conficien-
di sunt, ut eo pendente heres non possit conve-
4 niri a creditoribus, & legatariis, ac impedit li-
tis contestationem hæc pendentia. *Cappell. Tholos.*
dec. 257. Sed possit ad libitum, & quandocum-
que convenire legatarios, & creditores.

Hac exceptione proposita, si Judex, ob Partis
contradictionem, decretum aliquod interlocuto-
rium interponet, quod ordinem concernat, ex
5 dispositione Reg. Pragmat. diei 21. Junii 1728.
sub *num.* v. sancitum est, quod unicum remedium
in Aula dicti decreti produci possit, etiamsi sit
persona privilegiata. E. G.

*Che da decreti interlocutorj degli atti ordinarj, che
concernano la compilazione del giudizio, e che fan-
6 no in casa i Commissarj, non si ammetta, se non
un solo gravame nel Tribunale, dimodochè o si con-
fermi, o si rivochi il decreto fatto in casa dal Com-
messario, non sia lecito reclamare, dirne di nullità,
nè produrne restituzione* in integrum, *ancorchè ci
fosse persona privilegiata in giudizio, o altro qualsi-
voglia rimedio.*

Quæ provisio nondum confirmata, sed restri-
7 cta quoque est ex ultima Reg. Const. *diei* 18. *Mar-
tii* 1738. §. *v. n.* xi. *v*3.

§. V.

XI. *Che da i Decreti interlocutorj, ed ordinatorj,
che si fanno da i Giudici di Vicaria in casa per la
compilazione del termine non se ne possa produrre sup-
8 plica di* verbum faciat in S. C., *ma solamente*
cum interventu aliorum Judicum in M. C. V.,
*e dal decreto che dalla G. C. della Vicaria s' interpor-
rà non si possa nè riclamare, nè dire di nullità,
come si è detto di sopra.*

Plures verò sunt casus, in quibus hac exceptio-
ne heres non gaudet. Primo in lite inchoata con-
9 tra defunctum, quam prosequi heres tenetur,
& actori respondere.

Secundo in actione reali. *De Franch. decis.* 352.
Tertio pro legatis piis, favore piæ causæ con-
10 ventus heres non potest exceptionem inventarii
faciendi opponere. *Maynard. dec.* 51. *lib.* 3. Quar-
to, infra tempora inventarii conficiendi potest pi-
gnus lui ab hereditario debitore. *Ant. Fab.*
deci.

decij. 35. C. *de jur. delib.*

An heres a Teſtatore privari poſſit inventarii beneficio? affirmativam ſubſtinet ſenteotiam *Surd.*
11 *deciſ.* 3n.; ſicuti etiam per eundem teſtatorem remitti poteſt inventarii confectio, *Guid. Pap. dec.* 353. *Cancer. var. reſol. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 85.

Petens quis tempus ad deliberandum non pri-
12 vatur beneficio inventarii. *Franc. Marc. deciſ.* 29. *par.* 1.

Fidcicommiſſarius univerſalis poteſt cogere he-
13 redem, ut inventarium conficiat *Cappell. Tholoſ. dec.* 314.

Heres minor inventarium omittens in inte-
14 grum reſtituitur. *Giud. Pap. dec.* 141. *&* 571. *nu.* 2. *Cancer. var. reſol. jur. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 6.

Eccleſia, Loca pia, & Fiſcus non patiuntur pœnas contra inventarium omittentes ſtatutas,
15 *Bart. in L.* 1. *n.* 46. *C. de Sacr. Sanct. Eccl. Guid. Pap. dec.* 333. *&* 571. *&c.*

Exceptione inventarii non impeditur executio
16 ſententiæ ad finem vendendi in re hereditaria, *Joſeph. de Raſa conſult. jur.* 53. *num.* 27.

17 Exceptio hæc non prodeſt contra creditorem exiſtentem in poſſeſſione vel quaſi exigendi, *Franc. Marad. pract. obſerv.* 68. *n.* 9.

✻ 18 Quoniam vero per jus deliberandi conſultum ſatis non erat heredi, qui æs alienum poſtea emergens cogebatur agnoſcere, & creditoribus, legatariiſque ſatisfacere uſque ad bonorum quantitatem, fruſtra eis objecta inopia defuncti; ideò Juſtinianus huic periculo occurrere volens, & plene heredi adeunti conſulere, inventarii conficiendi formam ſolemnitatemque deſcripſit ſua *novel. conſtit.* 1. videlicet, ut deſcriptio fiat rerum ſingularum hereditariarum, & ſubſcribat heres, profitendo ſe nullas alias ſcire, & bona fide in hoc negotio eſſe verſatum. Si heres ſcribendi ſit imperitus, ut ſaltem ſua manu ſignum crucis ponat, mandetque, præſentibus teſtibus, ſpecialiter alicui Notario iſtam ſubſcriptionem. Sed licet heres ipſe ſubſcribat, ut tanto certior ſit fides inventarii Notarii præſentia, & authoritas ad ejus confectionem requiritur. Evocari quoque debent legatarii, creditores, & alii, quorum intereſt, eorumque procuratores, ut interſint certo die, & loco, quo inventarium conficitur. Loco autem creditorum abſentium tres locupletes viri, fidei & opinionis bonæ adhibendi erunt, juxta *auth. ſed cum teſtator C. ad l. falcid.*

19 Inventarium incipere debet heres intra 30. dies, a tempore, quo ſcit ſibi hereditatem delatam, & intra 60. ſequentes perficere, omniaque in hereditate inventa deſcribere. Satis autem erit, ſi intra tres menſes abſolvatur, etſi intra 30. dies non fuerit inchoatum. Quod ſi res hereditariæ, vel major pars earum extra provinciam, in qua degit heres, extent, datur anni ſpatium, currens a morte ejus, de cujus hereditate ſuſcipienda agitur.

20 Omnia ſive mobilia, ſive immobilia, ſive teſtatoris propria, ſive aliena, quæ in hereditate reperiantur, ſive res depoſitæ, mutuo acceptæ, pignori datæ defuncto, fideliter deſcribere debet heres, qui optime fecerit, ſi per Notarium proteſtationem inventario inſerat, ut ſi poſita ſint, quæ poni non deberent, vel e contra, nullum ſibi præjudicium inferre velit; cujuſmodi proteſtatio non ſolum heredi, ſed & creditoribus conducit; heredi, quia eum a mala fide excuſat; creditoribus, quatenus poſtea res omiſſæ inferuntur. Ut ergo omne damnum evitet heres, re-
21 cte fecerit, ſi ex fide omnia, quæ in hereditate ſunt deſcripſerit, & legitime inventarium confecerit, dummodo ejus beneficio uti velit.

22 Neceſſitas conficiendi Inventarium in præjudicium creditorum a teſtatore remitti nequit heredi; bene vero in præjudicium legatariorum, & fideicommiſſariorum. Cum enim nil cogatur iſtis relinquere, liberum erit teſtatori inventarii confectionem remittere, in favorem ultimæ voluntatis inductam; quod ſecus erit reſpectu creditorum, quorum cauſam deteriorem reddere non poteſt, data pro libitu heredi poteſtate rerum hereditariarum; Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 4.

23 Mulier hereditatem adiens abſque inventario, beneficio Vellejani non gaudet, *l. ſi mulier ff. ad Vellej.* quia adeundo quaſi contrahit, non autem intercedit; vel ſi mavis dicere aditionem non fieri principaliter, ut ſuſcipiatur obligatio alterius, ſed ut acquiratur jus univerſale, de cujus natura eſt, ut ſuſcipiat onera, & emolumenta, & mulier facit, ut acquirat, non ut obligetur creditoribus. Ulterius licet mulier generatim Vellejano juvetur, quando transfert in ſe obligationem alterius, attamen quando adit, facit ſe principalem debitricem nomine proprio. Paul. de Caſtro *d. l.* 22 2. Excipe ſi fuerit virgo in capillis, in Monaſterio repoſita, ſimplex, pauper, vel dolo a creditoribus inducta ad adeundam hereditatem, Rocc. *reſp.* 97. *lib.* 2.

24 Quod ſi minus ſolemniter confecerit inventarium, ideſt non ſervata forma illius, eo caſu, in integrum eſſe reſtituendam adverſus ſolemnitates omiſſas, pluries deciſum refert per S.R.C. Præſ. de Franchis *dec.* 229.; ſecus vero ſi poſt trimeſtre confecerit, vel intra trimeſtre non perfecerit, niſi legitima concurrant impedimenta, ex quibus reſtitui poſſit ad perficiendum inventarium, de Luca ad de Franchis *deciſ.* 518.

25 Uxor heres inſtituta a viro debitore dotium, ſi gravata ſit fideicommiſſo univerſali, etiam non confecto inventario, purificato fideicommiſſo, dotes deducet, quia fideicommiſſum univerſale locum habet deducto ære alieno, Rovit. *conſ.* 95. *lib.* 1. Paul. de Caſtro *conſ.* 37. *lib.* 1. *n.* 1.

26 Quandoque datur etiam majori hujuſmodi reſtitutio, utputa ſi aditio ſit nulla, vel erronea in quota inſtitutionis; ſi error inſtituti proveniat ex parte teſtatoris, qui expreſſiſſet tot eſſe bona, quæ poſtea ex facto ejuſdem teſtatoris deſinant eſſe in hereditate, ut quia prius donaverit; ulterius ſi grande æs alienum latens præter opinionem de novo emerſerit, nec ab initio ſubſtantia hereditatis ea juſta cauſa penetrari potuit, utpote quæ primo aſpectu lucroſa apparebat, revera tamen debitis onuſta; tunc heres ex capite juſti erroris, & invincibilis ignorantiæ, quæ diligentiſſimum patremfamilias feſelliſſet, audiendus erit, ſi reſtitui deſideret, malitque dictam hereditatem creditoribus, & legatariis relaxare, Rot. coram Cardin. Panzirol. *dec.* 1. *par.* 8. *recent. num.* 80. Item ſi prius a Judice ad inſtantiam creditorum, ſive alia de cauſa fuerint deſcripta bona, Gizzarell. *deciſ.* 56. *n.* 4.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXXVII.

De Separatione bonorum.

1. *Aditione hereditatis confunduntur actiones creditoris.*
2. *Limitatio.*
3. *Diſtinctio.*
4. *Inventario confecto actio non confunditur.*
5. *Actionum confuſarum exceptio quandocumque opponi poteſt.*
6. *Bonorum ſeparatio in aditione, & in patrimonii deductione facienda eſt.*
7. *Quomodo fiat? an in feudis locum habeat hæc ſeparatio?*
8. *Separationis patrimoniorum praxis.*
9. *Formula decreti.*
10. *Quando locum etiam habeat?*

11. *Sal-*

Salvaguardiæ, & inhibitoriæ relaxari non possunt, nisi apposito sequestro, & dato Curatore ex ultim. Reg. *Const.*

12. *Transcribitur cap. d.* Reg. *Const.*
13. *Inhibitoriæ generales non relaxantur in prima instantia.*
14. *Causa quando dicatur introducta ex* Reg. *Const.?*
✠ 15 Inventarium on operetur idem quod separatio?
16 *Separationis beneficium locum non habet in feudis respectu creditorum assensum Regis habentium.*

HEreditatis aditione confunditur actio, ac hypotheca creditoris, seu creditoris actio hypothecaria confunditur per aditionem hereditatis
1 sui debitoris. Afflict. *decis.* 237. De Franch. *dec.*
518. Rot. Januen. *decis.* 45. *divers.* Marcian. *lib.*
2. *disp.* 95. *num.* 7. Capye. *dec.* 43. & 195. Card.
de Luc. *de feud. disc.* 23.

Limitatur hæc conclusio in herede gravato, quia ex aditione se obligat creditoribus; nam adeundo hereditatem sine inventario videtur quasi
2 contrahere. Grammat. *decis.* 103. *num.* 103. Afflict. *decis.* 26. Et licet Capye. *decis.* 195. concludat, actionem realem, seu hypothecariam per aditionem confundi, attamen intelligitur quando hereditas creditori obvenerit, prout ex-
3 plicat de Franch. *decis.* 39. & Afflict. *loc. cit.*,
sed secus si obveniret revocabiliter. *Surd.* 266.

Confecto Inventario nunquam actio confundi-
4 tur per aditionem. Grammat. *decis.* 93. *num.* 7.
Valasc. *dec* 69. Lauren *dec.* 95.

Exceptio hæc confusionis actionis opponi po-
5 test in quacumque parte judicii. *Text. in l. Uranius ff. de fidejuss.* Guid. Pap. *dec.* 209. &c.

Bonorum separatio non minus in hereditatis aditione locum habet, sed etiam in patrimoniorum deductione, puta quando plura patrimonia
6 sunt deducta, Patris, scilicet & filiorum propter æs alienum diversis temporibus, & ex diversis causis contractum, tunc creditoribus instantibus separanda sunt bona, & suo cuique patrimonio assignanda. *L.* 1. §. *sed si quis ff. de separat. bonor. L. cum aurum ff. de aur. & argent. leg. & tot. tit. ff. & C. de separat. bonor. &c.*

Quomodo autem facienda sit hujusmodi bono-
7 rum separatio, & an in feudis locum habeat?
laté scribunt Hieronymus Trondelius *tractat. de separat. bonor.* Tusch. *lit. S. conclus.* 185. Reg. de Ponte *tract. de potest. Proreg. tit. de refut. feud.* §. 8.

Quando igitur Creditores instant, ut bona unius patrimonii sint alterius, praxis est, quod per
8 Dominum Commissarium committatur relatio,
& in hujus relationis discussione, si creditorum instantias subsistere cognoscatur interponitur decretum E. G.

Die . . . Septembris 1741. *Neap.*

Per Militem &c. Visa relatione &c. fol.... & ac omnibus actis, Partibus auditis &c. provisum, & decretum est, quod bona A. B. C. &c.
9 in actis deducta, & ordine S.C. sequestrata deducantur a Patrimonio T. de T., & aggregentur patrimonio T. de T. hoc suum, &c.

Idem fit, quando è quantitatibus unius patrimonii satisfacti sint Creditores alterius, quia committitur relatio, & decreto providetur, *quod*
10 *de quantitatibus perventis, & perveniendis in patrimonium T. de T. non fiant amplius liberationes, nisi auditis creditoribus patrimonii T. de T. ad finem providendi, hoc suum, &c.*

Circa patrimonia hic memoriæ restituendum est quicquid ultima Regalis Constitutio *diei* 18. *Martii* 1738. statuit, quæ providet, quod salvaguardiæ, & inhibitoriæ Curiis inferioribus non concedantur, nisi prius apposito sequestro omnium bonorum debitoris penes tutum Tertium, atque dato Curatore omnibus creditoribus auditis, &c.

§. III.

Per lo Sacro Regio Consiglio.

XI. Per dar l' opportuno riparo alle fraudolenti deduzzioni de' Patrimonj, che si fanno da'
12 Debitori unicamente per farsi spedire le salvaguardie, ed in tal maniera burlarsi de' loro Creditori; Ordiniamo pertanto, che deducendosi Patrimonj nel S. R. C., o a dirittura da i Debitori, o ad istanza de' loro Creditori, non si possano spedire Salvaguardie, o Inibitorie alle Corti inferiori, se non solamente nel caso, che siasi prima ordinato, ed eseguito il sequestro di tutti i beni del Debitore *penes tutum Tertium*, e che si sia dato il Curatore al Debitore, intesi tutt' i Creditori.

Inhibitoriæ verò generales Curiis inferioribus cum clausula; *stante causa introducta in M. C. V.*, relaxari non possunt; sed quando causa dicatur in-
13 troducta? vide eandem ultimam *Reg. Const.* §. v. *num.* xta. v3.

§. V.

XIX. Vogliamo, che non possano i Giudici di Vicaria spedire Inibizioni alle Corti inferiori
14 nella prima istanza, che li è presentata, con dirsi nel decreto; *stante causa introducta in M.C.V.*; ma che allora si possa dire introdotta la causa, quando sarà prima notificata la Parte, e che questa nella replica non abbia domandato la remissiòn della causa al Giudice della sua origine, del suo domicilio, o al foro, in cui sia già introdotta.

✠ 15 Quoniam adita hereditate bona defuncti, & heredis efficiuntur unum patrimonium ipsius heredis, & hereditas adita desiuit esse hereditas, *l. debitor C. de pact.* ideo ne creditores defuncti ad hereditatem jus habentes, damnum patiantur, separationem Judicis officio rite postulabunt ad impediendum patrimoniorum confusionem; quo factum est, ut creditores chirographarii simpliciter, & personales defuncti præferantur creditoribus heredis, adhuc tempore anterioribus, & hypothecariis, heredem jam obligatum habentibus, ejusque bona præsentia, & futura. *l.* 1. §. *sciendum, ff. de separat.* Cessat vero auxilium separationis bonorum, quoties creditores defuncti habeant hypothecam, quæ utique eundem parit effectum, quem separatio, Merlinus *de pign. lib.* 4. *qu.* 35. *num.* 9., Thesaur. *qu. forens.* 55. *lib.* 3. *n.* 5.

16 Porrò quamvis sit certum in jure, legatarios, & creditores defuncti in actione personali, mediante beneficio separationis, præferri creditoribus heredis in bonis perventis ab ipso defuncto etiamsi essent creditores in actione hypothecaria; attamen hæc regula, & hoc beneficium separationis ex communi Doctorum sententia, & praxi judicandi, locum non habet in feudis, ubi creditores heredis cum assensu præferuntur legatariis, & creditoribus defuncti absque assensu super bonis feudalibus. Hujus rei ratio est quia creditores heredis cum assensu, dicuntur habere hypothecam in feudum a lege propter assensum, & propterea non potest resolvi per creditores defuncti absque assensu, qui in feudo habent tantum actionem personalem, sine facto ipsius Regis, Theod. *alleg.* 42. Staib. *resol.* 51. n. 61.

ADDIT. DE CARO AD CAP. LXXVIII.

De Collatione Bonorum.

1. *Collatio Bonorum quid sit?*
2. *Inter quas personas locum habeat?*
3. *Quæ bona conferantur?*
4. *Expensæ studiorum causa factæ non conferuntur.*
5. *Quæ transmittuntur in heredes veniunt in collationem.*

6. *Ex-*

6 *Expensæ cœptæ vivente Patre an sint continuandæ post mortem?*
7. *Pecuniam versam in malum usum filius conferre tenetur.*
8. *Expensæ factæ extra domum ob alimenta an fiat conferendæ?*
9 *Dos data confertur.*
10. *Collatio non datur in Collateralibus.*
✠ 11. *Quæ bona conferantur?*
12. *Sumtus in elocanda filia an conferantur?*
13. *Filia ex diversa matre patri succedens non tenetur communicare bona materna.*
14. *Filius heres patris bona donata qualiter conferat in legitimam?*
15. *Collatio bonorum in quo differat ab imputatione?*
16. *Quomodo collatio fiat, & an res ipsa sit conferenda?*

COllatio in præsenti dicitur, quum quis bona
accepta reddit in patrimonium defuncti, ut
1 deinde bona hereditaria dividantur actione fam.
ercisc. *L.* 12. *C. de collat.*

Hæc collatio non inter omnes personas, vel
heredes locum habet, sed solum inter descen-
dentes in primo gradu, quibus competit legiti-
2 ma, L. *ut liberis cum seq.*, C. *eod. tit.* Caput. *in*
Consuet. si moriatur §. 8. *par.* 2. *num.* 13.

Illa tantum bona conferuntur, ex quibus re-
pletur legitima, quæ non repletur, nisi ex bo-
3 nis paternis. L. *scimus* §. *repletionem* C. *de inoffic.*
testament.

Expensæ factæ a Patre pro filio studiorum cau-
sa non sunt conferendæ, nec libri, nec similia,
4 quæ debentur studioso tantum; Imo nec expen-
sæ pro laurea doctorali, nec pro aliquo officio,
vel dignitate factæ, quæ in heredes non possunt
transmitti, quod si transmittantur, computantur,
5 & conferuntur. *L. quæ Pater ff. famil. ercisc.*,
Mut. Recc. *de Privileg. DD. Neap.* §. 1. *num.* 32.
Capyc. latr. *dec.* 26. Verd. *Inst. civil. lib.* 2. *tit. de*
donat. lemm. 71.

Expensæ cœptæ vivente Patre pro studio filii,
an mortuo Patre perfici debeant de communi
6 aliis invitis? *Eynus* affirmat; Bart. in *L.* 1. §.
nec Castrense n. 12. *ff. de collat. bonor.* negat.

Si Pater dederit filio summas, ut studeret,
ipse vero in malos converterit usus, ob ejus cul-
7 pam easdem conferre debet. Ricc. §. 1. *nu.* 36.
cit. tit.

Expensæ factæ alimentorum causa pro filiis
8 extra domum, quas Pater domi fecisse, non
conferuntur. L. *quæ Pater* 31. *ff. fam ercisc.*,
ibiq., *DD.*

Dos data confertur, quia est loco legitimæ.
9 *Auth. ex testamento* C. *de collat.*

Collatio bonorum locum non habet in succes-
sione collateralium, sed solum inter descendentes
10 succedere volentes ascendentibus, Nicol. *Boet. de-*
cis. 302. *num.* 3. Caput. *loc. cit.*

✠ 11 Notissimi juris est, filios conferre debere
omnia bona propria, ante mortem patris quæsita,
sive in corporibus consistant, sive in nominibus
paris, vel conditionibus, & actionibus rei perse-
cutoriis. Quare conferuntur profectitia bona, sive
dos, sive donatio propter nuptias, profecta ab il-
lis, de quorum hereditate dividenda agitur; quæ-
vo filiis sunt acquisita, & in eorum bonis fuerunt
tempore mortis paternæ; etenim quæ vivo patre
habere desierint, vel nondum acquisiverint, in me-
dium non conferunt; neque ea, quæ post mortem
communis patris obvenerint, nisi fingantur retro
esse quæsita. Hinc est, quod filiis a patre reli-
ctum collationi non subjacet; multo minus quod
expensum est in alimenta filii, cum alimenta præ-
stare officii sit paterni, *l.* 5. *ff. de liber. agnosc.*

12 Sumtus in elocanda filia facti in convivio nu-
ptiali non conferuntur; nam licet nuptiarum cau-
sa videantur facti, spectant tamen ad honorem pa-
rentis, qui eos fecit, ut videatur non habere ani-
mum onerandi filiam eorum collatione. Aliud di-
cendum de sumtibus in vestibus pretiosis, aliisque
ornamentis sponsæ; quia cum doti imputentur, in
collationem venient, ita tamen, ut conferatur
æstimatio talium vestium, quanta ea est tempore
collationis; usus enim medii temporis alimentis
imputatur a collatione exemtis, Gomez *ad l.* 29.
Tauri num. 15.

13 Filia ex diversa matre succedens patri, non te-
netur communicare, quod habuit ex bonis mater-
nis, quia adventitia non communicantur, sed tan-
tum profectitia, Bald. *cons.* 37. *num.* 4., etiam si
pater in testamento, in quo instituit filias heredes
ex diversis uxoribus, dixerit filiam conferre debe-
re dotem matris suæ. Filios utique gravare pote-
rit, ut conferant dotem, hereditatemque mater-
nam, modo ex tali collatione non graventur in
portione legitima a Patre debita, Bald. *l. c.*

14 Si pater instituat quinque filios in legitima, &
sextum heredem universalem, septimo vero do-
net bona quædam; si dein donatio reddatur nul-
la, ipse donatarius tenetur donata conferre cum
Instituto universaliter, non autem cum aliis in so-
la legitima institutis; indubitati enim juris est
collationem duntaxat fieri inter succedentes uni-
versaliter. Paul. de Castro *cons.* 444. *lib.* 2.

15 Collatio bonorum differt ab imputatione in le-
gitimam, quia non omnia, quæ conferuntur, in
legitimam imputantur, quanquam omnia, quæ
imputantur, in legitimam conferri debent; Hinc
dubitatur, an omnino res ipsa conferri oporteat?
Et verius est sufficere, quod conferatur æstimatio,
(quæ est tempore collationis) nimirum minus ac-
cipiando, vel remittendo ex portione hereditaria,
quantum est illud, quod conferri debet. Quod
procedit, si altera pars consentiat; alias si dissen-
tiat, res ipsa in specie erit conferenda, modo com-
mode id fieri possit, *l.* 2. §. 1. *ff. de reb. cred.*

16. Superest ut dicamus de modo, quo collatio fiat.
Fit autem ex Prætoris edicto boni viri arbitratu,
de rebus, quæ sunt in bonis eorum, qui conferre
debent; deducendum proinde prius æs alienum,
39 Quamvis Episcopus ordinariam habeat potestatem ferendi censuras, easque in suarum constitutionum transgressores decernendi; non tamen expedit, ut hunc suæ potestatis gladium exerat, nisi ad coercenda graviora crimina, & materia præcepti, sive ratione sui, sive ratione circumstantiarum talis, & tanta sit, ut hanc pœnam exposcat. Etenim si omnium doctorum consensu, grave, & enorme crimen requiritur ad irrogandam censuram *comminatoriam*, seu *ferendæ sententiæ*; multo sane gravius, & execrabilius oportet esse delictum, ob quod infligatur censura latæ sententiæ, qua nimirum homo, per solam legis transgressionem, nulla prævia monitione, ejusdem legis ministerio statim perstringitur. Ad rem facit Godscalcus Rosemundus, Theologus Lovaniensis *in suo confessionali* c. 20. inquiens: *Valde inconsultum, & periculosum est, quod Episcopi in suis statutis, ceteri quoque Judices, tam faciles sint in multiplicandis censuras: unde expediens esset, ut omnes constitutiones, sententiæ excommunicationis latæ sententiæ, in jure, vel statutis contentæ, quarum usus nullus est, aut plus obest, quam prodest, expressa revocatione cessarentur in Provinciis, & Diœcesibus. Expediens etiam esset, ut nulla excommunicationis sententia ferretur de facto a Judice, neque pro præsenti, neque pro futuro, nisi pro manifesta contumacia, qua quis ostendit, se non paratum audire Ecclesiam.* Sapientissimus summus Pontifex Bened. XIV., dum Sacræ Congregationis Concilii Secretarii munere fungeretur, Episcopis semper auctor fuit, ut parce, & magna cum circumspectione censuras infligerent, præsertim latæ sententiæ; sæpe etiam eos hortatus fuit, ut a suis constitutionibus synodalibus censuras delerent, quibus earundem transgressores ipso facto innodabantur. Ex hucusque dictis liquido constat, quam cautelam, & prudentiam adhibere debeant Episcopi in decernendis censuris latæ sententiæ, ne secus sua decreta reformare, aut etiam prorsus delere cogantur, per Tribunal Regalis jurisdictionis, prout re vera hujusmodi reformationem, moderationemque novissime significavit Episcopo Venosæ.

Illustriss. e Reverendiss. Sig. e Padrone osservandiss.

I Deputati alle liti di cotesta Città mi rappresentano, che cotesta Curia con istrana novità, ed esorbitanza, ed a cagion delle vertenti controversie, pubblicato abbia, e tenga affisso un'editto, che divieta a tutti indistintamente l' accesso al Monistero delle Religiose, che costì sono, sotto pena di scomunica *latæ sententiæ*. Insinuo perciò a VS. Ill., quando l'esposto sia vero, servirsi di riformare e moderare l'accennato editto, così per riguardo a' parenti in primo, e secondo grado, a' quali è da permettersi la discreta allocuzione con le Religiose lor congiunte, come per rispetto alla scomunica *latæ sententiæ*, sostituendovi quella *ferendæ sententiæ*, come più a proposito nel presente caso, e più conforme a' canoni, ed allo spirito, e alla disciplina della Chiesa. Ed attendendone il riscontro, mi raffermo. *Napoli il dì 2. di Maggio 1763. Affez. Serv. obblig. Il Marchese Cavalcanti. Regist. Carulli. A Monsignore il Vescovo di Venosa.*

40 Ut majori cum diligentia officii sibi commissi partes vigilantius adimpleant Episcopi, Vicarios foraneos per diœcesim deputare solent; quorum præcipua officia, ut legitur in *Synodo Mediolanensi* 1. *tit. de Vicar. foran.* sunt: congregare semel in mense presbyteros Regionis, ut conferant inter se super difficultatibus parochiarum, & curis animarum: de vita, & moribus clericorum inquirere, & an eorum incuria divinus cultus aliquid detrimenti patiatur: Episcopo fideliter referre, an Parochi libros parochiales bene custodiant, decreta sanctæ visitationis observent, plebem per se in catholica fide incessanter instruant, & sacramentis reficiant, infirmos visitent, & moribundis assistant, quotidianas pro populo ad Deum preces, & orationes effundant, laudabili vitæ, ac conversationis exemplo, virtutis, & morum disciplina, omnibus præluceant, viamque salutis præmonstrent, singulis saltem dominicis, festisque diebus, inter missæ parochialis solemnia, populo sibi commisso divinam legem annuncient, & siquæ sint cetera. Ex hac officiorum incompatibilitate factum est, ut Ill. Delegatus Regalis jurisdictionis, ad continendos in officio suo parochos, non patiatur, eos uno eodemque tempore Vicarii foranei vices adimplere.

Signori e Pad. Oss.

Il Sacerdote D. Antonio Cognazin, e D. Pasquale Urso di Casarano mi rappresentano, che la Curia di Nardò nelle occorrenze divisate nell' ingiunto ricorso proceduto abbia contra le forma prescritta da' sacri canoni, e dalle leggi del Regno per informata coscienza; che in essa Curia varj disordini vi siano, sì per altro, come perchè il Vicario è nipote del Vescovo; che varj editti abbia dato fuori, lesivi della regal giurisdizione; e che il Vicario foraneo di Casarano sia lo stesso che il Parroco, con tutto il di più che nel detto memoriale si contiene. Sopra di cui, ratificato che sarà da' ricorrenti, prenderanno le Signorie Vostre stragiudiciale informo, e me ne faranno relazione, cerziorando essa Curia della contenenza di tal ricorso, e facendosi carico di quello che le occorra, con rimettermi gli editti accennati. E nel tempo medesimo insinueranno ad essa Curia, che dia la convenienta provvidenza su la incompatibilità delle due cariche di Vicario foraneo, e di Parroco in una stessa persona, e causa degl' inconvenienti, che ne possono accadere. *Napoli il dì 1. di Ottobre 1763. Affezion. Serv. obbligatiss. Il Cavalier Vargas Maccinca. Registr. Carulli. A' Signori della Udienza di Lecce.*

41 Celebrescit in dies hæc controversia, num intra presbyteriorum & altarium septa, dum missæ ibi celebrantur, aliave divina officia persolvuntur, laicis cujuscumque conditionis, & sexus permissum sit ibidem aut stare, aut scamna, vel genuflexoria habere? & quatenus negativa, an foro laico, vel ecclesiastico hujusmodi cognitio competat? Bened. PP. XIII. in sua Synodo provinciali Romana, sub interdicti pœna ipso facto incurrenda, & Romano Pontifici reservata, mandavit, ut *si quæ sint pro laicis intra sacra loca prædicta sedes, scamna, & genuflexoria, illinc auferantur, & removeantur omnino.* Cujusmodi decretum Præses Argentius, & Consiliarius Crivellius cl. m., censuerunt fore executioni demandandum in hoc regno cum sequenti limitatione.

Antica e santa è cotal proibizione, la qual trasse la sua origine ne' primi secoli della Chiesa. Assai memorando è l' esempio dell' ammonizione fatta da S. Ambrogio all' Imperador Teodosio in Milano, e della ubbidienza prestata dall' Imperadore, che raccontano Teodoreto, e Niceforo. Ma il rigor della

pristina disciplina sia rilasciata ne' tempi di appresso non solo ne' Re, e Principi, che non riconoscono Superiore, ma anco nella Repubblica di Lucca, e Genova, e supremi Governatori, com' è quello di Milano. In modo che in questo per quel che tocca a simili persone illustri attendersi la consuetudine, lasciarono scritto comunemente i Dottori, l' opinione de' quali è stata confermata con la giudicatura de' sacri tribunali. E tal consuetudine esserci anche in Napoli, dove gli Eletti della Città nella Chiesa di S. Paolo, S. Teresa, ed altri Santi Padroni da tempo antichissima seggono nel presbiterio, com' è noto; ne fa piena e fedel testimonianza Giulio Capone, il qual pruova che tal consuetudine non è irragionevole, anzi sia degno di favore, siccome quella, con cui si allettano i laici alla divozione, ed a fondare i Padronati, e le cappellanie. E che non possa oppugnarsi, particolarmente ove sia immemorabile, ne abbia resistenza del Cerimoniale Romano, il quale con più decreti della S. Congregazione si è dichiarato aver tolti gli abusi, non già le consuetudini di tempo eccedente la memoria degli uomini. Così ancorche i laici siano totalmente esclusi dall' entrare nel Coro delle Chiese Cattedrali, e non possano sedere fra i Canonici nel tempo della recitazione de' divini ufizj. ad ogni modo tal proibizione non estendersi alle persone illustri, ai Titolati, ai Magnati, a i Consiglieri del Re Cattolico, a i Cavalieri dell' Ordine militare, fu dichiarata dal Concilio Toletano nell' anno 1556., del quale dopo Cenedo fu ricordevole Lagunez. E così si è pronunciato con molte decisioni della S. Congregazione.

Quoad alteram controversiæ partem, regalis jurisdictionis Tribunal non patitur, ut forum ecclesiasticum de hujus honorifici juris competentia dignoscat, sed duntaxat laicus Magistratus.

Ill. e Reverendiss. Sign. e Pad. Oss.

D. Gio: Cistiliano della Terra di S. Niccola dell' Alto mi rappresenta, che si ritrova egli nel possesso di tenere un banco proprio nella chiesa matrice di essa terra, anche mercè del padronato della cappella di S. Trifone; e si duole, che V. S. Illustrissima voglia in ciò dargli molestia, e turbarnelo. Ne le rimetto il ricorso, e le ricordo, che i giudizj possessorj, e specialmente delle controversie riguardanti alcuna preminenza e prerogativa goduta da' laici nelle chiese, appartengono alla cognizione del magistrato laico, nè quella si è permessa mai alle curie ecclesiastiche. In tale intelligenza, quando l' esposto sia vero, le insinuo di non procedere ad atto alcuno nella detta vertenza, e di rivocare gli atti forse fatti, e i passi dati. Bene intesa, che occorrendolo intorno a ciò cosa veruna, me la rappresenti: poichè da me non si mancherà di dare la conveniente providenza di giustizia, perchè l' onor dovuto a' sacri tempj, e 'l culto divino non ricevano impedimento, e detrimento, qualora le pretensioni de' laici non si trovino appoggiate a ragione e a giustizia. Ed attendendone il riscontro, mi raffermo. *Napoli il dì 9. di Luglio 1763. Affez. Serv. Obbl. Il Cavalier Vargas Macciucca. Registr. Carulli. A Monsignore il Vescovo di Umbriatico.*

42 Eò devenit hac nostra ætate quorundam adolescentium insolens audacia, ut libidine victi, eas sibi statuant copulare uxores, quibuscum conversari, vel alloqui sine decoris, ac honestatis discrimine non liceret. Inde odia inter consanguineos, ac dissidia perpetua inter ipsos conjuges concupiscentiæ ardore extincto, jam pudore correptos, quotidianæ vitæ, violationes innumeræ, inde familiarum nobilium depressio, in filiis instituendis perniciosa socordia. Optime ad rem nostram Fagnanus in *cap. tua num. 23. de despons. ibi. Constat ea conjugia adeo esse sacris canonibus invisa, & exosa, ut appellentur adulteria, fornicationes, & stupra; unde cum tam Ecclesia, quam civilis politia tantopere ab illis abhorreant, non videtur annuendum, ut filia inire possit matrimonium, cui pater expresse, & ex legitima causa contradicit.* Plerumque, in hujusmodi contrahendis matrimoniis, dispensationem super denunciationibus, ac literas testimoniales de sua libertate, petulanter quærere ab Ecclesiis non erubescunt. Huic tanto malo, quod tantopere communi bono, & Reipublicæ tranquillitati adversatur, quomodo occurrendum sit, sequens litera regia ostendet.

Mi rappresenta il Capitan D. Biagio di Cesare, che un suo figliuolo, giovanetto inesperto, sedotto da una donna vile, voglia contrarre matrimonio con costei, trascurando il consenso, e l' autorità paterna, onde esso ricorrente è comparso in S. C., ed ha ottenuto proibizione ad essi di contrarre, come più distintamente V. S. ravviserà dall' ingiunto memoriale, e dall' annesso documento. Soggiungendomi, che, ciò non ostante, sia il detto giovane comparso in cotesta Curia, sollecitando la spedizione dello stato libero; la prevengo, che, tacendosi carico dell' esposto, ed avendo presente la dipendenza, che da' figliuoli si dee all' autorità del padre in cosa di tanta importanza, e la pendenza della causa in S. C., si contenti provvedere, che non si rilasci l' attestazione dello stato libero, se non veduto l' esito della detta causa vertente nel prefato tribunale. *Napoli il dì 1. di Agosto 1763. Affezion. Servid. Il Cavalier Vargas Macciucca. Registrat. Carulli. Al Vicario della Cava.*

43 Quantum ab hujus regni moribus ac legibus abhorreat forma procedendi ex *informata conscientia*, in curiis Ecclesiasticis usitata, satis superque constat ex novissima epistola encyclica Ill. March. Fraggiannii ad locorum Ordinarios, pro executione regii rescripti, data sub die 20. mensis septembris an. 1761., qua imperatum est, ut nonnisi communis, & ordinaria in omnibus causis adhiberetur. Rex noster Ferdinandus tribus rescriptis ad eundem Ill. Marchionem datis sub die 29. Novembris an. 1760., 2. Maji, & & 5. Junii 1761. jussit, aboleri omnino decretum ex *informata conscientia* prolatum a P. Elia Giuffredi Carmelitarum Visitatore, & Commissario Generali, quo ab officio Prioris abdicandos removendosque tentavit Priores Carmelitas Andriæ, Martinæ, Benadusii, Caruigni, Licii, & Ostuni. Ad hujus legis observantiam locorum Ordinarii quotidie adiguntur inviti per Tribunal regalis jurisdictionis, quoties, privatis suis affectibus indulgentes, procedendi formam in regiis tribunalibus usitatam, sequi recusent.

Ill. e Rev. Sig., e Pad. Osserv.

In nome del Comune d' Isca mi si rappresenta, che V. S. Ill. proceda nelle occorrenze contra quegli ecclesiastici, e gli sospenda *a divinis*, senza processo, e senza verun' ordine, e modo, ma solo per informata coscienza. Ne lo rimetto il ricorso, e la prevengo, che essendo la sospensione una pena, dee esser preceduta da processo, e da condanna secondo il prescritto de' sacri Canoni, e delle *Leggi del Regno*, alla cui osservanza le insinuo di doversi uniformare. Occorrendole alcuna cosa contraria all' esposto, si contenti riferirmela. *Napoli il dì 25. di Giugno 1763. Affezion. Serv. Obblig. Il Marchese Cavalcanti. Registrat. Carulli. A Monsignore il Vescovo di Squillace.*

44 Nil est antiquius in Ecclesia, lege Clericis in-

interdicente omnem secularem curam, & quæstuosam negotiationem, quo liberius possint orationi vacare, & ad ecclesiastica, quibus addicti sunt, ministeria incumbere; quinimmo Theophilus Raynaudus in discept. de Religioso negotiatore, eam prohibitionem a jure divino promanasse, contendit. Septimus inter canones, dictos Apostolicos, sic se habet ex versione Dionysii exigui: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequaquam seculares curas adsumat, sin aliter, dejiciatur.* S. Cyprianus epist. 55. testatur, suo ævo Clericos ab omni commercio civili fuisse avocatos: cujus quidem disciplinæ adeo tenax fuit, ut, cum audierit, a Geminio Victore, quendam Geminium Faustinum Presbyterum fuisse testamento suo tutorem nominatum, in eadem epistola ad Clerum, & plebem data, jussit, ut contra Victorem sententia exequeretur canonis Africani, quæ erat, ne pro dormitione ejus fieret oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Ecclesia: *Neque enim*, ait, *apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes, & Ministros voluit avocare.* D. Hieronymus epist. 52. ad Nepotianum num. 5. explicans illa verba Apostoli: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus*, ait: *Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge.* Hujus ecclesiasticæ disciplinæ conservandæ studiosissimi semper fuerunt Illustr. Delegati Regalis Jurisdictionis, Clericos suis regiis literis compescentes, ne quæstuosam mercaturam exerceant, neve secularibus negotiis se immisceant.

Signori e Padroni Osservandis.

Dalla relazione delle Signorie vostre, in adempimento d'incumbenza lor datane da questa Delegazione, sopra un ricorso dell'Illustre Duca di Baranello, scorgo gli eccessi del Sacerdote D. Carlo Santoro di Foscaldo, dimorante in Santo Lucido, nella scandalosa ingerenza ne' pubblici affari, ed in negozj secolareschi, e mercantili, che si rilevano dallo dilucidazioni prese da cotesto Tribunale stragiudicialmente. Si serviranno elleno comunicare all' Ordinario i lumi predetti, e nel tempo istesso faranno passare in mano di esso Ordinario l'ingiunto ricorso dello stesso Duca; e gl' insinueranno, che, precedente giudiziaria informazione, proceda a quel che conviene di giustizia, secondo le norme delle leggi, e de' canoni, contra il prefato Sacerdote per lo condegno di lui gastigo, con dare eziandio la opportuna providenza su la inchiesta di doversi egli allontanare da Santo Lucido, per lo accertamento della giudiciale informazione da prendersi: e di tutto esso Prelato si contenti darmi riscontro fra'l termine di mesi due, per non essere obbligato, in caso d'inosservanza di questa mia insinuazione, far rappresentanza contro del Sacerdote predetto alla M. del Re. Napoli il dì 16. di Aprile 1763. *Affezion. Servid. obbligatiss. Il Marchese Cavalcanti.* Registrat. Carulli. A' Signori della Regia Udienza di Cosenza.

45 Pauca de subsidio caritativo; etenim de eo varias edidit resolutiones S. C. C. Hujus regni moribus receptum est, ut ab eo beneficia regii patronatus eximantur.

Illustrissimo e Reverendissimo Signore e Padrone Osservandissimo.

Mi rappresenta il Sacerdote D. Giuseppe Brancia, che, possedendo egli un beneficio di regio padronato pretende cotesta Curia sottoporlo a contribuzione di sussidio caritativo, quando simil sorta di beneficj è esente da tali pesi. Ne rimetto a VS. Ill. il ricorso, affinchè rimandandomelo, si serva riferirmi quelche sull'esposto le occorra, per poterle comunicare in risposta i miei sentimenti. Intanto si contenterà ordinare ad essa sua Curia, che in pregiudicio del detto beneficio di regio padronato niente innovi. Napoli il dì 30. di Aprile 1765. *Affez. Servid. obbligatiss. Il Cav. Vargas Macciucca.* Registr. Carulli. *A Monsignore il Vescovo di Catanzaro.*

46. Nemo est, qui solius rationis naturalis lumine non intelligat, gravissimam populo offensionem præbere Clericos, Sacerdotes, & Parochos, si cum bacchanalia, & personarum usus concessa sunt, personati per urbem incedant, saltationibus indulgeant, vel in ea loca se conferant, ubi choreæ instituuntur. Enimvero, sive antiquas, sive recentiores post Tridentinum coactas Synodos percurramus, omnes vehementer clericis succensuisse comperimus, ab hisce fœdis oblectamentis sese non continentibus. Synodus Laodicena circa an. 272. celebrata cap. 54. relato de consecrat. dist. 5. cap. 37. *Non oportet*, ait, *Ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut scenis exhibentur, interesse; sed antequam thymelici ingrediantur, surgere eos de convivio, & abire.* Has sanctissimas leges renovarunt Synodus Venetica anni 465., Agathensis anni 506., & S. Carolus Borromæus in sua Synodo provinciali 1. par. 2. ita decernens. *Clerici personati non incedent, choreas privatas, aut publicas non agent, nec spectabunt... Fabulis, comœdiis, & hastiludiis, aliisque profanis, & inanibus spectaculis non intererunt, ne aures, & oculi sacris officiis addicti, ludicris, & impuris actionibus, sermonibusque distracti, polluantur.* S. Caroli vestigia sequutus fuit S. Franciscus Salesius, qui in suis synodalibus constitutionibus par. 3. tit. 4. ipso facto a divinis suspensos voluit Sacerdotes eo sceleris devenientes, ut choreas nedum spectare, sed & ducere auderent. Quamvis enim nulla insit choreis turpitudo, si illas inspiciamus tanquam facultatem aliquam, ob quam certa lege, & veluti ad numerum pedes moveantur: illud quoque concedatur, virtutem aliquando cum choreis implicitam contineri, quemadmodum cum Maria soror Aronis reliquas mulieres excitavit, ut secum una cantibus, choreisque indulgerent: *quibus præcinebat dicens: cantemus domino: gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem dejecit in mare*: non hujus tamen generis, ac naturæ saltationes nunc instituuntur, ob aliam causam rationemque fiunt; & ut uno complectar verbo, pudor, & castimonia in aperto discrimine versantur; *nec tam ibi delectatio præsens est, quam speratæ delectationis auspicium, & veneris præludium*, prout scriptum reliquit Franciscus Petrarcha *dialogo 24. de choreis.*

Ill. Marchio Fraggiannius, procul dubio immortalis memoriæ vir, cum rescivisset, quosdam Rheatinæ diœcesis Clericos, non sine illius populi admiratione, & scandalo, eo insaniæ pervenisse, ut hujus ethnicæ superstitionis reliquiis, quas Accolæ Ponti, aliæque gentes in Bacchi honorem instituere solebant, operam navare non erubescerent, ne sacrorum canonum observantia sibi a Rege demandata, hac in re aliquid detrimenti pateretur, ad illius Urbis Episcopum rescripsit, ut juxta hujus regni leges, clericos illos, gravioribus pœnis percellat, ne inposterum personati incedant, choreis incumbant, vel earum actores sint.

Ill. e Rev. Sig. e Pad. Oss.

Dalla lettera di V. S. Illustrissima del dì primo di questo mese, e dall'annessa memoria, da me

me non ricevuta prima di ora, intendo gli scandali, e le abbominazioni, che si praticano da' parrochi, e dagli altri ecclesiastici di alcuni luoghi di cotesta sua diocesi posti in regno, a avere un di essi preso il titolo di Signor del Carnovale, e di Principe de' Geniali, fattoli portare in sedio per le pubbliche strade con seguito di molti preti, e, quello che più è, di alquanti parrochi, chi sonando, e chi trescando, anche in veste di donna; avere aperta scuola di ballo per tutto l'anno, e per tutto l'anno fin nella chiesa, e in faccia al santuario medesimo farne pompa, e dargliss per tal cagione dal curato, che si dichiara suo cappellano, e da altro sacerdote, suo maestro di cirimonie, premiuenze ed onori, a strato, e cuscini. Strane cose, e molto lontane dal vero possono parer queste a chi non sappia la cecità e la ignoranza de' piccioli paesi delle provincie, in cui si sostengono tuttavia le costumanze introdotte ne' tempi barbari, e che non abbia letto nella storia ecclesiastica i detestabili riti, i quali si praticavano nelle feste, dette de' folli, degli asini, degl'innocenti, delle calende, somiglianti a saturnali de' gentili, e celebrate ne' più solenni giorni consecrati ad onorare i misteri del cristianesimo: quando, in mezzo a' sacri templi, i preti rompevano in grida indecenti, in danze buffonesche, ed in canzoni imparate ne' bagordi, e ne' postriboli: ed a questo misto di follie, e di empiezze presedeva un degl' infimi cherici da vescovo, o arcivescovo degli stolti, vestito di ornamenti pontificali, assistito dagli altri ecclesiastici, che mascherati, quale in una, quale in altra foggia, prendendo talvolta la divisa di principi, e di duchi, cantavano osceni versi nel coro, mangiavano su i sacri altari, e si portavano ad altre indecenze da non essere rammemorate. Siccome io dunque non mi maraviglio già, ma sol compiango la miseria di tali paesi, lordi ancora e macchiati della immondezza di que' tempi infelici; così lodo ed approvo la sua sollecita paterna cura, di cui mi dà contezza, nel divietare agli ecclesiastici di sua diocesi sì fatte sconcezze ed abusi, e richiamargli a quella disciplina, che alla santità del loro stato conviene. Sa ben' ella quanto sia malagevole e duro ad uomini, accecati da lungo errore, sedotti dal piacere, ed accostumati alla sfrenatezza e alla licenza, rimanersi dalle pessime usanze, e conoscere il lor fallo, e condannarlo, e correggerlo. A tale uopo, innanzi a tutt'altro, è di mestiere alla sua carità fare uso di opportune esortazioni ed ammonizioni: le quali se anche reiterate nulla giovino, potrà valersi contra gli ecclesiastici inobbedienti e pertinaci della facoltà accordatale da' sacri canoni, serbato nondimeno l'ordine giudiciario, da' canoni stessi, e dalle leggi del regno prescritto. A me giova sperare, che, seguendo ella le norme de' Concilj, de' Papi, e de' Vescovi, a' quali riuscì, con la lor vigilanza, distruggere i mentovati disordini, che in varj luoghi si erano sparsi sì della chiesa latina, come della greca, e vi regnavano da più secoli; debba il suo santo desiderio conseguire il voluto effetto; e mercè della grazia divina, che alle sue parole, e zelo, si degnerà aggiugnere quello interiore spirito, che rinnova gli animi, e cangia i cuori, conosceranno essi preti la reità delle accennate loro dissolutezze, sicchè abborrendole ed esecrandole; e dandovi con la riforma de' costumi decente compenso; saranno al popolo per lo innanzi di edificazione e di esempio, come finora ad ora sono stati di seduzione e di rovina. Di V. S. Illustrissima e Reverendissima Napoli il dì 19. di Marzo 1757. *Affez. serv. obblig. Il Marchese Praggiani.* Registrat. Carulli. A Monsignore il Vescovo di Rieti.

47 Causa recusationis proposita, si Judex eam vel non sufficientem agnoscat, vel factum, quod pro causa suspicionis & recusationis allegatur, falsum dicat; ne in propria causa Judex constitui videatur, non posse ipsum de causa recusationis cognoscere, sed subsistere debere, & in causa ulterius non procedere, pro comperto est. Ex dispositione Concilii Lateranensis sub Innoc. III. cap. 61. *de appellat.* eligi debent Arbitri, qui de causa suspicionis sive recusationis cognoscant. *Vult autem Concilium, ut ipse (recusans) cum adversario, vel (si forte adversarium non habeat) cum Judice arbitros communiter eligat: aut si communiter convenire non possint, absque malitia ipse unum, & ille alium eligat, qui de suspicionis causa cognoscant: & si nequiverint in unam concordare sententiam, advocent tertium: ut quod duo ex ipsis decreverint, robur obtineat firmitatis.* Huic juri canonico consonat hodierna praxis Tribunalis regalis jurisdictionis, quod hujusmodi electionem suis regiis literis, iis, ad quos spectat, imperare solet.

Mi comanda il Re N. S. con regal biglietto de' 25 del passato mese di Marzo, che io dia la conveniente provvidenza sopra un ricorso de' Sacerdoti D. Michele di Salvio, e D. Sebastiano di Angelantonio per la causa, che tengono con cotesta Curia arcivescovile, e che, occorrendo ordini superiori, lo faccia presente alla M. S. Espongono nel detto ricorso, che non ostante l'essersi da questa Delegazione più volte insinuato alla Curia medesima, che essendosi allegati, o allegandosi formalmente i capi di sospizione contro di essa, dar dovesse la provvidenza per la elezione degli arbitri, affin di discutersi i capi suddetti; essa Curia vada tergiversando la debita osservanza di tale insinuazione; ed abbia proceduto oltre anche contra il tenore della insinuazione medesima, con tutto il di più che distintamente VS. ravviserà dalla ingiunta copia di memoriale. Sopra di cui si contenterà riferirmi quel che le occorra, senza intanto procedere ad atto alcuno contrario a ciocchè le è stato con antecedente lettera di questa Delegazione insinuato. Napoli il dì 13. di Aprile 1765. *Affezion. servid. obbligatiss. Il Cavalier Vargas Macciucca.* Registr. Carulli. Al Vicario di Manfredonia.

48 Cuncti juris neapolitani historiæ scriptores, & regalistæ consentiunt, regios magistratus publicationi bullae, vulgo dictæ *in cœna domini*, semper obstitisse, & Principis interesse facultatem quæstuandi concedere. Exinde sequitur, Episcopis non licere illam in suis diœcesibus publicare, nec ea, quæ Principia regalia respiciunt, quovis prætextu, usurpare.

Illustrissimo e Reverendissimo Signore e Padrone osservandissimo.

Dovendo ben sapere VS. Illustrissima, quanti, e quali siano stati i forti risentimenti presi da' Sovrani, e da' loro rappresentanti in questo Regno a cagione della bolla, che si dice *in Cœna Domini*; non m' induco a credere dalla sua prudenza ciocchè mi si rappresenta in nome di cotesti Cittadini, che voglia mettersi in simil cimento, con farla pubblicare in cotesta sua Cattedrale: onde mi auguro, che in risposta saprà bene sgravarsi da ciò, che se le imputa. Dicono inoltre, che cotesta sua Curia s' arroghi la facoltà di concedere la licenza di andare questuando in nome de' luoghi pii, quando la concessione di tal permesso appartiene alla Maestà del Re. Ne
rimet-

rimetto a VS. Illustrissima il ricorso; e son sicuro, che, usando del suo illuminato zelo, farà sì, che tai ricorsi più da me non capitino, per non mettermi in circostanze da doverne passare la notizia alla M.S. Dell' adempimento di tal mia insinuazione attendendo riscontro, mi raffermo. Napoli il dì 29. Giugno 1765. *Affez. servid. obligat. Il Cavalier Vargas Macciucca. Registr. Carulli. A Monsignore il Vescovo di Molfetta.*

49. Quam gravia, & nullo pacto ferenda, ea matrimoniis, vulgo conscientiæ nuncupatis, mala oriantur, satis superque conjicere quis poterit, si mentis aciem ad exitiosos illorum effectus convertat. Quantam vero curam, quosque labores super hoc negotio impenderit sapientissimus Pontifex M. Bened. XIV., ea sequenti sua constitutione, hoc in regno probata, facili conjectura perspicitur. Quamobrem hanc publicæ salutis curam, cum summa pietate conjunctam, tanquam aliquid ei proprium & singulare, admirabitur quidem posteritas, & summis laudibus celebrabit.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

SAtis vobis compertum esse non dubitamus, Venerabiles Fratres, eam semper fuisse piæ Matris Ecclesiæ vigilem curam, ut Sacramentum matrimonii, magnum ab Apostolo nuncupatum, publice, & palam a fidelibus celebretur. Quod quidem ut diligentius, quam antea factum fuerat, inposterum observaretur, Sancta Tridentina Synodus, Lateranensis Concilii sub Innocentio III. celebrati vestigiis inhærendo, præcepit, ut inposterum, antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denuntietur; deindeque nullo legitimo concurrente impedimento, ad illius celebrationem in facie Ecclesiæ coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus præsentibus rite procedatur. Voluit etiam eadem Sancta Synodus, apud Parochum diligenter librum custodiri, in quo conjugum, & testium nomina, diesque, & locus matrimonii describantur.

Providæ tamen hujusmodi leges, tanta auctoritate saluberrime institutæ, prava horum temporum conditione prolabi visæ sunt, & enerves propemodum reddi, ob matrimonia usu nimis recepta, quæ occulte adeo celebrantur, ut illorum notitia quantum fieri potest, obliteretur, & in tenebris ignorantiæ perpetuo jaceat consepulta. In more etenim positum est, illa celebrari nullis præviis factis denuntiationibus coram solo Parocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia, adhibita præsentia tantum duorum testium apposite a contrahentibus advocatorum, quorum fides nemini illorum est suspecta; remque peragi sæpe extra Ecclesiam, quandoque etiam intra illam, januis tamen occlusis, vel eo temporis momento, quo semota alterius cujusvis præsentia, scientia initi matrimonii, præter Parochi, contrahentium, testiumque personas, alios penitus effugiat.

Quantum a Sacramenti dignitate, & ab ecclesiasticarum legum præscripto occulta hæc matrimonia, conscientiæ vulgo nuncupata, ut plurimum abhorreant, satis superque conjicere quis poterit, qui mentis aciem ad exitiosos illorum effectus convertat. Hinc gravia ortum habent peccata, præsertim vero eorum, qui divini judicii interminatione posthabita, priore uxore, cum qua clam contraxerunt, relicta, cum alia spe futuri matrimonii decepta, & in turpem secum vivendi licentiam abducta, palam contrahere promittunt. Quorumdam vero mentem ita pravæ cupiditates excæcant, ut novum contrahere secretum matrimonium audeant, post alterum secreto itidem contractum, & nondum prioris conjugis morte solutum, seseque magno scelere polygamos reddant. Alii etiam eo impudentiæ devenere, ut in hujus magni Sacramenti contemptum, post primas secreto initas, alteras aut publice, aut privatim nuptias contrahendo, sese audacius polygamia pariter innodare non perhorrescant. Age vero quam gravia, quam multo pacto ferenda ex his matrimoniis mala oriantur. Si enim ad quamcumque matrimonii suspicionem submovendam, virum seorsim a muliere vivere contingat, sublata est illico individua vitæ consuetudo, & contemptum est verbum Domini: Adhærebit homo uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sin hæc vitæ consuetudo servetur, nemo est, qui illam criminis non arguat, & utpote detestabilem, in scandali materiam non traducat. Neque illata per scandalum dispendia rependit subsecuta celebratio occulti matrimonii, quod in tenebris delitescit, & ab omnibus ignoratur.

Leviora quoque damna non sunt, quæ susceptæ proli irrogantur. Sæpe enim contigit illam a parentibus, & a matre præsertim amotam, nec pie, nec liberaliter institui; sed incertis fortunæ casibus objectam relinqui; nisi etiam parentes ipsi contra naturæ leges ausu nefario illius vitæ insidientur. Ubi vero tam immane facinus parentes deterreat, illosque ad sobolem alendam, instituendamque humanitas ipsa compellat; alia imminet liberis susceptis ex occulto matrimonio lugenda avitarum facultatum & bonorum jactura, pro quorum possessione assequenda, quamvis clament jura sanguinis; illis tamen careant necesse est, propter occulta parentum matrimonia, & ademptam legitimitatis, & filiationis probationem. Huic etiam malorum origini sunt referenda ipsa quoque secreta matrimonia contracta a filiisfamilias contra patris juste dissentientis voluntatem; ex quibus quam gravia incommoda exoriri soleant, neminem latet. Quid plura? Adeo invaluit malitia, ut quandoque in minoribus ordinibus constituti, pensiones, & beneficia, ad divinum cultum, & ecclesiastica munia instituta, etiam post initum clam matrimonium retinuerint, sibique de mammona iniquitatis loculos miserrime comparaverint.

Deflenda hæc igitur potius uberibus lacrymis quam latiore calamo explicandæ malorum congeries, cum ex hac Apostolicæ Sedis specula omnes sibi vindicet nostræ vigilantiæ curas; temperare non possumus, quin vos ipsos, Ven. Fratres, in partem nostræ solicitudinis evocantes, vestram pietatem, & zelum excitemus ad custodiendas vigilias noctis super grege vobis credito, quem luctuosa horum temporum conditio in discrimen adducit. Primum itaque periculi non infrequens occasio vos reddat difficiliores ad remittendum publicationes, a quibus contracturi matrimonium sæpe per malitiosam suggestionem petunt dispensari. Quam caute, solerterque oporteat ea in re Episcopos versari, non obscura vobis a Concilio Tridentino exhibentur argumenta. Si enim (ait eadem Sancta Synodus) probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri posse, si præcesserint denunciationes; tunc vel una tantum denuntiatio fiat; vel saltem Parocho, & duobus testibus præsentibus matrimonium celebretur, & deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, ut si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur. Præterea licet Episcopo relictum sit omnimode super denuntiationibus dispensare, tamen hæc facultas,

non

non a sola dispensantis voluntate pendet, sed a Tridentino coercetur arctis prudentiæ, discretique arbitrii legibus, quod idem est, ac legitimam causam dispensationis requirere.

Parem quoque, imo fortasse majorem vigilantiam necesse est a vobis adhiberi, ne post remissas denuntiationes celebretur matrimonium coram Parocho, vel alio Sacerdote ab ipso Parocho, vel a vobis deputato, præsentibus duobus vel tribus testibus confidentibus, ne ulla celebrationis notitia, vel rumor oriantur. Id enim ut ad præscriptum sacrorum canonum licite fieri possit, non satis est obvia quævis, & vulgaris causa, sed gravis, urgens, & urgentissima requiritur. A sacro nostræ Pœnitentiariæ tribunali, eo potissimum casu fit potestas ita celebrandi matrimonium, quo vir, & femina in figura matrimonii publice degentes, & de quibus nulla viget criminis suspicio, in occulto tamen concubinatu perseverent: Facile enim quisque conjiciet, quam absonum esset, eos, a statu damnationis per gratiam Sacramenti revocandos, ad publice contrahendum matrimonium præviis denuntiationibus compelli. Hanc vero praxim vobis duximus proponendam, non quia dispensatio præmisso casui solum congruat, cum alii similes, & fortasse urgentiores esse possint, in quibus dispensari expediat; sed quia vestri pastoralis officii partes versari debent in sedulo investiganda legitima, & urgenti causa dispensationis, ne matrimonia occulte celebrata luctuosos habeant exitus, quos intimo cordis mærore recensuimus.

Hunc porro in scopum vos hortamur, & impense admonemus, ut personarum matrimonium secreto contrahere petentium, diligens habeatur a Vobis inquisitio: An scilicet ejus qualitatis, gradus, & conditionis sint, quæ id probe expostulent; An sint sui, vel alieni juris; An filiifamilias, quorum nuptiæ Patri juste dissentienti sint invisæ; ab episcopali etenim, quod geritis, munere nimium esset alienum, facilem præberi filio inobedientiæ occasionem: An res sit de personis ecclesiasticis, licet in minoribus ordinibus constitutis, pensiones, & beneficia ecclesiastica obtinentibus, ut detestabilis illorum retentio in statu nuptiali congruis remediis postea compescatur. Potissimum vero curet vestra sollicitudo, antequam secreti matrimonii licentia concedatur, quod contrahentes clara, & indubia, & a quavis fraude immunia exhibeant documenta status liberi ad avertendum ab iis, qui improbi sunt ingenii, polygamiæ periculum.

Quod attinet ad ministrum secreti matrimonii, volumus ad id munus deputari Parochum alterius ex contrahentibus, quem notitia personarum, experientia, & diuturnus rerum usus quovis Sacerdote extraneo peritiorem effecisse præsumuntur. Si quæ tamen vobis occurrant circumstantiæ, quæ alium Sacerdotem loco Parochi exposcere videantur, gravi impellente causa, is Sacerdos a vobis eligatur, qui probitate, & doctrina, & obeundi muneris peritia commendetur. Uni tamen, aut alteri Sacramenti Ministro a vobis deputando distincte præcipiatur, ne matrimonio intersit, nisi prius paterna charitate conjuges in Domino monuerit, sobolem procreandam regenerari quamprimum oportere sacro baptismatis lavacro; ac Christo Judici districtam reddituros esse rationem, nisi filios ut legitimos agnoverint, eosque pietate, bonisque moribus imbuerint, & frui patiantur bonis temporalibus, a majoribus in supremis tabulis relictis, vel provida legum auctoritate delatis.

Celebrato autem matrimonio indilate a Parocho, vel alio Sacerdote coram quo initum est, exhibeatur Episcopo illius scriptum documentum cum nota loci, & temporis, testiumque, qui celebrationi interfuerunt. Vestrum erit postea diligenter incumbere, quod ad perennem gestæ rei memoriam præfatum documentum fideliter transcribatur in libro prorsus distincto ab altero, in quo matrimonia publice contracta de more adnotantur. Hujusmodi liber pro matrimoniis secretis apposite compactus, clausus, & sigillis obsignatus in vestra episcopali Cancellaria caute erit custodiendus: Et eo tantum casu resignari, & aperiri vestra accedente licentia patiemur, quo alia id genus matrimonia describi oporteat, vel id sibi vindicet justitiæ administrandæ necessitas, vel denique aliquod documentum ab eo expostulent verum interesse habentes, quibus probationum aliunde petendarum non suppetit copia: Sedulo tamen animadvertentes, quod re absoluta, denuo claudatur, & sigillis, ut antea, obsignetur. Fides, seu attestationes clam celebrati matrimonii a Parocho, vel Sacerdote, qui vices Parochi gessit, exarandæ, vobisque exhibendæ, transcribantur in dicto libro, prout jacent de verbo ad verbum a persona a vobis deputanda, quæ apud omnes integritatis, probatique nominis luculentum habeat testimonium. Fides vero, & attestationes ipsæ in secretiori loco sartæ, tectæque a Vobis serventur.

Quod si ex occulto hujusmodi matrimonio prolem nasci contingat, eadem mundetur salutari aqua baptismi in Ecclesia, in qua aliis infantibus hoc Sacramentum indistincte confertur. Et quia ad operiendum clam initum matrimonium, facile est in libro baptizatorum nullam fieri mentionem parentum, & eorum nomina consulto reticeri: Volumus, ac expresse mandamus, quod a patre baptizati, eoque defuncto, ab illius matre, suscepta proles vobis denuntietur; dictaque denuntiatio fiat, vel immediate per parentes ipsos, vel per litteras eorum charactere exaratas, vel per fide dignam personam ab ipsis parentibus designatam, ut certo, & clare Vobis constet, quod proles tali loco, & tempore, vel reticitis, vel tacito expressis nominibus parentum baptizata, est legitima, licet occulti matrimonii fœdere procreata. Quæ sane omnia cum vobis innotuerint, ne illorum excidat memoria, in libro fideliter describentur ab eo, cui facta a Vobis est potestas adnotandi matrimonia occulte celebrata. Liber, in quem baptizatorum, ac utriusque parentis nomina referentur, quamvis distingui debeat ab altero matrimoniorum: eadem tamen diligentia, iisdem cautelis in Cancellaria episcopali clausus, & sigillis obsignatus erit custodiendus, prout liorum matrimoniorum caute custodiri supra mandavimus.

Quia vero nonnulli deesse non possunt, qui propriæ conscientiæ vocibus obsurdescant, & nostris hisce mandatis parere negligant; debita pœnarum districtione pro modo culpæ a vobis puniantur. Quinimo cum satis nobis experientia compertum sit, in hujusmodi negotiis homines in terram oculos declinantes ob humanos respectus tardiores effici, & a recte agendi semita revocari. Mandamus idcirco, matrimonia occulta a Vobis evulgari, & nota fieri, si certo vobis constiterit ex aliquo matrimonio occulto procreatam fuisse sobolem, & baptizatam suppressis parentum nominibus, nulla præstita vobis notitia, ut par erat, ab illius parentibus intra triginta dies a nativitate numerandos.

Ne autem contumaces, & inobedientes violatæ fidei, proditique secreti Pastores suos insimulent; sedulo a vobis curandum est, ut a Parocho, vel alio Sacerdote pro secreta celebratio-

ne

ne matrimonii a vobis deputando, conjuges clam, & aperte moneantur, ea lege, & pacto illis permitti secreti matrimonii celebrationem, ut soboles inde procreanda non solum regeneretur sacro Baptismate, sed post Baptisma denuntietur Episcopo cum nota loci, & temporis administrati Sacramenti, ac sincera indicatione Parentum, a quibus ortum habuit, quemadmodum supra præmissum est; alioquin matrimonium, licet contractum data per Episcopum secreti fide, in lucem proferetur in gratiam filiorum, & ad propulsandam ab illis gravem, nulloque pacto ferendam jacturam. Volumus denique, ac mandamus; fides, seu attestationes matrimonii clam initi, & sobolis ex eo procreatæ, exceptas ex dictis libris, modo, quo dictum est, apud vos caute custodiendis tantam promereri fidem; quantam sibi alii libri Parochiales Baptismatis, & matrimonii vindicare consueverunt.

Hæc a Vobis, Ven. Fratres in hac temporum calamitate observari enixè præcipimus ad communem animarum salutem, & ad præsidium Ecclesiasticæ disciplinæ, propter invalescentem hominum malitiam nova semper detrimenta vel patientis, vel reformidantis. Ceterum nostris hisce litteris sublata nolumus ea validiora remedia, quæ huic malo, in diem ingruenti, consona dignoscet prudentia vestra, ad Pastorale officium cumulate obeundum. Vobis interea paternæ charitatis, & benevolentiæ testem Apostolicam Benedictionem impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 17 Novembris 1741. Pontificatus Nostri anno secundo.

Despues de haverse enterado el Rey de lo que la Camera de Santa Clara ha representado en Consulta de 27. de Henero proximo passado sobre el Exemplar impreso, que presentò el Nuncio Pontificio del Breve expedido por Su Santidad, perteneciente al reglamento de los Matrimonios ocultos bulgarmiente llamados de Conciencia. Hà resuelto hazer responder al dicho Nuncio, que no tiene reparo en que pueda hazer publicar el referido Breve Pontificio en este Reyno, però no entiende en tal beneplacito perjudicar a los Reales derechos de su soberana Potestad, tocante a los efectos civiles de los referidos matrimonios. Y de orden de S. M. lo participo a VS. para que la Camara se halle en esta inteligencia. Dios guarde a VS. muchos anos como desseo. Palacio a 30. de Marzo 1742. D. Gaetano Maria Brancone — Sig. D. Joseph Borgia.

50 Nemo vel parum in jure versatus ignorat, Clericos alicujus officii secularis administrationem gerentes, fori privilegio non gaudere. Eugenius Papa Episcopo Lucensi rescribens, ait: *Si ministrum & procuratorem laicorum facere præsumserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniarum causam deprehendantur in fraude, indignum est eis ab Ecclesia subveniri, per quos constat in Ecclesia scandalum generari, cap. Sacerdotibus de ne clerici, vel monachi*. Ill. Eques Vargas Macciucca, ecclesiasticæ disciplinæ conservandæ vindex acerrimus, ad continendos in officio suo clericos, sacrorum canonum statuta contemnentes, non sine maximo ordinis ecclesiastici dedecore, ita decrevit.

Per esecuzione di sovrano comando, comunicatomi con regal biglietto del dì primo di questo mese, si faccia intendere, nel regal nome di S. M., tanto al Duca di Oratino, quanto al Sacerdote D. Gervasio Martorelli, che per lo rendimento da' conti dell'amministrazione, da esso Sacerdote in qualità di Agente tenuta delle rendite della terra di Busso, per la quale appare scoverto in gravissima somma, e per tutto ciocchè tal vertenza concerne, accudiscano innanzi al giudici laici competenti; senza che in tal causa appartenga alla Curia Vescovile di Bojano cognizione a giurisdizione veruna; salva bensì ad essa Curia la facoltà di procedere contra il prefato Sacerdote per l' abuso del carattere ecclesiastico, e per la ingerenza presa in negozj pubblici, e secolareschi, da' sacri canoni, e dalle leggi del regno a cherici severamente proibita. Napoli il dì 5. di Settembre 1764. *Il Cavalier Vargas* Macciucca. Carulli.

51 Locis piis annumerantur Confraternitates, quæ dicuntur sodalitia quædam hominum, religionis causa, in unam societatem, sive quandam fraternitatem coeuntium, & quodam spirituali confraternitatis fœdere colligatorum. Horum sodalitiorum etiam apud Gentiles usum fuisse, non obscure innuit Jurisconsultus in *l. 1. ff. de collegiis illicitis*. Quod ad nostram attinet disciplinam, hujusmodi Confratriæ, sive Congregationes, quamvis ad bonum finem videantur institui, attamen, nisi Regis consensus accesserit, tanquam illiciti conventus habentur.

Signori Padroni Osservandissimi.

51 Quando sia vero, che la laical Congregazione, intitolata de' SS. Giovanni Batista, ed Evangelista di cotesta Città, non abbia regole corroborate di regio assenso, come mi si rappresenta in nome de' Frati Carmelitani Scalzi, nella Chiesa de' quali i pretesi fratelli si radunano; si serviranno le Signorie vostre fare ad essi fratelli intendere, che fra giorni 30. formino le dette regole, e ne impetrino il regio assenso: altramente, scorso tal termine, e 'l regio assenso non impetrato, ordineranno elleno a' medesimi fratelli di non più congregarsi, se prima la loro adunanza non sarà dalla Sovrana Potestà col suo regio permesso autorizzata. *Napoli il dì 24. di Settembre* 1763. *Affez. Servid. obblig. Il Cavalier Vargas* Macciucca. *Registr. Carulli. A' Signori della Udienza di Catanzaro.*

